Ref
Z
7840
F8
B8
v.11

COLLECTANEA FRANCISCANA 1961-1962 - *BIBLIOGRAPHIA*

LIBRARY
SAN FRANCISCO THEOLOGICAL SEMINARY
SAN ANSELMO, CALIF.

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

TOMUS XI

PRINCIPALIORA COMPLECTENS OPERA
ANNIS 1954-1957 EDITA

Fasc. 3 - N. 1433-2549

III. - *Relationes de scriptoribus*

ISTITUTO STORICO DEI FR. MINORI CAPPUCCINI
ROMA (3) - VIA BONCOMPAGNI, 71

BIBLIOGRAPHIA FRANCISCANA

cura Instituti Historici O.F.M.Cap. in Urbe edita,
moderante P. Servo a St. Anthonis

●

Relationes huius fasciculi scripserunt:

I. V. (Isidorus a Villapadierna) M. A. (Marianus ab Alatri)
M. P. (Melchior a Pobladura) O. R. (Octavianus a Rieden)
S. Sr. A. (Servus a St. Anthonis)

INDEX RERUM

Fasc. 3

III. - RELATIONES DE STUDIIS, DOCTRINIS ET SCRIPTORIBUS FRANCISCANIS (continuatio) 357-674

C. De doctrinis franciscanis in specie seu de singulis scriptoribus (continuatio: n.1433-2541) 357-674

1. *A S. Francisco Assisiensi ad Joannem Duns Scotum* (*1226-1308*) (continuatio: n.1433-1860) 357-488

Saec. XIII (n.1433-1733) 357-454
Saec. XIV (n.1734-1860) 454-488

2. *A Joanne Duns Scoto ad fundationem Ordinis Fr. Minorum Capuccinorum* (*1308-1528*) (n.1861-2184) . . 489-579

Saec. XIV (n.1861-2037) 489-539
Saec. XV (n.2038-2162) 540-574
Saec. XVI (n.2163-2184) 574-579

3. *A fundatione Ordinis Fr. Min. Capuccinorum ad subversionem gallicam* (*1528-1789*) (n.2185-2405) . . . 580-639

Saec. XVI (n.2185-2235) 580-594
Saec. XVII (n.2236-2355) 595-626
Saec. XVIII (n.2356-2405) 626-639

4. *A subversione gallica ad hodiernos dies* (*1789-1963*) (n.2406-2541) 639-674

Saec. XVIII (n.2406-2411) 639-641
Saec. XIX (n.2412-2445) 641-651
Saec. XX (n.2446-2541) 651-674

IV. - RELATIONES DE HISTORIA PRIMI ORDINIS FRANCISCANI (n.2542-2549; continuabitur) 675-676

A. De historia franciscana universali (n.2542-2549; continuabitur) 675-676

1. *Generalia* (n.2542-2549; continuabitur) 675-676

1433 - PINTO REMA Henrique, *O labor literário de Santo António de Lisboa. No 10º aniversário da sua proclamação de Doutor Evangélico*, in *Itiner.* 2(1956) 131-156.

S. ANTONIUS PATAVINUS plerumque ut thaumaturgus consideratur, non vero ut cultor litterarum ecclesiasticarum. Huius dissertationis A. hanc operositatem litterariam describere aggreditur, quo proposito sermonem instituit de exsistentia operum S. ANTONII iuxta vetustissima testimonia, de manuscriptis hucusque notis, de editionibus decursu temporis et tandem iudicium profert circa operum S. Doctoris authentiam. I. V.

1434. - PINTO REMA Henrique, *Valor literário das obras de S. António de Lisboa*, in *Itiner.* 2(1956) 273-286.

Quia S. ANTONIUS filius sui temporis fuit etiam in sacra institutione et eloquentia, A. schema concionis mediaevalis describit; deinde fontes argumenti et auctoritatum pervestigat, imprimis S. Scripturae citationum sensum et usum, S. Doctores, in quibus eminet S. AUGUSTINUS (magister doctrinalis S. ANTONII), S. GREGORIUS (inspirator illius eloquentiae), S. BERNARDUS (a quo dependet in argumentis marianis). Tandem elenchum texit praecipuarum questionum a S. ANTONIO explanatarum de re dogmatica, morali et mystica. I. V.

1435. - SAMBIN Paolo, *Tre notizie per la storia culturale ed ecclesiastica di Padova (secoli XII e XIII)*, in *Arch.Veneto* 85(1956) 1-11.

Auctor duo documenta enucleat hactenus ignota, quae historiam bibliothecae Patavinae O.F.M.Conv. illustrant; in quodam enim legato an. 1260 aliquos libros huic bibliothecae traduntur. Sed maioris est momenti aliud documentum diei 27 maii an. 1237, quo canonicus ecclesiae cathedralis AEGIDIUS Fratribus Minoribus Patavii commodabat libros suos, inter quos reperiebantur *Sermones quondam fratris Antonii*, qui secundum opinionem A. erant *Sermones* Doctoris Evangelici. M. P.

1436. - RIGAULD Jean, O.Min., *La vie de saint Antoïne de Padoue.* Traduction, introduction et notes de Alexandre MASSERON. (Textes Franciscains). Paris, Éditions Franciscaines, [1956]. 18,5 cm., 153 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 89-91.

1437. - *Il libro dei miracoli di S. Antonio di Padova.* VI edizione. Padova, Messaggero di S. Antonio - Basilica del Santo, 1956. 20 cm., 245 pp.

1438. - *Beatha Naoimh Antoin O'Phadua.* Tadhg O'NEACHTAIN a d'aistrigh, Pádraig O'SÚILLEABHÁIN, O.F.M., a chuir in eagar. Killiney, Four Masters Press, 1957. In-8º, VI-42 pp.

Patricius O'SULLIVAN, O.F.M., edere curavit hanc gaelicam vitam S. ANTONII PATAVINI, e ms. *Egerton 198* (London, *British Museum*)

exscriptam. Auctor interpretationis est notus scriba hibernicus Thaddaeus O'NEACHTAIN, qui eam an. 1718 e chronicis MARCI DE LISBOA, O.F.M.Obs. convertit, et probabiliter etiam anglicam conversionem confecit. I. V.

1439. - HABIG Marion A., O.F.M., *Everyman's Saint. Life, Cult and Virtues of St. Anthony of Padua.* With eleven silhouettes by Sister Mary Jean DORCY, O.P. Paterson, N.J., St. Anthony Guild Press, 1954. 19,5 cm., XII-195 pp., ill.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 436.

1440. - HÜNERMANN G., *Le Héraut de Dieu, Saint Antoine de Padoue.* Traduit par l'abbé M. GRANDCLAUDON. Mulhouse, Éditions Salvator, 1954. 19,5 cm., 224 pp.

Haec gallica versio iterum prodiit 1955; cf. recensionem operis originalis germanici in *Bibliog.Franc.* X, n.909.

1441. - SOULAIROL Jean, *Saint Antoine de Padoue.* Paris, Éditions Franciscaines, [1956]. 19 cm., 159 pp., tab.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 89-91.

1442. - PERROY Marguerite, *Saint Antoine de Padoue et son Patron l'Ermite.* (L'Histoire dorée pour nos enfants). Paris, Caritas, [1956]. 19 cm., 109 pp., ill.

Venustum donum hic liber est, hiis qui nominantur ANTONIUS dicatum, ut figuram praesertim spiritualem egregiasque res gestas cognoscant et admirentur suorum patronorum, scil. S. ANTONII PATAVINI et S. ANTONII abbatis, et horum alacritatem in divinae gratiae inspirationibus obsequendis imitentur. I. V.

1443. - FARNUM Mabel, *Sankt Antonius von Padua. Sein Leben und seine Wunder.* Vorwort von Raphael M. HUBER, O.F.M.Conv. Aschaffenburg, Paul Pattloch Verlag, 1954. 21 cm., 191 pp., ill.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 320-321.

1444. - SALVINI Alfonso, O.S.B.Vall., *San Antonio de Padua.* 2.ª edición. México, Ediciones Paulinas, 1954. In-16°, 260 pp.

1445. - Idem, *Santo Antônio de Pádua.* 3.ª edição. Caxias do Sul, Edições Paulinas, 1957. 18 cm., 214 pp.

Cf. recensionem quartae editionis italicae huius operis (Alba 1931) in *Coll.Franc.* 3(1933) 277.

1446. - SALVANESCHI Nino, *Il Santo di Padova.* Padova, Edizioni « Il Messaggero di S. Antonio » - Basilica del Santo, 1955. 21,5 cm., 179 pp., tab.

1447. - Idem, *El obispo de San Francisco, San Antonio de Padua.* Versión del italiano por Fr. Camilo JORDÁ MONCHO, O.F.M. Madrid, Compañía Bibliográfica Española, [1957]. 19,5 cm., 239 pp., ill.

Opus delectabilis sane lectionis, quo A. splendidae suae orationis novum specimen profert, et quidem in honorem S. ANTONII PATAVINI, cuius characterem seu physiognomiam spiritualem delineare satagit calore et colore dicendi. I. V.

1448. - PILLA Eugenio, *Il Santo.* Biografia di S. Antonio di Padova. [Seconda edizione riveduta ed ampliata]. Padova, Tipografia e Libreria Editrice Antoniana, 1956. 19 cm., 232 pp., tab.

Etsi liber hic communi populi fidelis coetui dicatur, historicam veritatem in vita et gestis S. ANTONII enarrandis non offendere A. satagit; quo pacto attente perscrutatus est veteres biographias, necnon hodiernas quae maiore aestimatione gaudent, et adiuncta historica temporis et eximii animi sancti thaumaturgi lineamenta spiritualia et moralia satis accurate adumbrare ei prospere succedit. I. V.

1449. - LOPES Fernando Félix, O.F.M., *S. António de Lisboa, Doutor evangélico.* 2.ª edição. Braga, Edição do « Boletim Mensal », 1954. 20 cm., 321 pp.

Cf. recensionem primae editionis (1946) in *Bibliog.Franc.* VIII, n.514. In appendice huius alterius editionis iterum typis editur dissertatio A., *A familia de Santo António de Lisboa* (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.904).

1450. - PAINTING Norman and DAY Michael, C.Orat., *St. Anthony: The man who found himself.* Chicago 9, Illinois, Franciscan Herald Press Publishers of Franciscan Literature, [1957]. 19 cm., 189 pp.

Ratione ac methodo quibus hac nostra aetate fabulae romanenses conscribi solent, auctores huius biographiae S. ANTONII PATAVINI et ipsi actuositatem seu dynamismum vitae apostolicae narrare student. Patet quod in hoc enarrationis genere hic illic mentis inventa producuntur, et ipsa dialogorum creatio potius artem commendat litterariam auctorum quam historiae fidem; quibus difficultatibus AA. obvenire curarunt attenta lectione tum veterum tum hodiernarum biographiarum de S. Doctore Evangelico.

Ad biographias minores de S. ANTONIO quod attinet, delectabili quidem stilo simplici populo, vel quandoque pueris, accommodato et potius pio proposito excolendi devotionem et fiduciam erga S. Doctorem quam historiae fidei inhaerendi exaratas, has recentiores indicamus: DE NINO Generoso, O.F.M., *Breve vita e miracoli di S. Antonio.* Sulmona, Orfanotrofio S. Antonio, [1954]. 16,5 cm., 112 pp., ill.; BISPO António João, *O Português de alma grande.* Històriazinha de Santo António de Lisboa. Lisboa, Ed. da Igreja-Casa de Santo António, 1955. 16 cm., 56 pp.; HELMIE Ervino, S.A.C., *Santo António de Lisboa.* Trad. de Nicolau de OLIVEIRA e Helmut HEIDENREICH, Lisboa, Ed. Paulistas, 1955. 18 cm., 184 pp.; MAURICE [DE QUÉBEC], O.F.M.Cap., *Légendes de saint Antoine.* (Série I). Illustrations du P. SÉRAPHIN [DE STE-HÉLÈNE DE KAM.], O.F.M.Cap. Lac Bouchette (Qué. - Canada), Ermitage Saint-Antoine, 1954. 17,5 cm., 72 pp., ill.; RÜEGG Rose Berthe, *Der heilige Antonius*

von Padua, 1195-1231. (Werktätige Menschen, 6). Solothurn, St. Antoniusverlag, [1956]. In-8°, 64 pp.; WEDGE Florence, *The Martyr who never was.* Life of St. Anthony of Padua. Pulaski, Wisconsin, Franciscan Publishers, 1957. 19 cm., 62 pp.

Tandem, summarium biographicum exhibetur apud: A[MORE] A[gostino, O.F.M.], *Antonio di Padova, santo,* in *I grandi del Cattolicesimo* I, Roma 1955, 86; HEIZMANN Kurt Heinrich, *Antonius von Padua, Gottes Wege und Umwege,* in *Die Großen der Kirche* (cf. *supra* n.133), 308-312; HARDICK Lothar, O.F.M. - HOFMANN Konrad, *Antonius von Padua,* in *Lex.Theol.Kirche* [2]I (cf. *supra* n.126), 673-675; FARNUM Mabel, *Antonius de Wonderdoener,* in *Katholiek Digest* 9(1954-1955) n.10, 17-20; QUIRINUS [VAN ALPHEN], O.F.M.Cap., *De heilige Antonius van Padua,* in *Franc.Leven* 38(1955) 36-46. 69-73. 104-109; HOUBAERT A., O.F.M., *De H. Antonius van Padua,* in *Alter Christus* 12(1957) 128-142. I. V.

1451. - BALDUINUS [VAN AMSTERDAM], O.F.M.Cap., *Antonius van Padua, H.,* in *Theol.Woordenb.* I (cf. *supra* n.128), 170-173.

Concisa brevitate resumuntur capita praecipua theologiae PATAVINI, ratione habita imprimis de adspectibus franciscanis eiusdem doctrinae. Agitur nempe de natura theologiae, de christologia et de mariologia, in quibus sententiae propriae Scholae franciscanae iam clare inveniuntur. Pro singulis fere sententiis ipsi fontes indicantur. S. ST. A.

1452. - CLASEN Sophronius, O.F.M., *Lehrer des Evangeliums. Ausgewählte Texte aus den Predigten des hl. Antonius von Padua.* Einführung, Übersetzung, Erläuterungen. (Franziskanische Quellenschriften, 4). Werl/Westf., Dietrich-Coelde-Verlag, 1954. 21 cm., XII-390 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 106-107. Vide etiam *Il Santo* 1(1961) 384s.

1453. - BELLINCINI Guido, *La parola e l'anima del Santo di Padova.* Seconda edizione con un'appendice su Sant'Antonio Dottore della Chiesa. Padova, Libreria Gregoriana Editrice, [1955]. 20,5 cm., 500 pp.

Cf. recensionem primae editionis (Padova 1932) in *Coll.Franc.* 3 (1933) 293s.

1454. - *Alla scuola del Santo di Padova.* Florilegio spirituale. Passi scelti e presentazione di P. Diomede SCARAMUZZI, O.F.M. (Amanti di Dio, 7). [Modena], Edizioni Paoline, [1956]. 19 cm., 218 pp.

Ut Doctoris Evangelici thesauri sapientiae et scientiae iis etiam pateant qui editionem latinam operum S. ANTONII adire non valent, D. SCARAMUZZI optimo consilio summulam ascetico-mysticam conficere aggressus est, in qua principaliores locos doctrinae PATAVINI excerpere et in sermonem italicum fideliter vertere curavit. Florilegium ordine rationeque disposuit in septem partes quae respective inscribuntur, videlicet: Deus sub rationis luce, Homo-Deus Jesus Christus, Virgo Maria, homo creatura Dei, vita moralis seu dimicatio contra passiones, vita supernaturalis, hominis novissima. Singularum sententiarum locus in editione latina citatur, et quandoque adnotationibus historicis vel doctrinalibus mens Sancti Doctoris illustratur vel explanatur.

Excerpta aliquarum concionum S. ANTONII, in linguam anglicam versa, prae-

bent: *Spring in the midst of winter. Sermon of Saint Anthony of Padua on the Nativity of the Lord,* in *The Cord* 5(1955) 361-366 [sermo *In Nativitate Domini*]; OSTDIEK Antonellus, O.F.M., *Saint Anthony and the Queenship of Mary, ibid.* 4(1954) 338-344 [sermo *In Assumptione S. Mariae Virginis*]; Sister FRANCIS, S.M.I.C., *As frankincense burning in the fire, ibid.* 59-64 [sermo *In Purificatione S. Mariae*]. Tandem plures locos ex sermonibus S. Patavini affert in suis commentariolis CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *St. Anthony and Our Lord,* in *Franc.Herald & For.* 33(1954) 6-8. 39-42. 52; *St. Anthony and the Scriptures, ibid.* 70-73. 84; *St. Anthony and the Eucharist, ibid.* 103-106. Cf. etiam ROMB Anselm, O.F.M.Conv., *The Doctor of the Gospels,* in *The Cord* 4(1954) 211-216. I. V.

1455. - COITEUX Ferdinand, O.F.M., *Le suis-moi du Maître d'après le Docteur Évangélique.* Lettre-préface de S. Ém. le Cardinal P.-É. LÉGER. *Dialogues inspirés de six de ses sermons « In solemnitatibus » et rappelant que suivra Jésus jusqu'à la morte de la croix celui-là seul qui saura se renoncer, contempler, trouver dans l'hostie son esprit d'holocauste.* (Mes Martedis à la radio, 7e série). Montréal, Éditions Franciscaines, [1954]. 18 cm., 303 pp.

1456. - Idem, *Le Christ-Rédempteur d'après Saint Antoine de Padoue. En son prologue et cinq de ses sermons, Saint Antoine vous parle du rôle dévolu au Christ dans la vie de l'homme sur terre.* (Mes Martedis à la radio, 8e série). Montréal, Éditions Franciscaines, [1955]. 18 cm., 303 pp.

Optimo consilio ut verba prolata scripta maneant et amplius in cordibus fidelium fructificent, F. COITEUX, doctrinae et devotionis antonianae notissimus cultor in Canadia, allocutiones suas seu potius dialogos radiophonicos a mense nov. 1951 ad aug. 1954 habitos typis edere curavit, ea quidem ratione ac methodo quibus antea et alias explanationes evulgaverat (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.928). Conciones S. ANTONII hic explanatae iuxta generale argumentum disponuntur, quod quidem argumentum prioris voluminis est Jesum sequi usque ad mortem etiam crucis, alterius vero voluminis Christi opera salutis. I. V.

1457. - CUMMINGS Juniper, O.F.M.Conv., *The Mariology of St. Anthony,* in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 237-255.

Ex sermonibus S. ANTONII extrahitur eius doctrina mariologica, cuius fons seu centrum est Mariae praedestinatio ad Matris Dei dignitatem. Quaestiones a Sancto Doctore perspicue enodatae hae sunt: illa praedestinatio, cuius negativa praeparatio fuit prima sanctificatio, positiva vero Mariae sanctitas et plenitudo gratiae; maternitas, circa quam argumenta explanantur de Virginis consensu, de virginali maternitate et de voto virginitatis; relatio ad S. Trinitatem, maternitas spiritualis; Maria exemplar vitae nostrae spiritualis; Mariae glorificatio, seu de eius assumptione, regalitate et cultu. I. V.

1458. - ROMERI Candido M., O.F.M., *La santificazione di Maria in S. Antonio di Padova,* in *Virgo Immaculata* VII/1 (cf. *supra* n.812), 40-50.

Ut notum est, S. ANTONIUS PATAVINUS in quaestione de Immacu-

lata Conceptione doctrinam secutus est id temporis communem, quae non excludebat Beatam Virginem a labe peccati originalis. Unde effatum S. Doctoris, nempe: « Gloriosa Virgo nec in sua nativitate habuit maculam, quia in utero matris fuit sanctificata » significat quod Beata Virgo statim sanctificata est in utero materno post labis originalis contractionem, et non quidem ab eadem praeservata, ut aliqui auctores interpretantur. Haec prima sanctificatio culmen attigit in momento incarnationis Verbi aeterni; qua de causa S. ANTONIUS maternitatem et virginitatem Mariae prae ceteris privilegiis laudibus ferventius celebrat.

Mentem doctrinamque S. ANTONII de Immaculata Conceptione evulgat etiam PINTO REMA Henrique, *Santo António e a Imaculada Conceição*, in *Bol.Mens.Missões Franc.* 47(1954) 337-341; necnon eiusdem devotio erga Deiparam consideratur in commentariolo anonymo *S. Antonio di Padova, modello e maestro della devozione verso la Vergine SS.*, in *Vita Min.* 25(1954) 59-63. I. V.

1459. - NIGRELLI Giovanni M., O.F.M.Conv., *Sant'Antonio di Padova, caposcuola dell'eloquenza popolare francescana.* Palermo, S.T.S. - Basilica di S. Francesco, 1954. In-16°, 39 pp.

In hac acroasi an. 1947 Panormi prolata, A. notas peculiares explanat praedicationis S. ANTONII, nempe characterem popularem et spiritum ardentem caritatis. Ad influxus huius artis antonianae quod attinet in alios magnos concionatores franciscales (saec. XIII-XV), non omnes historiae eloquentiae franciscanae cultores A. asserta probabunt. I. V.

1460. - GAMBOSO Vergilio, O.F.M.Conv., *La Basilica del Santo. Guida artistica.* Padova, Ed. « Il Messaggero di S. Antonio », 1955. 25 cm., 75 pp., 75 tab.

Elegans opusculum magno usui hiis qui devotionis vel artis causa basilicam patavinam invisendam adeunt.

Similiter peregrinantes in Patavium secura manu ducent et haec opuscula: DIENER Gandolf, O.F.M., *Padua und andere italienische Städte.* Bamberg, St. Otto-Verlag, 1954. 14,5 cm., 48 pp., ill.; LOOF Bavo de, O.F.M., *Naar Padua! Korte reisgids voor de godvruchtige bedevaarter naar het Graf van de H. Antonius* [s.n.t.] 15,5 cm., 40 pp. I. V.

1461. - SARTORI Antonio, O.F.M.Conv., *Il Santuario dell'Arcella a Padova*, in *Misc.Franc.* 56(1956) 358-582 [Extractum: *...A ricordo del 50° del ritorno dei Frati Minori Conventuali: 1905-1955.* Roma, Editrice « Miscellanea Francescana », 1956. 23,5 cm., 48 pp., 1 tab.]

Documentis notitiisque quae supersunt diligenter collectis atque perpensis, A. historiam adumbrare aggreditur monasterii clarissarum Arcellae prope Patavii moenia, S. FRANCISCO auctore, probabiliter an. 1220, erecti. Huius domus religiosae, quae duplex erat, nam et ibi Fratres Minores inhabitabant curam spiritualem monialium gerentes, vicissitudines saeculorum decursu ordine enarrantur: anno 1509 belli causa moniales aliud monasterium obtinent intra urbem, locusque

Arcellae in nosocomium convertitur et paulo post solo aequatur. Ineunte saec. XVII oratorium ibidem exstruitur, quod postea novis aedificationibus amplificatum et ad paroeciam evectum, an. 1905 curis sodalium O.F.M.Conv. concreditur. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.931. I. V.

1462. - SARTORI Antonio, O.F.M.Conv., *La Madonna del Pilastro della Basilica del Santo a Padova,* in *Ven.Franc.* 23(1956) 97-114.

Disquisitio instituitur historica, documentis referta, de altari cuiusdam capellae in basilica Antoniana Patavii, ubi imago picta Beatae Virginis sub titulo Immaculatae Conceptionis a caecis saltem ab ineunte saec. XV excolebatur. Auctor huius operis udo illitis coloribus picti pervestigatur, et ornatus altaris, temporis decursu, diligenter describuntur. I. V.

1463. - SARTORI A., O.F.M.Conv., *L'Arciconfraternita del Santo.* Padova, Tip. della Provincia Patavina di S. Antonio dei Frati Min. Conv. - Basilica del Santo, 1955. 25 cm., 118 pp., 21 ill.

Ad fidem documentorum historia texitur septies saecularis sodalitii patavini, quod non tantum honores et devotionem erga S. ANTONIUM excoluit, sed et optime meritum est de Ordine Seraphico, religione et arte. - Cf. rec. in *Il Santo* (Padova) 1(1961) 157-159. I. V.

1464. - DIEBÄCKER Gebhard, O.F.M., *Antoniusbrot - Brot der Armen,* in *Bruder Franz* 8(1955) 143-146.

1465. - POLETTI Benedetto, O.F.M., *Il devoto di S. Antonio di Padova.* [Monza, Tipografica Artigianelli, 1955]. 12,5 cm., 450 pp., tab.

Fere omnes devotionis formas, quibus fidelis populus S. ANTONIUM prosequi amat, in hoc perpulchro manuali antonianus cultor collectas inveniet.

Alia plura devotionalia opuscula recenter prodiere, quae iuxta linguarum ordinem digerimus:

REGINALD [OF DUBLIN], O.F.M.Cap., *St. Anthony's Novena.* Manual to obtain spiritual and temporal favours. Sixth edition - 80th thousand. [Dublin, The Catholic Truth Society of Ireland, 1954]. 12 cm., 46 pp.; *Saint Anthony Sunday Missal, including the Mass and Novena to Saint Anthony and solemn feasts of the Church.* Padua, Conventual Fathers, St. Anthony's Basilica - New York, Notre Dame Publishing Co., 1956. In-8°, 392 pp.; *Manual of devotions in honor of St. Anthony of Padua.* New York, Franciscan Province of the Immaculate Conception, [1956]. 14 cm., 63 pp., ill.

Manuel de la dévotion à Saint Antoine de Padoue. Brive, Grottes de Saint-Antoine, 1956. 13 cm., 140 pp.; PANNEEL Henry, *Saint Antoine de Padoue.* Vie, neuvaine, prières, litanies. Paris, Bureau de Presse Catholique, [1957]. 15 cm., 33 pp.; *Les mardis de Saint Antoine avec le bon Père Frédéric.* (Le Souvenir, bulletin trimestriel de la cause du P. Frédéric. Vol. 3, n.2). Trois-Rivières, [1954]. 20 cm., 54 pp., ill.; *Treize jours avec St. Antoine de Padoue.* Prières en l'honneur du Saint. Septième édition. Montréal, La Réparation, Pointe-aux-Trembles, Les Éditions Tau, 1956. 14 cm., 64 pp., ill.

ERWIN FREI [VON SILENEN], O.F.M.Cap., *Antonius von Padua,* Andachten und Gebete. Solothurn, St. Antonius-Verlag, 1952. 14 cm., 192 pp.; DIENER Gangolf,

O.F.M., *Geht zum hl. Antonius.* Vier kurze Antoniusandachten, besonders für die Antoniusdienstage. Bamberg, St. Otto-Verlag., [1954]. 14,5 cm., 24 pp.

CORREDOR GARCÍA Antonio, O.F.M., *San Antonio en el hogar.* Visita domiciliaria. Cáceres, Imprenta La Minerva, [1954]. 13,5 cm., 8 pp.; Idem, *Novena angélica a San Antonio de Padua.* 2.ª edición. Cáceres, Cruzada Mariana (Padres Franciscanos), [1956]. 16 cm., 12 pp.; Idem, *Trece martes a San Antonio de Padua.* 2.ª edición. Cáceres, Cruzada Mariana (Padres Franciscanos), [1956]. 14 cm., 14 pp.

HERMANS Floriaan, O.F.M., *Gebedenboek ter ere van S. Antonius.* Antwerpen, Oever, 1957. 13 cm., 128 pp.

I tredici martedì in onore di S. Antonio di Padova. Quaracchi, [Tip. Collegio S. Bonaventura], 1957. In-32°, 48 pp.

Livrinho de Santo Antônio. Vida do Santo. O Pão dos pobres. Trezena, novena, treze terças-feiras e benção de Santo Antônio. 8.ª edição. Salvador-Bahia, Mensageiro de Fé, 1956. 13 cm., 102 pp. I. V.

1466. - BRANCO Mário, O.F.M., *Frei António de Lisboa.* Auto lírico em três jornadas com um prólogo e uma apoteose. Braga, Tip. Missões Franciscanas, 1954. 19 cm., 75 pp.

1467. - *Lofzang ter ere van de H. Antonius van Padua,* in *Franc. Leven* 39(1956) 76.

Poetica versio responsorii *Si quaeris miracula,* lingua neerlandica saec. XVII exarata.

1468. - MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK, O.F.M.Cap.], *Gezelle en Sint Antonius van Padua,* in *Franc.Leven* 40(1957) 76-83. 100-105.

Notissimi poetae flandrici G. GEZELLE (1830-1899) colliguntur 6 carmina in honorem S. ANTONII PATAVINI conscripta, necnon aliqui versus populares saec. XIX ab eodem poeta e traditione populi congregati. S. ST. A.

Bartholomaeus Anglicus, O.Min., fl. 1231

Vide etiam: n.63. 699 mss.; 100 incunab.; 144 bio-bibliographia; 642 Gundisalvi; 966 virtutes, vitia.

1469. - MACALI L., O.F.M.Conv., *Bartolomeo Anglico,* in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 585.

Occasione huius brevis notitiae nuntiamus etiam dissertationem doctoralem quam W. HUMPHRIES « pro manuscripto » exaravit: *An edition with analysis of the book of Geography from the work of Bartholomaeus Anglicus in the french translation of Jean de Corbichon,* University of California 1954 (cf. *Augustiniana* 7[1957] 443). S. ST. A.

Caesarius de Spira, O.Min., † 1239

1470. - FORSTER Wilhelm, O.F.M., *Caesarius von Speyer,* in *Neue Deutsche Biographie* III, Berlin (1957) [cf. *supra,* n.144], col. 89*b*-90*a*.

CAESARIUS DE SPIRA natus esse perhibetur versus finem saeculi XII et modo tam mysterioso quam dolendo supremum vidit diem an. 1239. Mentione dignum esse censemus, quod A. in elencho bibliographico ad-

ducit: S. BRETTLE, *Die Anfänge des Minoritenordens in Deutschland,* opus quod tamquam manuscriptum prostat in coenobii S. Annae Monacensis bibliotheca (*ibid.*, 90*a*). O. R.

Joannes de Rupella, O.Min., † 3 mart. 1245

Vide etiam: n.638. 722. 744 mss.; 595 divisio potentiarum animae; 1607 habitus; 703 connexio animae cum potentiis; 705 synderesis; 712 conscientia; 714 eleemosyna; 860s sanctificatio B.M.V.; 900 redemptio; 943 character; 952 res sexualis; 959. 962 gratia; 964. 969 beatitudo; 966 virtutes, vitia; 1229 S. Joseph.

1471. - BETTINI O., *Giovanni de la Rochelle,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 765-766.

1472. - NAPPO Costantino, O.F.M., *La Postilla in Marcum di Giovanni de Rupella e suoi riflessi nella Summa Halesiana,* in *Arch.Franc. Hist.* 50(1957) 332-347.

Examinatur attributio cod. Milano, *Bibl.Ambr. D.471 inf.*, quo *Postilla in Marcum* ALEXANDRO DE HALES adscribitur. Praesens pervestigatio vero multipliciter evincit eiusdem auctorem genuinum JOANNEM DE RUPELLA exsistere atque opus praelaudatum unum ex fontibus *Summae Halesianae* constituere.

Inter 14 codd. nonnisi 3 JOANNEM, 1 ALEXANDRUM, 1 NICOLAUM DE GORHAM, O.P., memorant, dum 9 anonymi traduntur (p.334). - Ut problema attributionis dirimatur, A. concordias manifestas indolis generalis et quorundam locorum inter *Post. in Mc.* et *Post. in Lc.*, JOANNI DE RUPELLA indubie attribuendam, in lucem profert (335-338). Idem praebet quoad *Post. in Mt.* (Florentiae, *Bibl.Laurenz., cod. Plut.VII dext. 5* [339-342]). Postremo A. adstruit *Post. in Mc.* Rupellianam (f. 52*ab*) certo fuisse fontem *Summae Halesianae,* lib. I, n.105 (ed. Quaracchi I, 164-166), qui locus insuper aperte consonat cum JOANNIS *Quaestione disputata de transfiguratione* (342-347). O. R.

1473. - LIO Ermenegildo, O.F.M., *Alcune « Postillae » sui Vangeli nei rapporti con Alessandro di Hales, Giovanni de la Rochelle e la « Summa Fratris Alexandri »,* in *Ant.* 30(1955) 257-313.

Agitatur quaestio critico-litteraria haud minimi momenti de vero auctore et tempore ortus *Postillarum super Lucam* necnon *super Marcum,* quarum alterae, etsi immerito, NICOLAO DE GORHAM, O.P., tribuebantur.

In prima parte (p.259-286) A. apertas consonantias patefacit inter *quaestionem de superfluo* ALEXANDRI DE HALES 'antequam esset frater' (cf. ed. Quaracchi 1960, I, 274-292), *Summam Halesianam* et *Postillas super Lucam* (259-271). *Postillae super Marcum* partim consonant sum *Summa* praefata, cum *quaestionibus de legibus et praeceptis,* quae ad mentem F.M. HENQUINET, O.F.M., JOANNI DE RUPELLA adscribendae sunt, necnon cum eiusdem *quaestione de transfiguratione* (271-286). - In inquisitionis parte secunda A. ad quaestiones critico-litterarias respondere conatur (286-311). *Postillae* dictae, quantum ex examine partiali A. affirmare valeat, satis probabiliter JOANNI praelaudato debentur, item verisimiliter *Summae* exstiterunt fontes, attamen simul ex ALEXANDRI *quaestione de superfluo* et JOANNIS *Summa de vitiis* pendere deprehenduntur. Idcirco compositae sunt post an. 1227, quo siquidem ALEXANDRI *quaestio de superfluo* probabiliter orta est, et ante an. 1245, quo

eiusdem *Summa* finita est et quo JOANNES defunctus est. Hae aliaeque conclusiones istius elucubrationis prudenti iudicio exhibentur p.311-313. O. R.

1474. - LYNCH Kilian F., O.F.M., *The* Summa de sacramentis *of Escorial C.IV.2*, in *Franc.Stud.* 17(1957) 58-84.

Ad fidem praefati codicis editur *Summa de sacramentis* (p.64-84), quae secundum catalogum Bibl. Escorial JOANNI DE RUPELLA attribuitur. In introductione historico-litteraria A. demonstrat hoc sustineri non posse (58-63).

Editor opuscula eodem codice contenta, vid. *Summam de praeceptis* et *de consiliis* non secus ac *Summam de articulis fidei* confert cum tractatibus item inscriptis ac rite JOANNI tributis. Dum *De articulis* reapse a nostro doctore ortum ducit, opuscula priora ab eo abiudicanda sunt. Ope definitionis sacramenti Rupellianae ac opinionis eiusdem de sigillo sacramentali aperiendo, a *Summa de sacramentis* haud parum divergentium, liquido patet Nostrum eiusdem scriptorem esse non posse. Ipsa pro magna parte *Summam auream* GUILELMI DE AUXERRE proprio fini accommodat. Propter anonymi sententiam de duplici clavi Ed. autumat opusculum, quod doctrinam JOANNI affinem proponit, inter ALEXANDRI DE HALES *Glossam* et HUGONEM DE SAINT-CHER, O.P., i.e. ca. an. 1230 compilatum esse. - En themata in *Summa de sacramentis* tractata: de sacramentis in genere (p.64), de sacramentis Veteris Legis (64-66), Novae Legis (66s), de baptismo (67-70), de confirmatione (70s), de eucharistia (71-75), de paenitentia (75-81), de extrema unctione (81), de sacramento ordinis (81-83), de matrimonio (83-84). Cf. insuper eiusdem Auctoris opus, quo de hoc ms. etiam agitur quodque recensetur in *Coll.Franc.* 29(1959) 109s. O. R.

1475. - MICHAUD-QUANTIN P., *Une division « augustinienne » des puissances de l'âme au moyen âge*, in *Rev.Ét.Aug.* 3(1957) 235-248.

Antea A. penes JOANNEM DE RUPELLA, O.Min., investigaverat divisionem potentiarum animae secundum philosophos, medicos, magistros, theologos (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.550). Nunc vero peculiare examen instituit de divisione quam JOANNES receptam esse dicit « ex ipsis verbis B. Augustini ex diversis locis in libro *De spiritu et anima* ». Haec divisio tamen non ex genuinis AUGUSTINI operibus provenit sed potius ad traditionem AVICENNAE, GUILELMI DE CONCHES et BOETHII pertinet. Tractatus *De spiritu et anima* communiter adscribitur ALCHERO CLAREVALENSI, O.Cist. (saec. XII). S. ST. A.

Alexander de Hales, O.Min., † 21 aug. 1245

Vide etiam: n.63. 638. 1472 mss.; 71. 100. 113 incunab.; 21. 589 editiones; 538. 548. 561. 778. 1473s. 1671. 1733 influxus; 631 augustinismus; 642 Gundisalvi; 657 metaphysica; 681 analogia; 683 materia spiritualis; 689 cognitio de Deo « quid est »; 703 connexio animae cum potentiis; 1607 habitus; 706 synderesis; 711 ethica; 712s conscientia; 714 eleemosyna; 717 usura; 718 textus de lege; 719 pulchrum; 730 theologia; 1639 conclusio theologica; 738 actus fidei; 1646 argumentum ex charitate; 1632 personae definitio; 755 generatio Filii; 759 utrum si Adam non peccasset; 777 resurrectio; 859s. 861. 1652 sanctificatio B.M.V.; 926s. 929 regalitas B.M.V.; 939 potestas papae; 940 contra Graecos; 942 definitio sacramenti; 943 character; 945 baptismus, paenitentia; 1659 iustitia originalis; 952 res sexualis; 960 deificatio; 962 inhabita-

tio; 964. 969. 971 beatitudo; 966 virtutes, vitia; 1229 S. Joseph; 1281 ars praedicandi; 1575 iudicium de S. Bonaventura; 1692 iudicium Baconis.

1476. - MACALI L., O.F.M.Conv., *Alessandro di Hales*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 140-142.

Brevis sed accurata notitia praebetur de vita, operibus et doctrinis philosophicis HALENSIS. Notamus tamen quod ad genuinam ALEXANDRI doctrinam cognoscendam nunc potius adhibendae sunt *Quaestiones disputatae* et *Glossa* nuperrime editae (cf. *Coll.Franc.* 30[1960] 462s) quam *Summa* cuius auctor est ALEXANDER tantummodo « secundum quid ».

Similem notitiam pro parte theologica habes: EMMEN Aquilin, O.F.M., *Alexander von Hales, O.F.M.*, in *Lex.Theol.Kirche* ²I (cf. *supra* n.126), 306-308; KAUP Julian, O.F.M., *Alexander von Hales*, in *Lexikon der Marienkunde*, 1. Lieferung, Regensburg 1957, 125-126; LUCHESIUS SMITS [VAN WOENSEL], O.F.M.Cap., *Alexander van Hales*, in *Theol.Woordenb. I* (cf. *supra* n.128), 84-86. S. ST. A.

1477. - *Magistri Alexandri de Hales Glossa in quatuor Libros Sententiarum Petri Lombardi.* Nunc demum reperta atque primum edita studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae. III: *In librum tertium.* IV: *In librum quartum.* (Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, 14-15). Quaracchi, Florentiae, ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1954/57. 25 cm., 38*-612, 48*-651 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 321-323; 27(1957) 430-431; cf. quoque K.F. LYNCH, O.F.M., in *Franc.Stud.* 17(1957) 307-312; V. HEYNCK, O.F.M., in *Franz.Stud.* 39(1957) 64s.

1478. - BOUGARD Pierre, *À propos d'Alexandre de Hales: le ms. 855(526) d'Arras*, in *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 212-217.

Describitur et examinatur codex Atrebatensis *855(526)*, qui in prima parte, probabiliter inter 1270-1300 composita, continet f.1*r*-33*v* *Glossam in I Sent.* ALEXANDRI HALENSIS, mutilam tamen et permixtam commentario HUGONIS DE SAINT-CHER. Id genus codicum Editores *Glossae* haud ignorarunt, sed praesens exemplum hucusque latuit. Non nisi levioris momenti lectiones variantes textui critice edito advehit. S. ST. A.

1479. - GUINDON Roger, O.M.I., *La « Lectura super Matthaeum incompleta » de saint Thomas*, in *Rev.Univ.Ott.* 25(1955) 213*-219*.

Antiqui catalogi operum AQUINATIS *Lecturam super Matthaeum* ut incompletam descripserunt. Huiusmodi tamen imperfectio in editionibus hucusque factis minime patuit, quia primus eiusdem *Lecturae* editor, BARTHOLOMAEUS DE SPINA, O.P. (1527), lacunas supplevit textibus, qui saltem pro Mt 5, 11-6, 9 dependent e *Summa fratris Alexandri* et *Postillis* HUGONIS DE SAINT-CHER. Plurimos locos parallelos cum *Summa halesiana* A. significat. Notamus quod BARTHOLOMAEUS DE SPINA memoratas interpolationes desumpsit e commentario PETRI DE SCALA, O.P. († 1295). Cf. *Ang.* 33(1956) 121-142. S. ST. A.

1480. - GILSON É., *Les « coaequaeva »*, in *Medioevo e Rinascimento*, studi in onore di Bruno Nardi, I, Firenze 1955, 375-384.

In *Summa fratris Alexandri* et in *Summa de creaturis* ALBERTI MAGNI satis abunde tractatur doctrina de *coaequaevis*, quo nomine ex *Metaphysica* ALGAZALI mutuato intelligebantur quatuor creaturae primordiales, scil. « caelum et terra » (Gen. 1, 1) seu iuxta AUGUSTINUM *materia angelica* et *corporalis*, quibus elementis alii Patres addiderunt *tempus* et *caelum empyricum*. S. St. A.

1481. - BERTOLA Ermenegildo, *La dottrina dello « spirito » in Alessandro di Hales*, in *Sophia* 23(1955) 184-191.

Doctrina medico-platonica de spiritu corporeo seu elemento mediatore inter animam rationalem et corpus, ab A. etiam apud ALBERTUM MAGNUM et THOMAM AQUINATEM inventa, examinatur secundum *Summam fratris Alexandri*. Anima rationalis coniungitur suo corpori ut motor mobili et ut perfectio formalis suo perfectibili. Tantummodo prout est motor, anima utitur potentiis mediis, dum ut perfectio ipsa anima immediate unitur corpori. Anima habet media — ex parte sua — vires animales, vitales et naturales, quibus — ex parte corporis — respondent tres spiritus corporei. Inter animam rationalem et corpus haec statuitur gradatio: 1) substantia incorporea, cognoscitiva, separabilis a corpore (*anima rationalis*); 2) substantia incorporea, cognoscitiva, inseparabilis a corpore (*sensibilis*); 3) substantia incorporea, non cognoscitiva, inseparabilis a corpore (*vegetabilis*); 4) corporeum non compositum ex elementis, non complexionatum (*spiritus*); 5) corporeum compositum ex elementis, sed non complexionatum (*humor*); 6) corporeum compositum et complexionatum (*corpus*). In hac doctrina halesiana A. duos recognovit fontes: medico-platonicum libri *De motu cordis* ALFREDI ANGLICI (etiam ALI EL ABBAS, *Pantegni;* QUESTA BEN LUCA, *De differentia animae et spiritus*) et pseudo-augustinianum libri *De spiritu et anima* (seu potius *Epistola ad Alcherum* ISAAC DE STELLA; et HONEIN BEN ISAAC, seu JOHANNITIUS, *Isagoge ad Tegni*). S. St. A.

1482. - GILLON L.-B., O.P., *Relatio transcendentalis et quaestio scholastica: utrum angelus et anima differant specie?*, in *Ang.* 32(1955) 105-116.

Historice examinatur quaestio de specifica animae et angeli distinctione, primum in *Summa halesiana* diffuse tractata. Praesertim vero attenditur obiectio quod unibilitas ad corpus, utpote quid relativum seu relatio, non potest constituere specificam differentiam alicuius substantiae seu animae. Breviter refertur sententia JOANNIS DE RUPELLA, ODONIS RIGAUD, BONAVENTURAE — imprimis enim magistri franciscales hanc quaestionem moverunt —, sed potissimum *Summa halesiana* viam paravit doctrinae S. THOMAE quod unibilitas convenit animae *ex natura suae essentiae* et est ei *essentialis*, quamvis habeat rationem *effectus* relate ad priorem et profundiorem differentiam quae tangit animam

quatenus est spiritus. Essentialia elementa huius doctrinae iam in *Summa halesiana* inveniuntur.

Ad angelologiam ALEXANDRI et BONAVENTURAE frequenter recurrit, comparationis gratia, HAYEN A., S.J., *Le péché de l'ange selon saint Thomas d'Aquin. Théologie de l'amour divin et métaphysique de l'acte d'être*, in *Teoresi*. Rivista di cultura filosofica (Messina) 9(1954) 83-176. S. ST. A.

1483. - HUFNAGEL Alfons, *Die Wesensbestimmung der Person bei Alexander von Hales*, in *Freib.Zschr.Phil.Theol.* 4(1957) 148-174.

Post F. VON GUNTEN, O.P., qui notionem personae in doctrina trinitaria halesiana examinaverat (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.559), A. essentiam personae in genere determinare contendit iuxta ALEXANDRI sententiam in *Glossa* propositam, continue tamen ad *Summae* opiniones relatam. Primum fontes historici quaestionis explicantur, scil. definitiones eo tempore satis vulgatae BOETHII, RICHARDI DE S. VICTORE et cuiusdam anonymi (*persona est hypostasis distincta proprietate ad dignitatem pertinente*). Hanc ultimam definitionem ALEXANDER praefert, saltem in *Glossa*. Deinde A. varia considerat problemata quae personae conceptui coniunguntur, ut demum essentiam personae enucleet determinatione logico-categoriali (utrum persona sit universale seu particulare aliquid) et metaphysica (distinguendo eam ab aliis conceptibus metaphysicis, uti sunt essentia, hypostasis, individuum, subiectum, natura, substantia, subsistentia; et comparando conceptus personae, prout de Deo, angelo vel homine agitur). Auctor concludit quod ALEXANDER in problemate de persona tractando verum intellectum metaphysicum monstravit et vim speculativam. S. ST. A.

1484. - GÖSZMANN W.E., *Die Methode der Trinitätslehre in der Summa Halensis*, in *Münch.Theol.Zschr.* 6(1955) 253-262.

Delineatur *Summae Halensis* methodus in mysterio SS. Trinitatis delibando, ratione habita praesertim de opinionibus RICHARDI DE S. VICTORE, qui penes ALEXANDRUM DE HALES magnopere viguit. Exponuntur eorundem communia et propria quod principium metaphysicum Summi adhibendum attinet (p.253-256). Victoriensis siquidem viam potius inductivam praefert, dum *Summa* deductionem potissimum colit. Deinde monstratur, quomodo uterque diversimode ad trium SS. Trinitatis Personarum exsistentiam concludat (256-260). Postremo in RICHARDI, S. BONAVENTURAE et *Summae* modum personae conceptus SS. Trinitati applicandi inquiritur (260-262). In *Summa* scil. BOETHII definitio personis creatis, illa vero a RICHARDO adinventa personis divinis accommodatur. - Commentarius hic dilucido tractationis genere commendatur.

Die 19 iunii 1957 Petrus Chrysologus BOTTE, O.F.M., in Pont. Athenaeo Antoniano Urbis sequentem defendit thesim: *De doctrinae Alexandri de Hales vi ac momento circa SS. Trinitatis mysterium*, quae, quantum sciamus, nondum typis mandata est (cf. *Ant.* 33[1958] 184). Similiter hic innui potest alia dissertatio nondum edita coram eiusdem Athenaei professoribus die 4 martii 1955 defensa: *Doctrina de fide iuxta Glossam et quaestiones Magistri Alexandri de Hales*, a Didaco DEVOLDER, O.F.M., exarata (*ibid.* 31[1956] 141). O. R.

1485. - DE AMATO Norbertus, O.F.M., *Doctrina Summae Fratris Alexandri de Hales de ipsa natura a Verbo assumpta. Disquisitio historico-systematica.* (Pontificium Athenaeum Antonianum. Facultas Theologica - Theses ad Lauream, 105). Romae, [Tipografia del Senato del Dott. G. Bardi], 1956. 22,5 cm., 95 pp.

Dissertationis accuratae intentio versatur circa quaestionem speculativam, « quomodo scil. illa natura humana quam Verbum assumpsit, quamquam individua, integra et perfecta, tamen persona ... non sit » (p.8), et quidem ad mentem *Summae theologicae* ALEXANDRI DE HALES in Libri III distinctione *De ipso assumpto* (n.32-36, vol. IV, Quaracchi 1948, p.50-58).

Introductionis instar A. pauca praebet de Doctoris Irrefragabilis vita (19-24), operibus (24-28), fontibus doctrinae quoad naturam assumptam, videl. GUILELMO DE AUXERRE, PHILIPPO CANCELLARIO, ROLANDO DE CREMONA, O.P., HUGONE DE SAINT-CHER, O.P. (28-42). Quinque capitibus sequentia dilucidantur: 1) natura humana a Verbo assumpta (43-52); 2) assumptio humanae naturae secundum corpus et animam (53-60); 3) assumptio corporis mediante anima (61-66); 4) recta personae definitio et ratio ob quam persona a Verbo assumi non potuerit (67-80); 5) sensus ususque dictionis *homo assumptus* (81-89). In epilogo momentum positionis *Summae* in quaestionibus praefatis elucidandis pressius determinatur (91-94). - Methodus tractationis est historico-systematica, quatenus A. primo inquirat in fontem determinatum respectivae quaestionis ac dein ipsius *Summae* sensum exploret, ut demum aliquos scriptores innuat, in quos ALEXANDER influxum exercuit. Speciali titulo ODO RIGAUD in *Commentario in III Sent.* e *Summa* pendet. Idcirco A. sententiam V. DOUCET, O.F.M., de temporis prioritate *Summae* novis firmavit argumentis. - Quod doctrinam autem spectat, ALEXANDER, cum naturam qua « vim procreandi similia ex similibus » definierit, veram doctrinae christologicae progressionem adduxit, naturae humanae Christi constitutionem primae nativitati in Virgine assignando. Praeterea accurate distinxit inter naturam secundum esse, i.e. iam exsistentem, et naturam ut principium remotum operationis, « quae non erat, sed fiebat ».

Ut cetera — mentione omnino digna — ob brevitatis studium silentio praetereamus, laudamus copiosum elenchum bibliographicum (13-18; adiungi poterat BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.Cap., in *Coll.Franc.* 21[1951] 411-429 et pervestigatio praeclara E. SCHLENKER, de qua cf. *ibid.* 11[1941] 508-512), dilucidam sobriamque doctrinae expositionem necnon impressionis nitorem egregium. Pauca nonnisi menda typographica deteximus. Gravioris momenti vero est, quod p.11 indicis paginarum numeri operi minime respondent. Pro ceteris cf. etiam *BTAM* VIII, n.769. O. R.

1486. - CHÂTILLON Jean, *Moïse, figure du Christ et modèle de la vie parfaite. Brèves remarques sur quelques thèmes médiévaux*, in *Moïse, l'homme de l'Alliance*, Tournai 1955, 305-314.

Auctor penes plures medii aevi theologos aliquos textus invenit, quibus Moyses non solum qua Legis fundator, sed insuper qua figura Christi lenitatis, humilitatis, oboedientiae et intimitatis cum Deo celebratur.

Inter doctrores nostros examinantur ALEXANDER DE HALES necnon S. BONAVENTURA, circa cuius sensum nunc insuper videatur: S. CLASEN, O.F.M., *Franziskus, der neue Moses*, in *Wiss.Weish.* 24(1961) 200-208. - Quae supra exposuimus, desumpsimus e *BTAM* VII, n.2544. O. R.

1487. - HÖDL Ludwig, *Der Ursprung der Schuldefinition des sakramentalen Charakters in der Sentenzenglosse des Alexander von Hales († 1245)*, in *Münch.Theol.Zschr.* 7(1956) 297-299.

Brevissima hac communicatione A. dilucide ostendit ALEXANDRUM DE HALES definitionis magistralis characteris sacramentalis auctorem praecipuum fuisse.

Agitur scil. de loco — interea a PP. Gollegii S. Bonaventurae egregie edito -: *Glossa* IV, d.6, n.2*i*, Quaracchi 1957, 108s. In eundem convenit sensum J. GALOT, *La nature du caractère sacramental* (cf. *supra*, n.943), 97-100. - Hic recoluisse quoque iuvat dissertationem Campion MURRAY, *The composition of the Sacraments according to the « Summa de Sacramentis » and the « Commentarium in IV Sententiarum » of St. Albert the Great*, in *Franc.Stud.* 16(1956) 177-201, qui p.196-201 monstrare nititur, quod S. ALBERTUS M. in doctrina circa Sacramentorum duplex elementum elaboranda sententias Doctoris Irrefragabilis prae oculis habuit. O. R.

1488. - SOLERI Giacomo, *Il superfluo nella scuola francescana medioevale*, in *Città Vita* 9(1954) 438-452.

Est summa rerum seu brevis complexio materiae, quae uberrime tractata est ab Hermenegildo LIO, O.F.M. in dissertatione *Determinatio superflui in doctrina Alexandri Halensis eiusque Scholae* (cf. *Bibliog. Franc.* X, n.962s).

Vitus de Cortona, O.Min., † 1246

1489. - VITO DA CORTONA, O.Min. († 1246), *Leggenda della beata Umiliana de' Cerchi*, in *Prosatori minori del Trecento* (cf. *supra* n.241), 721-768.

B. HUMILIANA mortua est vigesimo sexto aetatis anno vix expleto die 19 maii 1246, ac, statim post, eius vitam descripsit VITUS DE CORTONA, vel de VOLTERRA, quae dein inter annos 1250 et 1350 italice interpretata fuit, atque hic iterum in lucem editur. Post priorem editionem (Firenze 1827), recentius illam emendatam typis excudendam curaverat G. BATTELLI, *La leggenda della beata Umiliana de' Cerchi*, Firenze 1932. M. A.

Julianus de Spira, O.Min., † ca. 1250

1490. - LANGOSCH Karl, *Julian von Speyer*, in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V, Berlin 1955, col. 487-494.

Conspectus omnino peritus exhibetur vitae curriculi necnon operositatis litterariae ac musicalis JULIANI DE SPIRA seu Theutonici dicti, qui versus an. 1200 natus, Ordini minoritico probabiliter iam ante an. 1223, certo ante mortem S. FRANCISCI, adiunctus est. E vita migravit verisimiliter an. circiter 1250. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.657. 973. O. R.

Joannes de Pian di Carpine, O.Min., † 1 aug. 1252

1491. -- SINOR Denis, *John of Plano Carpini's Return from the Mongols. New Light from a Luxemburg Manuscript*, in *Journ.Roy.Asiat. Soc.* (London) 1957, 193-206.

A. exscribit lectiones variantes cod. Luxemburgensis, *Historiam Mongalorum* JOANNIS DE PIAN DI CARPINE exhibentis, relate ad illius

editionem in *Sinica Franciscana* (I, 27-130), quae tamen iam in eiusdem operis vol. III (805-815) suppletae fuerant. Praeterea, quasdam quaestiones chronologicas et historicas, ope illius codicis, dilucidat.

Historia Mongalorum, anglice versa, vulgatur in *The Mongol Mission. Narratives and Letters of the Franciscan Missionaries in Mongolia and China in the thirteenth and fourteenth Centuries.* Edited by Christopher DAWSON, London 1955, 1-72 (cf. rec. in *Coll.Franc.* 25[1955] 441).

De itinere et opere JOANNIS DE PIAN DI CARPINE aliqua refert OLSCHKI Leonardo, *L'Asia di Marco Polo. Introduzione alla lettura e allo studio del «Milione»* (Biblioteca storica Sansoni, n.s. 30). Firenze, Sansoni, [1957]. In-8°, 451 pp., tab., chartae geog. (cf. p.50ss). - Circa eius legationem ad Halicz, ut unionem Ruthenorum efficeret (1246) vide SZCZEŚNIAK Boleslaw, *The mission of Giovanni de Plano Carpini and Benedict the Pole of Vratislavia to Halicz*, in *Journ.Eccl.Hist.* 7(1956) 12-20.

I. V.

Elias de Cortona, O.Min., † 22 apr. 1253

Vide etiam: n.343 iudicium de eo; 347 Ordinis directio; 536 verba fictitia.

1492. - *Sonetti alchemici di Cecco d'Ascoli e Frate Elia*, con note storiche e commento a cura di Mario MAZZONI. Roma, Atanòr, 1955. In-8°, 46 pp.

Ex *Rassegna Letteratura Ital.* 60(1956) 354 colligimus quod ope huius rari opusculi A. typis edidit: 1) breve quoddam carmen (*sonetto*) FRANCISCI DE ASCOLI († 1327), ex Firenze, *Bibl.Naz., cod. Magliabechi 308;* et 2) ex variis codicibus, sed praesertim ex Firenze, *Bibl.Naz., cod.Riccardiano 946*, n.9 huiusmodi carmina fratris ELIAE, quibus ipse praemittit breviorem notitiam biographicam de ambobus auctoribus.

M. A.

Robertus Grosseteste, Ep. Lincolniensis, † 9 oct. 1253

Vide etiam: n.699s. 744 mss.; 546. 636 versiones e graeco; 588 habitudo ad O.Min.; 657 philosophia; 680 metaphysica lucis; 692 continuum; 696ss scientiae; 701 computus; 714 iustitia; 719 pulchrum; 759 utrum si Adam non peccasset; 898 debitum; 934 visio beata B.M.V.; 966 virtutes, vitia; 990 Ps.-Dionysius; 683. 695 Ps.-Grosseteste.

1493. - ALESSIO Franco, *Studi e ricerche su Roberto di Lincoln*, in *Riv.Crit.Stor.Fil.* 12(1957) 231-237.

Aliquibus notitiis praemissis de intenta operositate politica, religiosa, philologica, philosophica, scientifica, mystica ROBERTI GROSSETESTE, A. colligit elenchum operum ac dissertationum ab ineunte saec. XX ad 1956 de eo editarum. Excluduntur autem capita quae in libris generalioris sententiae ROBERTO dedicantur.

Hae sectiones elenchum constituunt: biographia - scripta et textus editi - philologia et versiones - theologia et commentarii biblici - operositas politica et religiosa - habitudines ad alios medii aevi auctores - operositas philosophica et scientifica. Cuiusque sectionis notitiae bibliographicae chronologicum sequuntur ordinem.

S. St. A.

1494. - CALLUS D., O.P., *Grosseteste, Robert,* in *Theol.Woordenb.* II (cf. *supra* n.129), 2122-2126.

Haec brevis sed accurata notitia spectat vitam, opera, philosophiam (mentis aspectus et affectus, doctrina de luce, actus et potentia), methodum explicandi *libros naturales,* versiones a graeco factas, episcopatum LINCOLNIENSIS. S. ST. A.

1495. - *Robert Grosseteste, Scholar and Bishop.* Essays in Commemoration of the Seventh Centenary of his Death. Edited by D.A. CALLUS. With an Introduction by Sir Maurice POWICKE. Oxford, At the Clarendon Press, 1955. 23 cm., XXV-263 pp., tab.

Ad septimum centenarium obitus ROBERTI GROSSETESTE (1253) digne commemorandum eminentes viri studiosi Lincolnienses et Oxonienses operam dederunt ut duos adspectus principales vitae ROBERTI, eiusdem scil. operositatem scientificam et pastoralem curam, doctissimis dissertationibus illustrarent (cf. n.1496. 1498. 1501. 1503. 1505. 1514s. 1517-1519). Rem optime profecto gesserunt, ita ut hunc librum nemo, qui deinceps de GROSSETESTE scribere velit, praeterire possit. Summaria dissertationum (VII-IX) quodammodo supplent indicem nominum ac rerum, qui libri usui et commodo haud parum profecisset sed — dolens dico — abest. Adest vero in extremo libro tabula chronologica vitae ROBERTI (251s), selecta bibliographia (253-260) et index manuscriptorum (261-263). S. ST. A.

1496. - POWICKE Sir Maurice, *Introduction,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), XIII-XXV.

Praeclare delineatur indoles et animus, vitae scientificae et episcopalis curriculum ROBERTI GROSSETESTE. Cognitione perpolita qua gaudet A. condicionum historicarum saec. XIII anglici et personae LINCOLNIENSIS, insigniores eiusdem qualitates recolit acute ponderateque dicens de scientiarum cultore christiano, animarum sollicitudine exagitato, necnon de docto episcopo intrepidoque restauratore. Aliqua capita huius praefationis A. antea plenius exposuerat (Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.978). S. ST. A.

1497. - RUSSELL Josiah Cox, *Some Notes upon the Career of Robert Grosseteste,* in *Harv.Theol.Rev.* 48(1955) 199-211.

Ad primam partem vitae ROBERTI GROSSETESTE illustrandam A. iterum nonnullas notitias congessit (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.570; *Coll. Franc.* 5[1935)] 495-497). Primum consideratur studium quod ROBERTUS ca. 1186-89 probabiliter Lincolniae magister artium exsistens habuit in res religiosas (*Chasteau d'Amour, Le Mariage des Neuf Filles du Diable*). Deinde ROBERTI connexiones cum GERALDO DE WALES clarius enucleantur. Iuxta A., ca. 1209 factum esset quod HUGO, Lincolniensis episcopus, ROBERTO negavit titulum « cancellarii », tantummodo tribuens ei nomen « magistri scholarum ». Variis postea argumentis A. firmare conatur sententiam suam quod GROSSETESTE an. 1214-1224 circiter in

servitio fuisset PHILIPPI AUGUSTI, regis Galliae. Sic fides augeretur vitae versificatae, ineunte saec. XVI a RICHARDO DE BARDNEY de GROSSETESTE compositae.

Plura tamen satis dubia ab A. proponuntur. Quod « R. clericus » ca. 1198 iter ad Curiam Romanam fecisset, minime intelligendum est de ROBERTO GROSSETESTE. Scripsit enim hic in sermone *Ecclesia sancta* se nec Hierosolymam nec Romam vidisse (London, *B.M.Royal 7.F.II*, f.70*rb*). Neque influxus gallicus accipiendus est in computationem temporis a ROBERTO in *Actis* suis adhibitam (cf. *infra* n.1517). Adnotationes plumbagine in codice Durham, *Cathedral A.III.12* passim factae, non aestimandae sunt de manu ipsius ROBERTI (cf. R.M. HUNT, *loco cit. infra* n.1501, p.138-140). S. ST. A.

1498. - CALLUS D.A., O.P., *Robert Grosseteste as Scholar*, in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 1-69.

Percribrantur notitiae historicae de vita ROBERTI GROSSETESTE et quam accuratissime eiusdem cursus scientificus gradatim exponitur. Peritus A. compositionis tempus plurium operum LINCOLNIENSIS determinare conatur et praesertim de translationibus ROBERTI abunde et scienter disserit, nonnulla emendans quae antea exposuerat (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.571; VIII, n.567). Adspectus doctrinales A. non explicite tractat. Notanda tamen est brevis commentatio de artibus liberalibus (p.16-20) et particularis ROBERTI doctrina de *aspectu* et *affectu* mentis (21s. 29).

Utilitatis causa haec summa capita vitae et operositatis ROBERTI excerpsimus: Natus ca. 1168 et artium magister effectus an. 1186-9, per aliquod tempus ante 1198 ad familiam pertinuit ep. Herefordensis. Ut artium magister Oxoniis, 1200-9(?), commentatus est *De sophisticis elenchis* et *Posteriora Analytica* (cf. tamen *Coll. Franc.* 24[1954] 209). Iam antea scripserat *De artibus liberalibus* et *De generatione sonorum*. Forsan Parisiis an. 1209-14 studiis incubuit theologicis. Doctor in theologia constitutus, ca. 1215-21 Cancellarius fuit et magister regens in theologia Oxonii. Rector de Abbotsley (1225) et archidiaconus Leicestrensis (1229-32) apud Fratres Minores docuit an. 1229/30-35. Ante 1231 — circa hoc tempus enim cepit incumbere graecis litteris — plures adnotavit *Epistolas paulinas* et *Psalmos* 1-79; postea vero commentatus est *Epistolam ad Galatas* et *Psalmos* 80-100. An. 1231-5 scripsit *De cessatione legalium*, notulas in *Physicam*, *Hexaemeron*. Interim (1232) omnes praebendas, praeter Lincolniensem, abdicaverat. Episcopus consecratus Lincolniensis, 17 iun. 1235, ante an. 1239 e graeco vertit *Corpus* DAMASCENI et *Epistolas* S. IGNATII; annis vero 1239-41 *Angelicam* et *Ecclesiasticam Hierarchiam* PS.-DIONYSII, 1241-3 eiusdem *De divinis nominibus* et *Mysticam Theologiam*; 1242 *Testamentum XII Patriarcharum*; 1245-7 *Ethicam Nicomacheam* ARISTOTELIS et eiusdem commentatores graecos; post 1247 *De caelo* cum commentario SIMPLICII aggressus est. Scripsit interim *Computum minorem* (1244) aliaque plura opuscula scientifica, et *Superscriptionem Lincolniensem* conficiendam curavit fortassis an. 1250. Mortuus est «in nocte sancti Dionisii» (8 vel 9 oct.) 1253. - Fragmentum quoddam commentarii SIMPLICII in *Physica* ARISTOTELIS, probabiliter a GROSSETESTE latine redditum, invenitur in MS. Oxford, *Corp.Christ 251*, f.83*v*-84*r*; illud cum alia ignota versione edidit CLAGETT Marshall, *The* Quadratura per lunulas, *a thirteenth-century fragment of Simplicius' commentary on the* Physics *of Aristotle*, in *Essays in medieval life and thought*, New York 1955, 99-108. S. ST. A.

1499. - CALLUS Daniel A., O.P., *The Contribution to the Study of the Fathers made by the Thirteenth-Century Oxford Schools*, in *Journ. Eccl.Hist.* 5(1954) 139-148.

Hac prolusione, in primo congressu patristico Oxoniensi an. 1951 habita, examinatur quid ROBERTUS GROSSETESTE et ROBERTUS KILWARDBY, O.P., contulerint ad studium patristicum fovendum. Primus quidem immensa sibi acquisivit merita pro novis translationibus e graeco factis, alter vero summaria, indices, concordantias elaboravit. De versionibus LINCOLNIENSIS A. magis definite distincteque egit in dissertatione de qua *supra* n.1498. S. ST. A.

1500. - CECCHERELLI Ignazio, O.F.M., *Roberto Grossatesta studioso di greco, e una cosidetta sua introduzione grammaticale allo studio della lingua greca,* in *Stud.Franc.* 52(1955) 426-444.

Utilitas huius inquisitionis in eo praesertim est quod A. p.434-436, nota 3, et p.439s evulgat introductionem quam ROBERTUS GROSSETESTE praemisit suo *Commentario in De Celesti Hierarchia.* In secunda enim parte memoratae introductionis invenitur notus ille textus quem L. BAUR vocaverat « eine Art grammatikalischer Einleitung zur griechischen Sprache ». Textus ad fidem restituitur 4 codicum, quorum 3 tantum ab A. distinctius significantur.

Ceterae partes huius dissertationis graecarum litterarum studium LINCOLNIENSIS respicientes pluribus scatent erroribus quam qui enumerari hic possint. Notamus tantummodo quod codices manuscripti, ab A. « in commodum lectorum » p.430, nota 2, recensiti, non spectant ad opera quae indicat A., sed ad solum *Comm. in De Cel. Hier.* Porro, et hae notitiae plenae sunt mendis. S. ST. A.

1501. - HUNT R.W., *The Library of Robert Grosseteste,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 121-145.

Subtili rerum scientia expolitaque peritia colliguntur minutae notitiae, quae de bibliotheca ROBERTI GROSSETESTE sparsim inveniuntur. Quamvis enim nullus supersit catalogus librorum quos possidebat LINCOLNIENSIS, superstites tamen remanent plures codices manu scripti, a ROBERTO adnotati; alii eius libri, nunc quidem deperditi, olim exstabant in bibliotheca conventus Oxoniensis O.Min.; ad alios ipse in epistolis suis alludit; alios Th. GASCOIGNE saec. XV suis oculis vidit, immo pervolutavit manu. Haud parvum librorum numerum ROBERTO fuisse constat praesertim ex *Tabula* Lugdunensi (Lyon, *Bibl.Mun. 414,* f.17*ra*-32*ra*), quae indicem constituit rerum theologicarum quo usus et commodum librorum LINCOLNIENSIS et ADAMI DE MARSH potissimum augeretur. Quantum fieri potest, A. etiam posteriores vicissitudines bibliothecae ROBERTI prosequitur. Huiusmodi notitiae summa cum cura collectae optime illustrant quomodo GROSSETESTE in litteris laboraret quamque auctoritatem et famam apud posteros haberet. Pretiosae demum appendices vulgantur quae sunt: index codicum manuscriptorum qui continent notulas ab ipso GROSSETESTE in marginibus collocatas vel qui aliquando in eius fuerunt possessione (p.132-5); libri quos ROBERTUS dedit conventui Oxoniensi O.Min. (135-8); codices qui perperam dicuntur scripturam seu manum ROBERTI servare (138-41); elenchus operum in *Tabula* Lugdunensi adductorum (141-5). S. ST. A.

1502. - THOMSON S. Harrison, *Grosseteste's concordantial signs*, in *Med.Hum.* 9(1955) 39-53, 6 tab.

De peculiaribus signis, quibus ROBERTUS GROSSETESTE utebatur ad determinatos locos scripturisticos et patristicos in libris suis facilius reperiendos, A. ante viginti annos primum egerat (cf. *Coll.Franc.* 8 [1938] 134. 136s). Plures codices his signis ornatos postea R.W. HUNT recensuit (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.983). Ut autem investigatoribus opem ferat in aliis huiusmodi codicibus agnoscendis, A. tabulis luce expressis reddit notum illum indicem siglorum, qui in Lyon, *Bibl.Ville 414*, f.17*r*-19*r* invenitur. Divisiones quoque et singulos titulos huius indicis exscripsit (p.40-44), particularitates eius et praesertim additiones commentans. Exempli causa etiam aliqua capitula ipsius « concordantiae » cum delegationibus ad S. Scripturam et ad SS. Patres descripsit (p.46). Sed maioris forsitan utilitatis est elenchus omnium auctorum et operum in LINCOLNIENSIS concordantia adductorum, quem A. p.47-51 exhibet, insimul indicans si quis cognoscitur codex respectivi operis signis ROBERTI adnotatus (cf. etiam *supra* n.1501).

Notamus quod signa in marginibus *cod.Oxon.Bodl.150* et *Trinity Coll. 17* collocata non sunt de manu ipsius GROSSETESTE, uti A. p.39 perperam asserit. ROBERTUS videtur cognovisse 126 (non 124) epistolas AUGUSTINI (cf. *Lyon 414*, f.25*v*). Illud *pletus prohemium* (p.51) intelligatur *Ptolomaeus, prohemium Almagesti*. De connexionibus *Lyon 414* cum aliis codicibus signa ROBERTI continentibus nil certi hucusque affirmari potest. Plures enim codices sigla referunt quae in tabula Lugdunensi non explicantur et plures loci (etiam ab ipso GROSSETESTE siglis notati) in concordantiam Lugdunensem non sunt assumpti. S. ST. A.

1503. - SMALLEY Beryl, *The Biblical Scholar*, in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 70-97.

Potissimum valet haec dissertatio ad mentem et animum theologicum ROBERTI GROSSETESTE illustrandum necnon ad methodum ac modum cognoscendum quibus quaestiones biblicas aggrediebatur solvebatque. Postquam enim gnara sciensque A. ordine consideravit scripta biblica LINCOLNIENSIS (*Moralitates in Evangelia, Epistolas paulinas, Commentarium in Psalmos, Superscriptionem, Hexaemeron, De cessatione legalium, De decem mandatis*) eorumque originem, proprietates, argumenta breviter exposuit, sagaciter acuteque ostendit curnam opera exegetica ROBERTI non placuerint magistris coaevis et posterioribus scholasticis saec. XIII, dum econtra saec. XIV et XV magna fuerint in auctoritate. ROBERTUS sequebatur methodum, tunc temporis quodammodo iam obsoletam, coniungendi theologiam et exegesim; antiquiorem sententiam de S. Paginae universali studio, quod omnes scientias comprehenderet, defendebat; expositionem spiritualem satis colebat; desuescenti utebatur modo exponendi textum per lemmata; prae dialectica ratione distinguendi et dividendi sensum verborum, quae penes scholasticos auctores invaluit, GROSSETESTE maluit attento animo condiciones historicas atque humanas singulorum problematum inquirere, ut rei ex omni parte consideratae causas intelligeret. Haec omnia allatis exemplis A. praeclare ostendit. Plura quoque de influxu ROBERTI apud TH. GASCOIGNE et J. WYCLIF memorantur. S. ST. A.

1504. - LOEWE Raphael, *The Mediaeval Christian Hebraists of England. The Superscriptio Lincolniensis,* in *Hebrew Union College Annual* 28(1957) 205-252.

Notum est ROBERTUM GROSSETESTE possedisse librum in quo tres vel quatuor psalteria simul coniunctim habebantur. Super textum hebraicum scribere fecerat translationem latinam de industria ex hebraico sermone factam, quae *Superscriptio Lincolniensis* communiter vocatur. Liber ROBERTI periit, sed plura eiusdem aevi supersunt psalteria quae simili modo versionem litteralem latinam super hebraicum textum scriptam continent. Hac dissertatione novem eiusmodi codices accurate periteque examinantur tum quoad hebraicam veritatem cum quoad latinam versionem. Praemittuntur nonnullae observationes de evidenti influxu exegesis hebraicae in arte mediaevali detecto. Quae de opere LINCOLNIENSIS hac in re statuenda sunt, breviter resumuntur p.211-213. ROBERTUS *Superscriptionem* non adhibuit in suo *Commentario in Psalmos,* nec in prima parte (Ps. 1-80; an. 1229-31) nec in altera (Ps. 81-100; an. 1231-35). Notamus vero eiusdem notulam de litteris adspiratis in alphabeto hebraico (cf. Ps. 88: Bologna, *Archiginn. A.983,* f.103*rb*). Vide etiam *Bibliog.Franc.* X, n.518. S. ST. A.

1505. - CROMBIE A.C., *Grosseteste's Position in the History of Science,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 98-120.

Proponit sibi A. breviter demonstrare: 1) quamnam innovationem GROSSETESTE introduxerit in methodum scientificam quam mediaevales homines a Graecis et Arabis receperunt; 2) quomodo hac methodo ipse sit usus ad problemata quaedam physica investiganda atque solvenda; 3) quam vim et auctoritatem ROBERTUS habuerit penes auctores sibi proximos subsequentes necnon in posteriore scientiae occidentalis historia. Haec argumenta, clare distincteque hic per summa capita descripta, A. large lateque allatis documentis exposuerat in libro cuius recensionem videsis in *Coll.Franc.* 24(1954) 206-211. Memoramus GROSSETESTE recte dici posse originalem architectum calendarii Gregoriani an. 1582 promulgati et primum inter Anglicos magnum scientiarum cultorem atque philosophum (p.115). Appendicis instar p.116-120 evulgatur versio anglica opusculi ROBERTI *De calore solis.* S. ST. A.

1506. - ALESSIO Franco, *Storia e teoria nel pensiero scientifico di Roberto Grossatesta,* in *Riv.Crit.Stor.Fil.* 12(1957) 251-292.

Utilis haec dissertatio primum fontes illustrat unde ROBERTUS GROSSETESTE spiritum hausit suae operositatis philosophicae, scientificae, philologicae. Deinde particularis tendentia novaque facies scientiarum naturalium a ROBERTO Oxonii creata exponitur et exemplo doctrinae de luce et sono exaratae comprobatur. Demum congruentia nonnullarum sententiarum LINCOLNIENSIS cum nostrae aetatis theoriis scientificis ponderatur.

Etsi A. interpretatio cogitationis scientificae LINCOLNIENSIS praeiudicata opi-

nione neo-positivistica quodammodo sit vitiata, plurima tamen continet quae, si cautius essent proposita, rei veritati probe responderent. Revera, augustinismus HUGONIS A S. VICTORE, scientia arabica Scholae herefordensis, spiritus franciscanus ROBERTUM profunde attigerunt. Procul dubio speculatio pure metaphysica Scholae parisiensis a mente ROBERTI est aliena. Sed conceptus empiristicus scientiae, qui ei ab A. imponitur et secundum quem unicum scientiae officium esset « schematizzazione e generalizzazione della esperienza sensibile » absque ulla implicatione metaphysica, aeque alienus a spiritu mediaevali esse videtur.. — Haec dissertatio iterum edita est in ALESSIO Franco, *Studi e ricerche di filosofia medievale*, Pavia 1961, 61-114, et magna ex parte iam legebatur in *Mito e scienza in Ruggero Bacone*, Milano 1957, 115-174 (cf. *infra* n.1694). S. ST. A.

1507. - DALES Richard C., *Robert Grosseteste's* Commentarius in Octo Libros Physicorum Aristotelis, in *Med.Hum.* 11(1957) 10-33.

Accurate per singulas partes describitur LINCOLNIENSIS *Commentarius in VIII Physicorum.* Primum A. examinat tres codices hoc opus continentes (Oxford, *Digby 220*, f.84*ra*-105*rb*; *Merton 295*, f.120*ra*-145*rb*; Venezia, *San Marco VI.222*, f.2*ra*-30*va*) eorumque proprietates ostendit, auctoritates a GROSSETESTE adductas significat, compositionis annum statuit (post *Comm. in Anal. Post.*, et quidem 1227/29-1233) necnon de indole huius commentarii, qui non recte a quibusdam auctoribus titulo *Glossarum* insignitur, perite disputat. Deinde, p.15-33, res praecipuas a ROBERTO tractatas ordine librorum octo recenset, maioris momenti argumenta abunde illustrans ipsis textibus commentatoris Lincolniensis allatis. Notatu dignissimum est quod ROBERTUS haud semel gravem censuram facit doctrinae ARISTOTELIS, cuius auctoritatem minime accipit inconsulte. - Editio critica, quam A. iam dactyloscriptam paravit, venalis exstat in serie imaginum photographicarum (microfilm) apud Universitatem de Colorado (cf. *Dissertation Abstracts* 16[1956] 1131s). S.ST. A.

1508. - THOMSON S.H., *Unnoticed Questions of Walter Burley on the Physics*, in *Mitt.Öst.Inst.Gesch.* 62(1954) 390-405.

Auctoritas quae praeter ARISTOTELEM, AVERROEM et AVICENNAM a GUALTERO BURLEIGH saepius adducitur in noto *Commentario in Physica*, haud dubie est ROBERTUS GROSSETESTE. Idem dicendum est de BURLAEI *Commentario in Ethica*, qui fere vocari possit « glossa » in LINCOLNIENSIS *Notulas in Ethica et in Commentatores Graecos.* Ad chronologiam operum BURLAEI stabiliendam nonnullius momenti est scire quo tempore ipse ceperit scripta GROSSETESTE adhibere. In *Quaestionibus in Physica*, de quibus A. hic specialem tractationem exhibet, auctoritas LINCOLNIENSIS non videtur occurrere. De BURLAEO vide optimam notitiam in A.B. EMDEN, *A biographical register...* (cf. *supra* n.139), p.312-314. S. ST. A.

1509. - THOMSON S.H., *Grosseteste's* Questio de calore, De cometis *and* De operacionibus solis, in *Med.Hum.* 11(1957) 34-43.

Eduntur ad fidem unius codicis (Madrid, *Bibl.Nac. 3314*) opuscula ROBERTI GROSSETESTE hucusque nondum vulgata: *Questio de calore*

(f.89*vb*-90*ra*) et *De operacionibus solis* (f.91*rb*-92*vb*). Praeterea ex eodem codice A. exscripsit supplementa longioris cuiusdam recensionis opusculi *De cometis* (f.90*ra-rb*) quod antea publici iuris fecerat in *Isis* 19(1933) 21-25.

1510. - BOYER Carl B., *Robert Grosseteste on the Rainbow*, in *Osiris* 11(1954) 247-258.

Inculcatur momentum tractatus LINCOLNIENSIS *De iride*. Longe ante ROGERUM BACONEM ipse scripsit perspectivam nobis ostendere modum « quo res longissime distantes facimus apparere propinquissime positas et quo res magnas propinquas facimus apparere brevissimas et quo res longe positas parvas facimus apparere quantum volumus magnas, ita ut possibile sit nobis ex incredibili distantia litteras minimas legere, aut arenam, aut granum, aut gramina, aut quaevis minuta numerare » (ed. Baur, p.74). Ipse quoque, forsitan primus, in explicanda iride adhibuit gravissimum illud phaenomenum *refractionis* radiorum, id quod communiter tribuitur WITELO (1269). Notamus tamen quod copiosiores notitiae de hoc argumento iridis inveniuntur apud A.C. CROMBIE, *Robert Grosseteste and the origins of experimental science, 1100-1700*, Oxford 1953 (cf. *Coll.Franc.* 25[1954] 206-211).

S. ST. A.

1511. - MIANO V., *La teoria della conoscenza in Roberto Grossateста (n. ca.1170, m.1253)*, in *Giorn.Metaf.* 9(1954) 60-88.

Praemissa, introductionis instar, bona notitia bibliographica circa operositatem scientificam ROBERTI GROSSETESTE, A. per tres partes suae dissertationis exponere conatur theoriam cognitionis LINCOLNIENSIS, quatenus ipsa constituit initium metaphysicae cum qua quodammodo concrescit. In prima parte A. breviter innuit metaphysicam lucis sed praesertim de universalium problemate et de illuminatione agit (p.63-71). Deinde in parte altera (71-78) cognitionem sensitivam examinat et doctrinam de abstractione. Tertium vero de scientia eiusque divisione et methodo inquirit (78-87). In conclusione cogitationes ROBERTI ab A. notantur designanturque ut eclecticae, neoplatonismum aristotelizantem quodammodo constituentes.

Notandum est quod A. expositionem suam multis textibus, iisque saepe longioribus, illustravit. Non tamen obtinuit ut doctrina ROBERTI lectoribus satis clare sceret. Huiusmodi confusio ex eo praesertim provenit, quod A. indiscriminatim textus adhibet, quos GROSSETESTE triginta et amplius annorum intervallo scripsit vel qui extra contextum historico-doctrinalem separantur. Plurima porro scripta LINCOLNIENSIS hucusque manserunt inedita, quae ad mentem et animum eius cognoscendum prorsus sunt necessaria, ut puta *Hexaemeron, Comm. in VIII Physicorum, Sermones, Dicta, Commentarii in Opera Pseudo-Dionysii.* S. ST. A.

1512. - RUELLO Francis, *Étude du terme* Ἀγαθοδότις *dans quelques commentaires médiévaux des Noms divins*, in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 24 (1957) 225-266; 25(1958) 5-25.

In operibus PSEUDO-DIONYSII, quatenus tradebantur media aetate, ter occurrit vocabulum ἀγαθοδότις (largus, bonidativus, qui dat, donat, tradit bonum). Propositum A. est ut huius vocis subtilem atque distinctam significationem examinet apud commentatores mediaevales MAXIMUM CONFESSOREM, SCOTUM ERIUGENAM, PETRUM HISPANUM, *cod. Mazar. 873* (e Schola bonaventuriana), ROBERTUM GROSSETESTE, ALBERTUM MAGNUM, THOMAM AQUINATEM. Unum tantum locum considerat, scil. *De divinis nominibus*, cap. 1, sed singula contextus verba eorumque interpretationes summa cum cura expendit. Etenim, post textuum graecum et quatuor versiones mediaevales exscriptas (HILDUINI, ERIUGENAE, SARACENI, GROSSETESTE), pretiosam exhibet analysim 50 verborum graecorum memorati contextus iuxta commentationes examinatas mediaevales. Deinde ad doctrinam commentatorum quaedam acute animadvertit, emendanda in traditione manuscripta nonnulla ostendit et sensum vocabuli ἀγαθοδότις determinat. Appendicis instar eduntur textus ab A. adhibiti, qui hucusque manu scripta tantum exstabant, et indices verborum graecorum et latinorum quorum facta est explicatio.

In analysi lexicographica (p.232-266) notamus has voces et interpretationes ROBERTI GROSSETESTE expositas: *bonus, causa, revocatio, reformatio, extensivus, simplicitas, decidere, principium, illuminatio, unitus, vita, thearchia, deificatus, collatio, ens, substantia, adductivus, commutatio, teletarchia, perfectus, laudare, manuductio.* Textus respectivus commentarii LINCOLNIENSIS editur p.19-22. S. ST. A.

1513. - DOMINIC J. UNGER [OF HERNDON], O.F.M.Cap., *Robert Grosseteste, Bishop of Lincoln (1235-1253), On the Reasons for the Incarnation,* in *Franc.Stud.* 16(1956) 1-36.

In prima parte (p.3-25) suae dissertationis A. evulgat praecipuos textus quos ROBERTUS GROSSETESTE scripsit de rationibus seu motivis Incarnationis « etiam si numquam lapsus fuisset homo ». Sunt quidem loci excerpti ex: 1) *De cessatione legalium* (Oxford, *Bodl. Lat.th.c.17*, f.176*ra*-178*rb*); 2) Sermone *Exiit edictum* (London, *B.M. Royal VII.F.2*, f.76*va*-77*vb*); 3) *Hexaemeron* II, 6 (Oxford, *Bodl. Lat.th.c.17*, f.198*va*). Deinde, in altera parte (25-36), accurate doctrinam LINCOLNIENSIS examinat, ordine dicens de ipso problemate et quomodo ROBERTUS ad id accesserit, de singulis decem argumentis a GROSSETESTE allatis, de S. Scripturae textibus ad primatum absolutum Christi demonstrandum adductis, de gradu certitudinis quem LINCOLNIENSIS singulis quaestionibus tribuit. Quamvis doctrina ROBERTI absoluta illa et positiva determinatione JOANNIS DUNS SCOTI careat et pressa eiusdem ac subtili argumentatione, nihilominus clare digneque praeannuntiat Scholae franciscanae hac in re sententiam gloriosam. S. ST. A.

1514. - SRAWLEY James Herbert, *Grosseteste's Administration of the Diocese of Lincoln,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 146-177.

Vivissimus sensus pastoralis officii suscepti et intrepida voluntas eradicandi abusus promovendique salutem animarum profecto sunt

singularia quaedam et insignia in vita episcopi Lincolniensis. Id clare ostendit A. scienter probeque describendo quomodo ROBERTUS GROSSETESTE an. 1235-53 dioecesim suam Lincolniensem gubernaverit. Primae curae ROBERTO erant doctos et animarum sollicitudine ferventes coadiutores sibi adscire ex Praedicatoribus, Minoribus, canonicis cleroque dioecesano. Ex nonnullis ROBERTI *Epistolis*, ex *Propositione de visitatione dioecesis suae* et *Constitutionibus*, quas an. 1240-3 vulgavit, omnino liquet quanti aestimaverit visitationis officium et praxim. Non deerant tamen difficultates ex parte quorundam abbatum et ecclesiarum patronorum. Strenue defendit libertates Ecclesiae contra saecularis potestatis interventus. Ad pastoralem curam praesentatos candidatos severe discrevit, inexorabiliter repellens ineptos aut indignos. Meliorem cleri institutionem providit. Memoratu dignum est quod ex clericis a ROBERTO an. 1235-53 ad curam pastoralem in sua dioecesi admissis plus 13% erant magistri gradu insigniti. Peculiarem atque difficilem disputationem quam GROSSETESTE habuit cum decano ac capitulo Lincolniensi, A. aeque exponit p.171-7. S. ST. A.

1515. - PANTIN William Abel, *Grosseteste's Relations with the Papacy and the Crown*, in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 178-215.

ROBERTUS GROSSETESTE exemplum fuit egregium illius generis episcoporum saec. XIII vigentium, qui prius erant celebres scholarum magistri et postea, ad episcopatum evecti, doctrinam suam vertebant in usum et vitam cotidianam. Merito ergo A. considerat principaliores ROBERTI conceptus quoad curam animarum, habitudines vero pastori necessarias, rectam beneficiorum et praebendarum distributionem, ecclesiasticam hierarchiam, potestatem supremam pontificis romani, potestatem status civilis, officia saecularia a clericis non assumenda, ius visitationis; insimul autem perite describit quomodo ROBERTUS has suas sententias firmissime constanterque in praxim deduxerit. Principium et fundamentum totius operositatis pastoralis LINCOLNIENSIS procul dubio fuit vehementer commovens zelus animarum, qui ipsum — haud leniter equidem ferentem aliorum opiniones — constituit unum ex maxime allicientibus amabilibusque personis in historia ecclesiastica Angliae occurrentibus. Nemo forsitan aliorum scriptorum mediaevalium anglicorum melius atque ferventius ROBERTO defendit plenitudinem potestatis papae, sed malo eiusdem usui intrepide restitit. - In appendice (p.209-215) A. ordine illustrat 9 documenta quae GROSSETESTE an. 1250, mense maii, in curia papali Lugdunensi INNOCENTIO IV tradidit. Iis potissimum mens et intentio ROBERTI de gubernatione Ecclesiae revelatur. S. ST. A.

1516. - TIERNY Brian, *Grosseteste and the Theory of Papal Sovereignty*, in *Journ.Eccl.Hist.* 6(1955) 1-17.

Ex eo quod GROSSETESTE firmiter obstitit provisioni ab INNOCENTIO IV pro sua dioecesi Lincolniensi inepte factae, non sequitur ipsum

doctrinam suam de plenitudine potestatis papae reliquisse. Non enim aliter fecit quam singulas huius doctrinae partes adhibere. Iuxta illius aevi canonistas et ipsum INNOCENTIUM IV exercitio summae auctoritatis papalis imponebantur limites determinati, qui certis in condicionibus parendi obligatione solvebant. Ita ROBERTUS scribere potuit: « ego ex debito obedientiae et fidelitatis qua teneor..., filialiter et obedienter non obedio, contradico et rebello » (Ep. 128; ed. Luard, p.436s). GROSSETESTE ex numero paucorum episcoporum mediaevalium erat quibus non deerat animus ad theoriam de plenitudine potestatis papae integre adhibendam. S. ST. A.

1517. - MAJOR Kathleen, *The* Familia *of Robert Grosseteste,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 216-241.

Accuratus describitur catalogus clericorum qui ad familiam episcopalem ROBERTI GROSSETESTE pertinuerunt. Quantum fieri potest indicatur tempus quod in episcopi famulatu transegerunt, et beneficia recepta necnon posteriores eorum vitae vicissitudines numerantur. Praemittit A. quasdam observationes de *Rotulis* GROSSETESTE editis et confutat sententiam J.C. RUSSELL secundum quam ROBERTUS dies ad *Acta* sua addidisset, contra usum communem annos episcopatus sui computans ab electionis suae die (mense februarii 1235) et non a consecratione (17 iunii 1235). Post notitias biographicas 58 clericorum episcopi, ex quibus 22 erant magistri, 6 memorantur eiusdem famuli non clerici. S. ST. A.

1518. - KEMP Eric W., *The Attempted Canonization of Robert Grosseteste,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n.1495), 241-246.

Diligenter colliguntur notitiae quae de miraculis et cultu ROBERTI GROSSETESTE in antiquis chronicis habentur, et accurate describuntur tentamina, paulo post 1253 primum et deinde 1280, 1288, 1307 facta, ut ad canonizationem episcopi Lincolniensis perveniretur. S.ST. A.

1519. - HILL James William Francis, *The Thomb of Robert Grosseteste with an Account of its Opening in 1782,* in *Robert Grosseteste* (cf. *supra* n. 1495), 246-250.

Praemissis nonnullis notitiis de sepulchro ROBERTI GROSSETESTE, in parte transversa ad ortum brumalem spectante cathedralis ecclesiae Lincolniensis constituto, A. evulgat relationem quam Sir Joseph BANKS an. 1782 confecit de apertura sepulchri GROSSETESTE, ipsi roganti tunc iterum effecta. Ante hebdomadem enim notus antiquarius R. GOUGH sepulchrum inspexerat et praeter ossa ROBERTI inibi invenerat eiusdem anulum et baculum pastoralem. Descriptio linearis, cuius imago additur, res in monumento inventas illustrat. S. ST. A.

1520. - THOMSON S.H., *Two Early Portraits of Robert Grosseteste,* in *Med.Hum.* 8(1954) 20-21.

Duae picturae minutae, episcopum Lincolniensem exprimentes, breviter describuntur earumque imagines lucis opera redditae adduntur. Eas A. invenit in codicibus londinensibus exeuntis saec. XIII *Brit.Mus., Harley 3860,* f.48*ra* et *Lambeth Palace 522,* f.1*ra.* Una non est alterius copia, sed forsitan unum exemplum commune imitant. S. St. A.

1521. - Nordström Folke, *Peterborough, Lincoln, and the science of Robert Grosseteste. A study in thirteenth century architecture and iconography,* in *Art Bull.* 37(1955) 241-272.

Plures connexiones describuntur quae iuxta A. sententiam occurrunt inter scripta scientifica Roberti Grosseteste et iconographiam picti lacunaris in nave cathedralis ecclesiae de Peterborough suspensi. Magnam enim partem Robertus habuit in huius lacunaris constructione. Rex Sapientiae et Artes liberales in eo figuratae intime referuntur ad tractatum Lincolniensis *De artibus liberalibus.* Porro, tractatus Roberti de scientia perspectiva vim et effectum habere potuerunt in opticam illam illusionem quae in tecto cathedralis de Peterborough conspicitur et in duplici suspensura seu arcuatione cathedralis Lincolniensis. Discutitur quoque influxus aestheticae Grosseteste in structuram domus capitularis Lincolniensis (Chapter House). S. St. A.

Richardus Rufus de Cornwall, O.Min., † ca. 1260

Vide etiam: n.638 ms.; 703 connexio animae cum potentiis; 1607 habitus; 714 eleemosyna; 969 beatitudo.

1522. - Gál Gedeon, O.F.M., *Viae ad exsistentiam Dei probandam in doctrina Richardi Rufi, O.F.M.,* in *Franz.Stud.* 38(1956) 177-202.

Sat opportune A. integre edit ex *Commentario Oxoniensi* Richardi Rufi, O.Min., quaestionem, in qua tum auctoritatibus tum rationibus exsistentia Dei probatur (p.187-202; *Comm. in Sent.* I, d.2: *Quaestio an Deus sit* [Oxford, *Balliol 62,* col. 54-62]). Ut argumenta Richardi facilius intelligi possint, A. introductionis gratia exponit quid Rufus de cognitione abstractiva, illuminatione divina, habitu cognoscendi innato, cognitione Dei naturali teneat. Deinde aliqua maioris momenti capita textus edendi illustrat et influxum Richardi in S. Bonaventuram et Joannem Duns Scotum indicat.

Rufus distinctionem formalem iam cognovisse videtur, et quidem non adumbrata specie sed re et ipso nomine. Realismum « excessivum » Anselmi aliter (et verius forsitan) intellexit ac plures nostrae aetatis expositores. Eiusdem Anselmi celebre argumentum *Proslogii* examini critico subiecit. Methodum quam adhibet in exsistentia Dei probanda, legem scil. correlativorum, a Guilelmo de Alvernia mutuavit. Ceterum ab eo non multum dependet. Influxus Cornubiensis in S. Bonaventuram apparet in Seraphici Doctoris *Comm. in Sent., De mysterio Trinitatis* et in *Itinerario mentis in Deum.* Rationabiliter affirmari potest quod etiam Scotus rationes Rufi novit et ex eis aliquid didicit. Argumentationes Rufi non solum ad exsistentiam Dei probandam attinent sed etiam ad eius unitatem et summam simplicitatem. Praeterea ad plura problemata metaphysica spectant, e.g. de esse et essentia, de univocitate, aequivocatione, analogia. S. St. A.

Guilelmus de Melitona, O.Min., † inter feb. 1257 et mai. 1260

Vide etiam: n.98. 638. 1280 mss.; 689 cognitio de Deo « quid est »; 860s sanctificatio B.M.V.; 942 sacramenta; 943 character; 947 formula consecrationis; 1657 paenitentia; 966 virtutes, vitia; 969 beatitudo; 1671 influxus.

1523. - LYNCH Kilian F., O.F.M., *Texts illustrating the causality of the Sacraments from William of Melitona, Assisi* Bibl.Comm. 182 *and Brussels,* Bibl.Royale 1542, in *Franc.Stud.* 17(1957) 238-272.

Problema de modo efficiendi sacramentorum, hodiedum tantopere discussum, opportune illustrant varii textus quos Ed. hic primum in publicam profert lucem. Iis nimirum peculiare momentum inest, cum theoriam de causalitate physica dispositiva propugnent.

Introductione brevissima Ed. statuit expositionem anonymi Assisi, *Bibl.Com., cod. 182,* f.78*v*-79*v* (p.239-250) simillimam esse quaestionibus GUILELMI DE MELITONA, O.Min. (251-263), ita ut problema hucusque insolutum remaneat, quis e quo pendeat. Auctor aestimationum Bruxelles, *Bibl.Royale, cod. 1542(11614),* f.181*r* (264-272) corpus doctrinale a GUILELMO hereditate assumpsit, verumtamen quosdam adspectus novos luce collustravit. Materies hic edita proinde verisimiliter ante an. 1250 compilata est. - Quod GUILELMUM attinet, cf. novissimam editionem a C. PIANA, O.F.M., et pro volumine altero a G. GÁL, O.F.M., curatam: *Quaestiones de sacramentis. Tractatus I-III. IV-VI,* Quaracchi 1961 (cf. *Coll.Franc.* 32[1962] 176ss). - Ut plures errores in editione sua corrigeret necnon ut quaedam additamenta apponeret, A. commentariolum postea adiunxit: *Textus illustrating the causality of the Sacraments. Addenda et corrigenda, ibid.* 18(1958) 89-93. - Hic recoluisse quoque iuvat, quod Agnellus ALBAREL, O.F.M. an. 1955 dissertationem in Pont. Athenaeo Antoniano Urbis exhibuit: *Doctrina Guillelmi de Militona in eius Quaestionibus de sacramentis in genere;* similiter Remus STENICO, O.F.M., *Doctrina de sacramentis in genere iuxta Gualterum de Brugis (1225-1307)* an. 1956 ibidem thesim suam defendit. Utraque elucubratio, quantum sciamus, hucusque inedita remansit (cf. *Ant.* 31[1956] 141 et 32[1957] 103). O. R.

1524. - BRINKTRINE Johannes, *Zur Lehre der mittelalterlichen Theologen über die Konsekrationsform der Eucharistie. Von dem Verfasser der* Summa Sententiarum (*Hugo von St. Viktor?*) *bis zu Thomas von Aquin,* in *Theol.Glaube* 45(1955) 260-275.

Commentario dilucidatur, quid aliqui medii aevi theologi de vi consecratoria verborum in Coena a Domino prolatorum senserint; utrum siquidem eorum enuntiatio transsubstantiationem olim effecerit ac etiam nunc in consecrationibus sacerdotum efficere pergat. Fusius pervestigatur sententia GUILELMI DE MELITONA in *Summa halesiana* (p.263-268); brevius vero mens S. BONAVENTURAE panditur (268s).

O. R.

Thomas de Celano, O.Min., † ca. 1260

Vide etiam: n.168. 220-222. 245s. 250. 310. 410. 441s. 447. 451. 459. 1567 *Legendae;* 251. 973 *Dies irae;* 249 biographus; 423 motus eucharisticus; 1192 de B.M.V.

1525. - PESCI Benedetto, O.F.M., *Tommaso da Celano,* in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 243.

1526. - PLASSMANN Thomas, O.F.M., *The* Dies irae, in *The Cord* 5(1955) 77-85. 338-347.

En accuratam fusamque explanationem religioso-philologicam sequentiae quae a verbis *Dies irae* incipit, cuius attributionem celanensem nuper denuo vindicavit A. CHIAPPINI, O.F.M., in *Coll.Franc.* 32(1962) 116-121. O. R.

1527. - SAVAGE J.J., *Virgilian Echoes in the « Dies irae »*, in *Traditio* 13(1957) 443-451.

Auctor, quin de re data opera agat, tenet sequentiam *Dies irae* THOMAE DE CELANO adscribendam esse. Quam sententiam nuper vindicavit C.E. POCKNEE, *Origins of « Dies irae »*, in *Clergy Rev.* 39(1954) 576, contra E.J. M[AHONEY], *Origins of « Dies irae »*, in *Clergy Rev.* 38(1953) 235s, qui una cum M. INGUANEZ, O.S.B. (cf. *Coll.Franc.* 11 [1941] 542) scripserat sequentiam illam dictatam fuisse ab anonymo auctore ante finem saec. XII. - Quod vero relationes inter huiusmodi sequentiam et *Aeneida* attinet, notamus: 1) possibile quidem est quod THOMAS *Aeneida* legerit; 2) ex eo vero quod Sibylla in utroque opere nominetur, deduci minime potest quod THOMAS id ab *Aeneide* didicerit, quia Sibylla constituit locum quendam communem in media aetate; 3) ceteri vero loci, qui ad thesim demonstrandam adducuntur, nimis incerti atque debiles sunt, ut id evincere valeant. M. A.

Thomas de York, O.Min., † ca. 1260

Vide etiam: n.639 *Manus quae contra Omnipotentem;* 642 Gundisalvi; 719 pulchrum; 966 virtutes, vitia; 1644 primatus papae.

1528. - BONAFEDE G., *Tommaso di York*, in *Enc.Fil.* IV, Venezia/Roma 1957, 1265.

Thomas de Eccleston, O.Min., fl. 1260

Vide etiam: n.139 bio-bibliographia.

1529. - HARDICK Lothar, O.F.M., *Nach Deutschland und England. Die Chroniken der Minderbrüder Jordan von Giano und Thomas von Eccleston.* (Franziskanische Quellenschriften. Herausgegeben von den deutschen Franziskanern, 6). Werl/Westf., Dietrich-Coelde-Verlag, 1957. 21 cm., 293 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 233-235; cf. etiam *Arch. Franc.Hist.* 50(1957) 445s; *Franc.Leven* 40(1957) 157s; *Sint Franc.* 3(1957) 158-160.

B. Aegidius de Assisi, O.Min., † 22 apr. 1262

Vide etiam: n.55. 77 mss.; 173 influxus Spiritualium; 253. 982. 1002 varia.

1530. - ROGGEN Heribert, O.F.M., *Gouden spreuken uit een gouden hart, de Z. Egidius van Assisie*, in *Alter Christus* 12(1957) 293-299.

Auctor ope effatorum aureorum B. AEGIDII ASSISIENSIS enucleat mentem ipsius circa humanam scientiam ad Deo conformiter vivendum impellentem, circa apostolatum praesertim vita exemplari exercendum, et circam orationem contemplativam. O. R.

Jordanus de Giano, O.Min., fl. 1262

1531. - HARDICK Lothar, O.F.M., *Nach Deutschland und England. Die Chroniken der Minderbrüder Jordan von Giano und Thomas von Eccleston.* (Franziskanische Quellenschriften. Herausgegeben von den deutschen Franziskanern, 6). Werl/Westf., Dietrich-Coelde-Verlag, 1957. 21 cm., 293 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 233-235; *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 445s; *Franc.Leven* 40(1957) 157s; *Sint Franc.* 3(1957) 158-160.

Guilelmus de Baarlo (de Baliona), fl. 1267

1531[a]. - GUGLIELMO DI BARLO, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 935.

Cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.575[a] necnon W. LAMPEN, O.F.M., in *Arch. Franc.Hist.* 21(1928) 605-606.

Guilelmus de Rubrouck, O.Min., † ca. 1270

1531[b]. - SCHOLLMEYER Chrysologus, O.F.M., *Die missionarische Sendung des Fraters Wilhelm von Rubruk,* in *Ostkirchl.Stud.* (Würzburg) 4(1955) 138-146.

Ex *Itinerario* GUILELMI DE RUBROUCK, A. vocationem et actuositatem huius egregii missionarii breviter adumbrat atque extollit.

Accessiones, quas *Itinerarium* affert hodiernae scientiae geographicae et ethnographicae, idem A. innuit in altero commentariolo: *Die Missionsfahrt Bruder Wilhelms von Rubruk zu den Mongolen, 1253-1255. Ein Hinweis auf ihre Bedeutung,* in *Zschr.Miss.Rel.Wiss.* 40(1956) 200-205.

Itinerarium, anglice versum, exhibetur in *The Mongol Mission. Narratives and Letters of the Franciscan Missionaries in Mongolia and China in the thirteenth and fourteenth Centuries.* Edited by Christopher DAWSON. London 1955, 87-220 cf. rec. in *Coll.Franc.* 25[1955] 441). Prima vice italice editur apud SOLDI Fiorino, *Undicesima ora. La missione di Bartolomeo da Cremona al Gran Khan di Karakorum nel 1254.* Cremona, Pizzorni, 1954, 91-144.

Necessitudo GUILELMI DE RUBROUCK cum christianis chaldaeis Asiae centralis iterum recolitur a DAUVILLIER J., *Guillaume de Rubrouck et les communautés chaldéennes d'Asie Centrale au Moyen Âge,* in *L'Orient Syrien* (Paris) 2(1957) 223-242 (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.3559).

Denique, commentarium periodicum *Misiones Franciscanas* (Oñate) integrum fasciculum dicat VII centenario itineris GUILELMI DE RUBROUCK in Mongoliam et Sinas: *Guillermo de Rubruck,* in *Mis.Franc.* 39(1955) 225-272. Aliquorum commentariolorum titulos exscribimus: GUERETA Ignacio, O.F.M., *La vida divinamente nómada de Rubruck* (228-238); GUERRA Juan, O.F.M., *El nuevo mundo del « Itinerario » de Rubruck* (239-253); ALBIZU Manuel, O.F.M., *El arma doctrinal de Rubruck: la Sagrada Escritura* (261-267); URIONABARRENECHEA Pedro M., O.F.M., *Personalidad de Fray Guillermo de Rubruck* (268-272). I. V.

Thomas de Bungeye, O.Min., fl. 1270

1531c. - WALMSLEY Conrad, O.F.M., *Extracts from an unknown work of Thomas De Bungeye, O.F.M.*, in *Ann.Ist.Sup.Sc.Lett.« S.Chiara »* 5(1954) 217-238.

Primum colliguntur omnes notitiae de vita et scriptis THOMAE DE BUNGEYE, O.Min., qui fuit decimus magister regens in Studio Fratrum Oxoniae et decimus quintus Cantabrigiae, necnon octavus minister provincialis Angliae. Deinde A. evulgat aliquas quaestiunculas et adnotationes hucusque ignotas THOMAE, quas invenit in Cambridge, *Pembroke College 87*, f.143*v*-144*v* (de conscientia, fide, scandalo, amore, peccato, morte, vita, bono auditore). Demum ostendit nulla omnino fide historica firmari sententiam iuxta quam THOMAS noster idem esset ac *frater Bungay*, in arte magica BACONIS socius, de quo fabulatur Robertus GREEN in dramate *Frier Bacon and Frier Bungay* (1594).

Ex imagine lucis opera expressa folii 143*v*, quae additur post p.224, colligi potest plures errores A. transcriptioni textus irrepsisse. S. ST. A.

Guilelmus de Falegar (Falguières), O.Min., fl. 1271

1531d. - GLORIEUX P., *Le « De gradibus formarum » de Guillaume de Falegar, O.F.M.*, in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 24(1957) 296-319.

Evulgatur ad fidem *cod.Paris.Arsenal 457*, f.100*vb*-105*vb* quaestio a GUILELMO DE FALEGAR, O.Min., probabiliter an. 1271-1272 Parisiis disputata *De gradibus formarum* (p.297-317). Reportatio huius quaestionis legitur in Assisi, *Bibl.Com. 158*, f.55*ra-vb* et typis edita est sub errato nomine RICHARDI DE MEDIAVILLA in libro R. ZAVALLONI, *Richard de Mediaville et la controverse sur la pluralité des formes*, Louvain 1951, 173-180 (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1140). Uti notum est, GUILELMUS defendit pluralitatem formarum.

Post commentationem criticam A. HEYSSE, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 33(1940) 241-267 identificatio GUILELMI DE FALEGAR cum PETRO DE FALCO, O.Min. (fl. 1279-1281) sustineri nequit, ideoque modum scribendi traditionalem retinere debuerat TOGNOLO A., *Guglielmo di Falco*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 937. Cf. etiam *Bibliog.Franc.* X, n.388. S. ST. A.

Alexander Bremensis, O.Min., † 1271

Vide etiam: n.144 bio-bibliographia.

1532. - ALEXANDER MINORITA, *Expositio in Apocalypsim*. Herausgegeben von Alois WACHTEL. (Monumenta Germaniae Historica. Die deutschen Geschichtsquellen des Mittelalters 500-1500. Quellen zur Geistesgeschichte des Mittelalters, I. Band). Weimar, Hermann Böhlaus Nachfolger, 1955. 23,5 cm., LX-576 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 26(1956) 434s et *Rech.Théol.Anc.Méd.* 24 (1957) 361-364.

1533. - LECLERCQ Jean, O.S.B., *Textes et manuscrits cisterciens dans diverses bibliothèques*, in *Anal.S.O.Cist.* 12(1956) 289-310.

Commentarium in Apocalypsim, quod ALEXANDER MINORITA conscripsit ca. an. 1243, legimus quoque in ms. exemplato in tertia parte saec. XIII et asservato in Cambridge, *Library of the University, Mm.5.31.* Etenim, occasione editionis eiusdem commentarii, recens illud descripsit A. WACHTEL: ALEXANDER MINORITA, *Expositio in Apocalypsim*, Weimar 1955, XIV-XVI (cf. *supra* n.1532). A. vero p.305s quasdam lectiones recentis huius editionis emendat, atque figuram quandam de Ordine Cisterciensi explanat, quae in eodem ms., figuris prae ceteris ornato, reperitur. M. A.

Bertholdus de Regensburg, O.Min., † 1272

Vide etiam: n.12. 145 bio-bibliographia; 619 joachimismus; 973 textus eschatologici; 1539 sermones.

1534. - ROSENFELD Hellmut, *Berthold von Regensburg*, in *Neue Deutsche Biographie* II, Berlin 1955 (cf. *supra*, n.144), col. 164*a*-165*b*.

Conspectus iste de vita et actuositate apostolica et litteraria BERTHOLDI DE RATISBONA tam soliditate quam rerum eo contentarum ubertate eminet.

Idem A. modo breviore egit de *Bertholdo* in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V, Berlin 1955 [cf. *supra*, n.145], col. 91. - Speciali mentione dignus est elenchus bibliographicus. Innuere liceat hic eos commentarios qui vel parum noti sunt vel nonnisi qua manuscripta prostant: A.E. SOKOL, *Das Grundproblem der Geschichte im Spiegel Bertholds von Regensburg*, in *German Review* (New York) 11(1936) 147-163; I. SCHNEIDER, *Der Stil der deutschen Predigt bei Berthold von Regensburg und Meister Eckhart.* Diss. ms. München 1942; G. WITT, *Berthold von Regensburg als Kanzelredner, betrachtet nach den sachlich-kulturellen und sprachlich-rhetorischen Vorbedingungen seiner Eindrucksstärke.* Diss. ms. Königsberg 1942. - Cf. demum K.H. HEIZMANN, *Berthold von Regensburg. Die Eroberung*, in *Die Großen der Kirche*, Würzburg (1956) [cf. *supra*, n.133], 313-320. Nunc omnino conferatur: LAURENTIUS CASUTT [VON FALERA], O.F.M.Cap., *Die Handschriften mit lateinischen Predigten Bertholds von Regensburg O.Min. ca. 1210-1272. Katalog.* Freiburg/Schweiz 1961. O. R.

1535. - WARREN Fintan, O.F.M. - DOUGLAS Marian, O.F.M., *The kitchen of the heavenly King.* (*Berthold of Regensburg: Seventh sermon to Religious*), in *The Cord* 5(1955) 89-96.

Sermo VII, *De quatuor cavendis, ut gratia obtineatur*, BERTHOLDI DE RATISBONA e collectione *Sermones ad religiosos XX...* (ed. Petrus de Alcántara HOETZL, O.F.M.Ref., München 1882, 39-43) anglice convertitur. Attamen de horum sermonum authenticitate LAURENTIUS CASUTT [A FALERA], O.F.M.Cap., *Die Handschriften mit lateinischen Predigten Bertholds von Regensburg, O.Min., ca. 1210-1272. Katalog*, Freiburg/Schw. 1961, 2, adn. 2, seria movit dubia. De quo problemate posteriore tempore ex professo disserere intendit idem LAURENTIUS, qui editionem criticam *Sermonum* BERTHOLDI praeparat. O. R.

1536. - WEITHASE Irmgard, *Die Pflege der gesprochenen Sprache durch Berthold von Regensburg, Meister Eckhart und Johannes Tauler*,

in *Gestaltung, Umgestaltung. Festschrift zum 75. Geburtstag von Hermann August Korff.* Herausgegeben von Joachim MÜLLER, Leipzig, Koehler & Amelang, 1957, 46-75.

Paucis de concionatoris BERTHOLDI DE RATISBONA, O.Min., vita famaque praelibatis, A. inquirit in ipsius modos populi varios coetus alloquendi, in dexterum linguae vulgaris usum in sermonis prooemio attentionem audientium excitante, in narratiunculis expositioni inserendis, in colloquiis inter loquentem et populum vel inter personas fictas adinveniendis (p.48-56). BERTHOLDUS non solum idioma germanicum efficacius omnibus decessoribus suis adhibuit (55), sed aliter ac duo mystici O.P., J. ECKHART et J. TAULER, habitudinem personalem ad populum audientem efficere obtinuit (67). Id unicum dolemus, quod pervestigatio analytica in his collectaneis pro maiori lectorum numero delitescit. O. R.

1537. - LEUGENBERGER Robert, *Die Bibel in der deutschen Predigt des Mittelalters vor den Anfängen der Mystik.* Inaugural-Dissertation phil.-hist. Bern. Münsingen (Schweiz), B. Fischer, [1955]. In-8°, VI-73 pp.

Dissertatione sua A. momentum S. Scripturae in praedicatione idiomatis germanici mediae aetatis investigare studet. In parte prima thema praefatum dilucidatur inde ab initio concionum in lingua germanica (saec. X?) usque ad Ordines Mendicantes nascentes. In parte altera A. duos divini verbi praecones peculiariter examinat, scil. BERTHOLDUM DE RATISBONA, O.Min., necnon concionatorem e Nigra Silva oriundum (Schwarzwälderprediger). Hoc, cum thesim minime inspicere potuerimus, deprompsimus e *BTAM* VII, n.1690. O. R.

1538. - LENTZE Hans, *Die Schwabenspiegelausgabe der Österreichischen Akademie der Wissenschaften und der Monumenta Germaniae Historica,* in *Anz.Öst.Ak.Wiss.Phil.Hist.Kl.* 92(1955) 394-404.

Vicissitudines enarrans editionis operis iuridici quod *Schwabenspiegel* nuncupatur quodque, pluribus fontibus cum germanicis tum romanis suffultum, in ambitu spirituali BERTHOLDI DE RATISBONA coenobii Augustani versus an. 1270 ortum esse censetur, A. varias sententias de nexu litterario inter recensionem longiorem (*Schwabenspiegel*) et minorem (*Deutschenspiegel*) examini subiecit.

Circa opinionem ab E. KLEBEL in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* IV, col. 122-129. spec. 128 (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.164) propositam A. anceps haeret et propriam tuetur, quod utraque recensio a forma primaeva derivatur. O. R.

David de Augsburg, O.Min., † 19 oct. 1272

Vide etiam: n.36. 55. 77. 79 mss.; 66 incunab.; 75 scripta; 145 bio-bibliographia; 966 virtutes, vitia; 980 disciplina; 992 ascesis; 1062 directio spiritualis; 1145 devotio; 1378 expositio Regulae; 986. 999. 1003. 1129. 1565 influxus.

1539. - RUH Kurt, *David von Augsburg und die Entstehung eines*

franziskanischen Schrifttums in deutscher Sprache, in *Augusta, 955-1955. Forschungen und Studien zur Kultur-und Wirtschaftsgeschichte Augsburgs.* Augsburg, Verlag Hermann Rinn, [1955], 71-82.

Bene noti Auctoris propositum est DAVIDIS AB AUGUSTA influxum momentosum in linguam germanicam aestimare. Per varios gressus A. sequentia fere tractat: 1) adventum sodalium franciscalium in Germania (71); 2) influxum affectionis religiosae scriptorumque ipsorum in linguam vulgarem (71s); 3) vim quam Minores generatim et praesertim BERTHOLDUS A RATISBONA ac DAVID AB AUGUSTA sive contione, sive cura monialium, sive scientia exercuere (72-74); 4) notitiae generales de coenobio O.Min. Augustae ac de vita Nostri afferuntur (74); 5) elenchus texitur operum lingua germanica a Minoritis augustanis prolatorum, scil. *Regula Clarissarum* URBANI IV, *Regula T.O.F.* NICOLAI IV, varii generis tractatus sub nomine Nostri a F. PFEIFFER editi, versio sex sermonum BERTHOLDI coram monialibus pronuntiatorum aliaeque contiones eiusdem, opus *Geistliche Baumgarten* dictum, scripta iuridica quae *Deutschenspiegel* necnon *Schwabenspiegel* vocantur (75s); 6) quaestio gravis agitatur, utrum DAVID ea ipsemet composuerit et quidem germanice (76-78); secundum A. tractatus qui *Sieben Vorregeln der Tugend* et *Spiegel der Tugend* nomine veniunt DAVIDI satis secure tribui possunt; cetera silentio praeterimus, quia A. pervestigationem ampliorem exarare sibi proposuit; 7) indolem doctrinae mysticae ipsius necnon eiusdem auctoritates innuit, scil. AUGUSTINUM, PSEUDO-DIONYSIUM, BERNARDUM, ANSELMUM, et praesertim GUILELMUM DE ST. THIERRY (78-79); 8) influxum amplissimum scriptorum ipsius in posteros in lucem profert (80).

Ad appendicis instar codices neerlandici, partes tractatus *De exterioris et interioris hominis compositione* exhibentes, recensentur (80*b*-81). - Vix nostrum esse ducimus momentum prorsus eminens huius commentationis praeclarae verbis celebrare. Cf. ea quae JULIUS [VAN GINNEKEN], O.F.M.Cap., in *Franc.Leven.* 38(1955) 185-186 et H. BASCOUR, O.S.B., in *BTAM* VII, n.2155 de ea scripserunt. O. R.

1540. - RAYEZ André, [S.J.], *David d'Augsburg,* in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, col. 42-44.

Brevi commentario lectoribus offeruntur perpaucae notitiae de DAVIDIS DE AUGUSTA vitae curriculo, elenchus operum latinorum et germanicorum (cf. tamen nunc pervestigationem K. RUH, *supra* n.1539), examen generale argumentorum ascetico-mysticorum opere *De exterioris et interioris hominis compositione* contentorum, auctoritates praecipuae ipsius, influxus praestans eiusdem operum, elenchus bibliographicus perutilis, loci in *Dict.Spir.* I-II de Nostro agentes.

Vide insuper CLASEN Sophronius, O.F.M., *David von Augsburg,* in *Neue Deutsche Biographie* III, Berlin (1957) [cf. *supra,* n.144], 533*b*-534*a*; GRAU Engelbert, O.F.M., *David von Augsburg (Sonderdruck aus Band 4 der «Lebensbilder aus dem Bayerischen Schwaben»),* [Augsburg, Schwäbische Forschungsgemeinschaft, 1955), 20 cm., 13 pp.; OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.Cap., *David van Augsburg, O.F.M.,* in *Theol.Woordenb.* I (cf. *supra* n.128), 967-968. O. R.

S. Bonaventura, O.Min.. † 15 iul. 1274

Vide etiam: n.36. 55, 63. 75. 77. 86. 91. 98. 105. 644. 722. 782. 784 mss.; 62. 66. 71. 89. 100. 113 incunabula; 21 editiones; 50. 74s scripta varia; 166. 168. 223-226. 250. 253. 310. 441. 459. 495 *Legenda S. Franc.;* 83 Statutum tudertinum; 474 influxus S. Francisci; 549 reportatio; 552 Schola eius; 579. 600ª Centro Studi Bonav.; 302. 616. 623. 626 doctrina gen.; 630s. 661 augustinismus; 642 Gundisalvi; 695 Avicebron; 1522 Richardus Rufus; 639 controversia Guil. de S. Amore; 640. 676. 695 controversia cum Sigero; 657. 659 PHILOSOPHIA gen.; 680 metaphysica lucis; 681 analogia; 683 materia spiritualis; 686. 720 symbolismus; 687 praesentia rerum coram aeternitate; 689 cognitio de Deo « quid est »; 698 scientiae; 1482 differentia specifica animae; 703 connexio animae cum potentiis; 705 ratio inferior, superior; 706 synderesis; 711 ethica; 712s conscientia; 714 eleemosyna; 717 usura; 718 malum; 719 pulchrum; 624 habitudo philosophiae ad theologiam; 730s THEOLOGIA gen.; 738 actus fidei; 1484 personae in Trinitate; 1486 Moyses figura Christi; 755 generatio Filii; 759 utrum si Adam non peccasset; 777 resurrectio; 858 Imm. Conceptio; 859s. 861 sanctificatio B.M.V.; 914. 918. 921 corredemptrix; 926s. 929 regalitas B.M.V.; 934 visio beata B.M.V.; 939 potestas papae; 940 contra Graecos; 942 sacramenta; 943 character; 945. 1720 baptismus, paenitentia; 947. 1524 formula consecrationis; 949 textus de Euchar.; 952 res sexualis; 954 praedestinatio; 1731 gratia; 960 deificatio; 962 inhabitatio; 964. 969ss beatitudo; 966 virtutes, vitia; 968 simonia; 973. 1722 regnum Dei; 976 SPIRITUALITAS, bibliogr.; 982 textus; 1042 doctrina; 251 ardor mysticus; 989 principalis affectio; 1003 Joannes a Cruce; 1060 studia colenda; 1064 dialogus; 1077 pax; 1091 spoliatio sui; 1107 paupertas; 1119 exercitia spiritualia; 1128 methodus orationis; 1140 cognitio mystica; 1145 devotio; 1154 Cor Jesu; 366 Puer Jesus; 1192 B.M.V.; 1218 B.M.V. Perdolens; 1229 S. Joseph; 1281 ars praedicandi; 1327 educatio; 1378 expositio Regulae; 51. 548. 561. 612, 778. 986s. 992. 999. 1002. 1129s. 1369 influxus.

Opera - editiones

1541. - [BOEHNER Philotheus, O.F.M., ed.], *Saint Bonaventure's Itinerarium mentis in Deum.* With an introduction, translation and commentary by Philotheus BOEHNER, O.F.M. (Works of Saint Bonaventure, 2). Saint Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Saint Bonaventure University, 1956. 21,5 cm., 132 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 111-113.

1542. - [HEALY Sister Emma Thérèse, C.S.S.J., ed.], *Saint Bonaventure's De reductione artium ad Theologiam.* A commentary with an introduction and translation by Sister Emma Thérèse HEALY, C.S.S.J.

(Works of Saint Bonaventure, 1). Saint Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Saint Bonaventure University, 1955. 21,5 cm., 158 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 111-113; cf. quoque *Franc. Stud.* 16(1956) 306-307.

1543. - [JOFFE William I., ed.], *The enkindling of love also called The triple way by Saint Bonaventure.* Adapted from the original. Edited and arranged by William I. JOFFE. Paterson, N.J., Saint Anthony Guild Press, 1956. 18,5 cm., XIV-71 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 111-113.

1544. - BRADY Ignatius, O.F.M. (Transl.), *The letter of Saint Bonaventure to an unnamed Master of Arts at Paris,* in *The Cord* 5(1955) n.10, oct., 236-246.

Interpres hic anglice vertit Seraphici Doctoris *Epistolam de tribus quaestionibus ad magistrum innominatum.*

Recoluisse quoque iuvat has translationes anglicas: BRADY Mel, O.F.M. - QUINN Kieran, O.F.M. (Transl.), *The Imitation of Christ. A letter from St. Bonaventure to a confrere* [*Epistola de imitatione Christi*], *ibid.*, 46-52; COLLIGAN Owen A., O.F.M., *Scripture reading with Saint Bonaventure. Comment. in Joannem* [c.20, n.18-24], *ibid.*, 125-128; [c.20, n. 36-48], 149-152; [c.6, n.83-88], 189-192; [c.19, n.50-55], 221-223; [c.8, n.4-12], 284-287; [c.18, n.61-66], n.10 oct., 252-255; [c.11, n.21-26], 347-351; [c.19, n.37-48], *ibid.* 6(1956) 78-81; COLLIGAN Owen A., O.F.M., *Scripture reading with Saint Bonaventure. Comment. in Lucam* [c.2, n.1-16], *ibid.* 5(1955) 337-382; [c.2, n.93-111], *ibid.* 6(1956) 23-27; [c.3, n.47-56], 58-64. Qui loci, feliciter selecti, potius ad sensum quam ad litteram conversi sunt. O. R.

1545. - MAHONEY Joseph F., T.O.F. (Transl.), *Saint Bonaventure's Rule for Novices,* in *The Cord* 4(1954) 10-15. 37-42. 74-78. 118-122.

Intuitu Sororum Congregationum franciscalium in Civitatibus Foederatis operantium S. BONAVENTURAE opusculum *Regula novitiorum* consuetudini anglicae traditur.

Hoc in loco insuper significamus: PLASSMANN Thomas, O.F.M., *St. Bonaventure explains the « Our Father »* [*Expositio super Regulam Fratrum Minorum*, c.3, n.3], *ibid.* 6(1956) 19-23; idem, *Devotion to the Sacred Heart* [*Lignum vitae*, n.30 et *Vitis mystica*, n.3], *ibid.*, 82-87. O. R.

1546. - FACCIN Dominic, O.F.M., *Spiritual exercises according to Saint Bonaventure.* Translated by Fr. Owen Anthony COLLIGAN, O.F.M. Saint Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1955. 21,5 cm., XIV-367 pp.

Huius operis anthologici, quo sententiae Seraphici Doctoris ad instar S. IGNATII *Exercitiorum spiritualium* dextere disponuntur, vide recensionem in *Coll.Franc.* 3(1933) 235s necnon 27(1957) 428.

Adiungere hic liceat quaedam studia praesertim ad spiritualitatem franciscanam spectantia: REGNIER Celestine, O.F.M.Conv., *The seed of Franciscanism,* in *The Cord* 4(1954) 242-246; BOEHNER Philotheus, O.F.M., *The meaning of minoritas, ibid.* 5(1955) 353-361; idem, *The*

monthly conference. The spirit of penance. - Penance and the grace of the Incarnation. - Franciscan penance in the shadow of the Cross. - The Holy Eucharist and Franciscan penance, ibid., 65-72. 97-103. 129-137. 161-168; idem, *Franciscan obedience, ibid.* 5(1955) 193-199; REGNIER Celestine, O.F.M.Conv., *The exhortation* [S. FRANCISCI] *to meekness, ibid.* 6(1956) 116-120; BOEHNER Philotheus, O.F.M., *Franciscan simplicity, ibid.* 5(1955) 289-296; ESZER Cajetan, O.F.M., *Franciscan education, ibid.* 4(1954) 23-27. 48-58. 78-86 [versio e manuscripto cyclostyl. germanico]; BRADY Ignace, O.F.M., *The letter and the spirit. Reflections on the new Constitutions of the Order of Friars Minor, ibid.*, 283-288 (cf. *supra* n.1380-1387). O. R.

1547. - SAINT BONAVENTURE, *Itinéraire de l'âme en elle-même.* Introduction et traduction (nouvelle édition) du P. JEAN DE DIEU DE CHAMPSECRET, O.F.M.Cap. Commentaire du P. LOUIS DE MERCIN, O.F.M. Cap. Blois, Librairie Mariale et Franciscaine, [1956]. 21 cm., 357 pp., tab.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 215-217; cf. etiam *Étud. Franc.* 7(1956) 226-227.

1548. - SAINT BONAVENTURE, *L'art de gouverner. Les six ailes du Séraphin.* Traduit par Adrien-M. MALO, O.F.M. 2e édition. Montréal et Paris, Fides, 1956. 19 cm., 160 pp.

Pro editione prima huius versionis cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1015. Quod novam editionem spectat, quam inspicere non potuimus, cf. *Étud. Franc.* 8(1957) 107-108. O. R.

1549. - BONAVENTURA, *Wanderweg zu Gott. Wanderbuch für den Besinn zu Gott. Am Steuer der Seele. Der Dreistieg oder die Feuersbrunst der Liebe.* (Bücher christlicher Weisheit). Olten und Freiburg i. Br., Otto Walter-Verlag, [1955]. 19 cm., 108 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 91-92.

1550. - [RUH Kurt, ed.], BONAVENTURA, « *De triplici via* » *in altschwäbischer Übertragung,* herausgegeben von Kurt RUH. (Texte des späten Mittelalters, 6). [Berlin], Erich Schmidt Verlag, [1957]. 21 cm., 64 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 428-429; cf. quoque *Franz. Stud.* 40(1958) 96-97.

1551. - SAN BONAVENTURA DA BAGNOREA, *Itinerario della mente in Dio.* Introduzione, traduzione e commento di Enrico VIGORITA. Napoli, Istituto editoriale del Mezzogiorno, 1954. 21 cm., 61 pp.

1552. - Idem, *Itinerario della mente a Dio.* Studio introduttivo, traduzione e note di Lucia NUTRIMENTO. Treviso, Libreria Editrice Canova, 1956. In-8°, 127 pp.

Duae versiones italicae opusculi S. BONAVENTURAE, quod *Itinerarium mentis in Deum* inscribitur, nobis transmissae non fuerunt.

Priori — eam R. PRATESI, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 229 sexcentesimam esse asserit — praemittitur introductio de vita et operibus Sancti (tamen non sine omissionibus ac apertis erroribus) necnon de notis peculiaribus doctrinae speculativae ipsius, cui adnectitur operis translatio, adnotationibus opportunis aucta.

Versionem alteram brevi examini subiecit Maria LIZZIO in *Sophia* 26(1958) 133. Textum conversum invenies p.49-127, dum in parte anteriore elenchus scriptorum (44s), curriculum vitae (41-45) necnon introductio de indole mystica Nostri — haud absque veritatis superlatione manifesta — (29-40) offeruntur. O. R.

1553. - *I maestri del secolo XIII: S. Bonaventura, S. Alberto Magno, S. Tommaso d'Aquino.* Introduzione, traduzione e commento a cura di Carmine BUDA. (Classici della filosofia commentati per le scuole). Messina/Firenze, C. D'Anna, 1956. In-8°, 120 pp.

Praeter notitias bio-bibliographicas et doctrinales de S. BONAVENTURA A. exhibet nonnullos textus ex *Itinerario* et *De donis Spiritus Sancti* excerptos. S. ST. A.

1554. - FLORES D'ARCAIS Giuseppe, *La pedagogia nel pensiero cristiano*, in *Grande Antologia Filosofica.* Vol. V: *Il pensiero cristiano*, Milano 1954, 589-711.

Inter textus de paedagogia, qui hic ex libris auctorum saec. II-XIII excerpti, italice versi et introductione praemuniti eduntur, notamus sermonem universitarium S. BONAVENTURAE *Unus est magister vester, Christus* (p.696-708). S. ST. A.

1555. - S. BONAVENTURA DA BAGNOREGIO, O.Min., *Opuscoli mistici.* Volgarizzati dal latino. Introduzione di Fr. A. GEMELLI, O.F.M. (Collana Francescana, 13). [Milano], Società Editrice « Vita e Pensiero », [1956]. 19 cm., 329 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 327-328.

1556. - FAGGIANO A[ccursio], O.F.M., *Le sei ali del Serafino del Dott. Serafico. Conferenze ai superiori.* Seconda edizione. (Lecce), Galatina, S. Caterina, [1955]. 15,5 cm., XVI-168-5 pp.

Intuitu praesertim superiorum Ordinum religiosorum, et quidem speciatim ad eorum exercitia spiritualia fecundiora reddenda, Auctor S. BONAVENTURAE aureum opusculum *De sex alis Seraphim* non ad verbum quidem convertit, sed, paucis e suo proprio adiunctis, nostri temporis necessitatibus accommodare conatur.

Libello praemittuntur considerationes quaedam de genuitate ac praestantia opusculi (p.IX-XVI). Quae praefatio eadem esse dicitur ac illa primae editionis, quam an. 1954 in lucem prolatam fuisse suspicamur. - Bonaventurianum caput introductorium cum secundo coniungens, A. agit de superiorum 1) zelo iustitiae (p.1-25). 2) de pietate paterna (27-50); 3) de patientia longanimi (51-75); 4) de exemplaritate vitae (77-100); 5) de circumspecta discretione (101-126); 6) de devotione ad Deum (127-150). Opusculo adnexus invenitur demum index analyticus. - Ut A. finem sibi laudabiliter praefixum adhuc plenius obtineret, fortassis litteram opusculi, saepius gustum aevi

originis redolentis, magis relinquere debuisset. Quo minime obstante, hae collationes fervidae ut legantur et perpendantur, enixe adhortamur. O. R.

1557. - San Bonaventura, O.Min. († 1274), *Questi sono alcuni detti overo fioretti d'uno libro chiamato Specchio, il quale compose e fece frate Bonaventura da Bagnoregio, cardinale dell'Ordine di santo Francesco,* in *Prosatori minori del Trecento* (cf. *supra* n.241), p.803-815.

Agitur de italica interpretatione opusculi *Epistola continens XXV memorabilia* (cf. *Opera omnia* VIII, Quaracchi 1898, 491-498) iuxta fidem codicis chartacei saec. XV *Vaticano-Rossiano 1141,* f.107*v*-121*v*. **M. A.**

1558. - Berta A., O.F.M., *Per l'acquisto della perfezione religiosa. I venticinque ricordi di S. Bonaventura,* in *Vita Min.* 27(1955) 39-44.

1559. - Ghinato Alberto, O.F.M., *Le Determinationes quaestionum super Regulam Fratrum Minorum di S. Bonaventura, ibid.* 28(1957) [!] 10-17. 43-48.

Uterque A., ut vitam franciscanam opportune ad fontes reducerent, duo opuscula partim in idioma italicum verterunt.

Epistola continens 25 memoralia (*Op. om.* VIII, 491-498) est opusculum absque dubio genuinum. Brevissima praefatione exhibita, Interpres singulas opusculi partes principes italice transfert. Verumtamen nonnisi asserta praecipua selegit, ut eorumdem vim efficacius inculcaret. Cf. quoque eiusdem libelli bonaventuriani commentarium germanicum W. Meyer, O.F.M. (*Coll.Franc.* 5[1935] 280s) et commentarii versionem gallicam (*Bibliog.Franc.* VIII, n.609).

Auctor alter nonnisi prologum opusculi quod *Determinationes quaestionum circa Regulam Fratrum Minorum* audit (*Op.om.* VIII, 337-374), tam latine quam italice praebet (p.16s), adiunctis quibusdam animadversionibus personalibus circa munus aedificationis ac testimonii sodalium franciscalium (43-48). Introductionis fere instar breviter disserit de S. Bonaventura scriptore, praesertim ratione habita opusculorum *Regulam* attinentium (10-13). Opusculi praesentis dein titulum, naturam ac momentum actuale delibat (13-15). - Auctor de genuinitate *Determinationum* nimis fidenter loquitur, quippe cum S. Clasen, O.F.M., propter rationes internas dubia serio perpendenda moverit (cf. *Coll.Franc.* 14[1944] 330-334). - Etiamsi A. seriem articulorum annuntiaverit, opusculi versionem intermisit. - Hic demum significare velimus, quod Valentinus Puerto, O.F.M., die 28 febr. 1957 in Pont. Athenaeo Antoniano Urbis dissertationem defendit quae inscribitur: *S. Bonaventurae doctrina de vocatione* (cf. *Ant.* 33[1958] 184), quam A. nondum typis mandasse videtur. — Cf. etiam M. Wolter, O.F.M., *Our Franciscan vocation,* in *The Cord* 6(1956) 121-125. O. R.

Opera - studia

1560. - Ruh Kurt, *Bonaventura deutsch. Ein Beitrag zur deutschen Franziskanermystik und -scholastik.* (Bibliotheca Germanica. Handbücher, Texte, Monographien aus dem Gebiete der germanischen Philologie, 7). Bern, Francke-Verlag, 1956. 23,5 cm., 384 pp.

Huius praeclari operis recensionem videas in *Coll.Franc.* 27(1957) 217-218; cf. insuper J. Kaup, O.F.M., in *Franz.Stud.* 39(1957) 52-60; Maximilianus a Moerdijk, O.F.M.Cap., *Een standaardwerk over de geschriften van Sint Bonaventura,* in *Franc.Leven* 39(1956) 182-184; G. Fussenegger, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 124-126; O.

BONMANN, O.F.M., in *Theol.Rev.* 54(1958) 64-69; S. CLASEN, O.F.M., in *Wiss.Weish.* 20(1957) 73-74; C.C. DE BRUIN, in *Tijdschrift voor Nederlandse taal- en letterkunde* 75(1957) 73-78; J. KOCH, in *Zschr. Dt.Philol.* 77(1958) 102-105; D. PLANZER, O.P., in *Zschr.Schweiz.K.G.* 52(1958) 111-113. O. R.

1561. - RUH Kurt, *Johannes Fidanza,* gen. Bonaventura, in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V, Berlin 1955 [cf. *supra* n.145], col. 453-458.

Conspectus perutilis Seraphici Doctoris scriptorum mystico-asceticorum, theologicorum, franciscalium, quae in idioma germanicum mediae aetatis olim versa fuerunt. Innuitur insignis irradiatio spiritualis Sancti. Minus tamen commendamus Nostrum sub nomine civili huiusmodi auctorum catalogis inserere, quippe cum ipse nomine S. BONAVENTURAE passim notus sit. O. R.

1562. - NEGRI Luigi, *Aspetti di San Bonaventura scrittore,* in *Studi Franc.* 53(1956) 54-74.

Propositum Auctoris hoc est: artem scriptoris S. BONAVENTURAE luce opusculorum mysticorum ipsius paucis celebrare.

Ambitu historico ac mente eminenter religiosa Sancti praelibatis, A. parte priore innuit modo generali rationes artis litterariae quas Seraphicus Doctor coluit in opusculis sequentibus: *De triplici via, De perfectione vitae ad sorores, De sex alis Seraphim, De reductione artium ad Theologiam, Lignum vitae, De quinque festivitatibus pueri Jesu, Tractatus de praeparatione ad Missam, Vitis mystica, Itinerarium mentis in Deum* (57-64). In quo examine attenduntur imprimis homoeoteleuta seu verba consimilia orationi solutae inserta. Auctor hic plura exempla memorat et non semel pro singulis opusculis rationaria figurarum stili significat. Parte altera e respectivis opusculis adducuntur et delibantur quidam insigniores loci (64-74). - Licet in disquisitione saepius asserta omnino valida subtiliaque occurrant, tamen dolendum est, quod A. non potius unum opusculum bonaventurianum minutatim analysi subiecit. Quod magno usui esset, pro iis opusculis, quorum origo bonaventuriana a quibusdam viris peritis negatur. Cf. etiam quae innuimus in *Bibliog.Franc.* X, n.1071. O. R.

1563. - TEICHTWEIER Georg, *Die aszetisch-mystische Methode im Itinerarium mentis in Deum des Bonaventura,* in *Theol.Qschr.* 136 (1956) 436-461.

Nostris diebus problema merito persentitur, quo modo theologia moralis ad sacerdotium adspirantibus tradenda sit. Eiusmodi disceptationum occasionem nactus, A. prius de methodo positivo-speculativa, de expositione casuistica et de ratione ascetico-mystica disserit, ut dein opusculum bonaventurianum qua exemplar methodi tertiae examinet.

Innuuntur vitae Seraphici Doctoris praecipua facta necnon doctores anteriores, qui in eum influxum exercuere. Postea A. praecipuos conceptus mysticos Sancti elucidat (*mens, meditatio, contemplatio, ecstasis,* etc.). Denique ipsa methodus ascetico-mystica Nostri, propria innixa experientia spirituali, mira insignita concordia ordinis supernaturalis et naturalis, sapienter evitans extrema, delibatur. Ad epilogi instar asserta praecipua theologis modernis perpendenda proponuntur. In Seraphici doctrina considerentur: habitudo vitae activae ad contemplationem, unio inter auctoritatem et libertatem, sana crisis eventuum extraordinariorum, prospectus totalis rerum qui spiritum *et* carnem amplectitur. O. R.

1564. - SOKLIC Sebastian F., T.O.R., *The natural sciences in the Itinerarium of St. Bonaventure*, in *Franc.Educ.Conf.* 36(1955) 160-172.

Ad illustrandum qua mente qualive spiritu in Ordine franciscali scientiae colendae sint, describitur benevolens erga eas habitudo S. BONAVENTURAE, qui etsi doctissimus genuinum tamen spiritum illiterati FRANCISCI est persecutus. Sed prorsus necesse est scientias ita coli ut « aedificent » et ad ultimum finem hominem perducant. Haec omnia A. ope *Itinerarii mentis in Deum* lepide exponit, impensius etiam christocentrismum Doctoris Seraphici commendans. S. ST. A.

1565. - PHILLIPS Dayton, *The way to religious perfection according to St. Bonaventure's De triplici via*, in *Essays in medieval life and thought*. Presented in honor of Austin Patterson EVANS. Edited by John H. MUNDY, Richard W. EMERY, Benjamin N. NELSON. New York 1955, 31-58.

Hoc commentario, quem prae manibus habere nequivimus, A. perfectionis viam ad mentem S. BONAVENTURAE subtiliter aestimat luce eiusdem opusculi *De triplici via.*

Quae in lectorum commodum innuemus, excerpsimus ex *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 194-196; *Étud.Franc.* 8(1957) 225-227; *Rev.Hist.Eccl.* 51(1956) 295s. - Opusculum, opinante Auctore, tractatum constituit ad usum systematicum meditationis ad vitae interioris renovationem efficiendam (p.33). Inquiritur prius in originem doctrinae Nostri. Textus siquidem memorantur DAVIDIS DE AUGUSTA, quibus efficacia triplicis animae facultatis (rationis, voluntatis, memoriae) ad hominem spiritualiorem reddendum adumbratur. Pariter significatur affinitas Seraphici ad sententiam PSEUDO-DIONYSII de actu hierarchico purificandi, illuminandi perficiendique. - Tunc sensus accuratus doctrinae bonaventurianae dilucidatur. Vis purificans, illuminans et perficiens Dei triplici actuositate facultates praefatas attingit ac amoris augmentum operatur. Momentum, quod caritati in hac ascensione tribuitur, Sancto omnino proprium esse celebratur. - Deinde de varia ipsius perfectionis spiritualis consideratione disseritur. Exercitia trina imaginem Dei in anima disponunt ad triplicem influentiam supernam obtinendam, ut exemplar Dei ac Christi in dies fidelius in ea exprimatur. Huius perfectionis gradus singulatim delibantur (cf. *Rev.Hist.Eccl., loco cit.*). - Postremo meditationis ratio seu methodus bonaventuriana examinatur. Oratio mentalis ad mentem Sancti minime exclusive vel praecipue ad veritates sibi assimilandas, at potius velut instrumentum ad reformationem moralem perficiendam inservit. Dum — sic A. concludit — scriptores anteriores perfectionis ideam staticam, metaphysicam ac asceticam coluere, S. BONAVENTURA eam potius dynamicam, subiectivam et « humanisticam » proposuit. O. R.

1566. - TAPPONI Bernardo, *S. Bonaventura e la pedagogia*, in *Osserv.Rom.* 1957 maggio 10, 4.

Principia paedagogica A. eruit ex tractatu *De sex alis Seraphim*, quem S. BONAVENTURA praelatis destinavit, ut illis virtutes regendis formandisque subditis in praesule requisitas describeret. M. A.

1567. - RIGHI Oscar, *La Legenda Maior di S. Bonaventura e l'XI canto del Paradiso*, in *Doct.Seraph.* 1(1954) 16-19.

Auctor putat famosos in laudem S. FRANCISCI versus, quos legimus in poemate *La Divina Comedia, Paradiso* XI, vv. 43-117, DANTEM ALI-

GHIERI directe sumpsisse e *Legenda maiore* S. BONAVENTURAE, non solum quia tunc facilius illam prae manibus habere potuit, cum decretum capituli Narbonensis an. 1260 ceteras *Legendas* proscripsisset, sed etiam eo quod: 1) ordo, quo vita S. FRANCISCI enarratur, idem est tum penes S. BONAVENTURAM cum apud DANTEM, si tamen paupertatis mentionem excipias, quae alibi fit; 2) Pauperculi iuventus in utroque auctore, et quidem aliter ac in *Legendis* THOMAE DE CELANO et JULIANI DE SPIRA, nigris coloribus minime pingitur; 3) item, DANTES, S. BONAVENTURAE vestigia secutus, voces *archimandritam* et *sigillum* pro stigmatibus, et quidem eodem sensu, usurpat. **M. A.**

1568. - SIMMONS GREENHILL Eleanor, *The Child in the Tree. A Study of the Cosmological Tree in Christian Tradition,* in *Traditio* 10(1954) 323-371.

Docte examinans imaginem pueri in arbore residentis, quae occurrit in *Perceval* CHRISTIANI DE TROYES (v.33765-836. 34819-25), A. describit historiam arboris cosmologicae, arboris Crucis, scalae paradisi in litteris christianis saepe memoratae. Agitur etiam p.352-354 de opusculo *Lignum vitae,* BONAVENTURAE adscripto, cuius dependentia notatur a carmine antiquo *De Pascha* (PL 2, 1171-1173). **S. ST. A.**

1569. - GLORIEUX P., *La collection authentique des sermons de saint Bonaventure,* in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 22(1955) 119-125.

Collectio authentica sermonum S. BONAVENTURAE intelligitur series 50 (non 53) sermonum *De tempore* quos ipse BONAVENTURA in unum volumen compegit, quos tamen editores Claraquenses dispersim in vol. IX vulgaverunt. De hac collectione A. argumentatur: 1) quod sunt sermones re vera *habiti* et non excercitationis gratia vel in exemplum praedicatorum *scripti* tantum; 2) quod anno scholastico 1255-1256 a S. BONAVENTURA Parisiis sunt dicti.

Antea BONAVENTURA A MEHR, O.F.M.Cap., haud spernenda argumenta contulerat, quibus probaret memoratos sermones an. 1250-1251 esse institutos (cf. *Coll. Franc.* 13[1943] 406-410). Quam tamen sententiam A. non videtur cognoscere. Falso quoque argumento excludit annum 1251 quia Epiphania tunc fuisset dies Dominica, cum re vera Epiphania tunc occurrit feria sexta. Nuperrime J.G. BOUGEROL, O.F.M. (*Introduction à l'étude de S. Bonaventure,* Paris 1961, 203-206), contra A., sententiam BONAVENTURAE A MEHR defendit. **S. ST. A.**

Studia biographica - cultus

1570. - DI FONZO Lorenzo, O.F.M.Conv., *San Bonaventura da Bagnoregio il più grande generale dell'Ordine Serafico,* in *Osserv.Rom.* 1957 febbr. 3, 4.

Illucescente septingentesimo anno a suscepto generalatus O.Min. officio (1257 febr. 2), optima quadam synthesi A. describit S. BONAVENTURAM legislatorem, defensorem, moderatorem atque perfectissimum exemplar vitae franciscanae in mediis difficultatibus, quas Seraphicus Ordo expertus est ex intestinis discordiis, ab Universitate studiorum parisiensi atque ab ipsis ecclesiarum pastoribus.

De eadem re egit L. Di Stolfi, O.F.M., *S. Bonaventura ministro generale*, in *Frate Franc.* 4(1957) 167-172. M. A.

1571. - Lagacé Bl., O.F.M., *Coup d'oeil sur le généralat de S. Bonaventure*, in *Studium* 10(1957) 191-198.

1572. - Hardick Lothar, O.F.M., *Der hl. Bonaventura und die Observanten*, in *Vita Seraphica* 38(1957) 3-12.

Centenario recurrente anno, ex quo S. Bonaventura in totius Ordinis Minorum moderatorem supremum delectus est, A. eiusdem speciale momentum aestimat, quod in Observantium ortu ac progressione obtinuit.

Prius proin ipsius ministerium generale paucis dilucidatur (p.3-9). Varias dispositiones Doctoris Seraphici ad Ordinem novi temporis postulatis aptandum describens, scil. circa habitudinem ad ius possidendi, progressionem vitae claustralis, defensionem idealis franciscani contra idem infestantes, A. statuit Sanctum non posse sensu vero Ordinis reformatorem appellari. En eiusdem verba: « Aus all diesen Beobachtungen heraus darf wohl gesagt werden, daß Bonaventura den Orden nicht auf eine völlig neue Basis gestellt hat. Ihn einen eigentlichen Reformator zu nennen, wäre im Ausdruck zu hoch gegriffen » (8). - Postea evolutio et fines proprii Observantiae motus examinantur (9-12). Inter cetera A. monstrat, quomodo eiusdem promotores in paupertate vivenda S. Bonaventurae normis sint innixi. O. R.

1573. - Optatus [van Veghel], O.F.M.Cap., *De betekenis van St. Bonaventura voor de franciscaanse ordesfamilie*, in *Franc.Leven* 38(1955) 5-11. 58-63.

Seraphici Doctoris testimonia affectionis erga proprium Ordinem luce scriptorum suorum certo authenticorum adducuntur atque examinantur aeque et sincere.

Crisi operum ad Ordinem spectantium praemissa (p.5s), A. ad theseum fere instar sequentia asserta proponit: 1) S. Bonaventura condicionem Ordinis franciscalis talem servat, qualem eum qua supremus moderator invenerat, tamen nonnisi quatenus, suo iudicio, Regulae a Gregorio IX authentice explicatae non adversaretur (6-11); 2) Seraphico persuasum erat Ordinem nullatenus ad eum statum primaevum revocari posse, in quo S. Franciscus eundem quondam reposuerat (58-61); 3) abusus, qui circa regularem observantiam irrepsere, Bonaventura sollicite impugnabat, quin tamen magnos effectus obtinuisse videatur (62s). - Auctor in opinionibus exponendis passim praeclarae fulcitur pervestigationi S. Clasen, O.F.M. (cf. *Coll.Franc.* 14[1944] 330-334). Sententiam, speciatim ab auctore praelaudato expressam de dubia authenticitate operis *Determinationes quaestionum circa Regulam*, adhuc magis confirmat. - De tota hac quaestione nunc quoque utiliter inspicies dissertationem J. Ratzinger (cf. *ibid.* 30[1960] 227-229). O. R.

1574. - Optatus [van Veghel], O.F.M.Cap., *De betekenis van St. Bonaventura voor de franciscaanse spiritualiteit*, in *Franc.Leven* 37(1954) 165-174.

Prorsus praestans momentum S. Bonaventurae tum in fideliter accipienda religiosa hereditate a S. Francisco Ordini suo commissa tum in eadem ingeniose evolvenda et sollicite diffundenda, hic ope meliorum elucubrationum clare sciteque enucleatur.

Spiritualitatis franciscanae natura in generali circumscripta (p.165s), A.

sequentes affirmationes illustrare satagit: 1) praeprimis Seraphicus Doctor perfectionis ideam, spiritualitati S. Fundatoris familiaeque eius religiosae propriam, in synthesim egregiam redegit (166s). Auctor minime veretur asserere: « Vix veritatem egredi is videtur, qui S. BONAVENTURAM, post ipsum S. FRANCISCUM, primum, maximum ac summi influxus auctorem franciscanae spiritualitatis esse statuit » (166s). - 2) Idea perfectionis franciscalis vero, quae in sequela generosa Christi pauperis, crucifixi et eucharistici consistit, ad mentem Sancti completur in pace amoris exstatici per summam contemplationem obtenta (168s). - 3) Vis huius pietatis christocentricae penes posteros etiam extra Ordinem franciscalem, ad nostros usque dies praeclare viget (170-174). - Feliciter evenit, ut alii auctores vastissimum campum influxus bonaventuriani studiis monographicis ulterius perlustraverint, v.g. K. RUH (cf. *supra* n.1560). - Quaestio gravis momenti, ad quam A. nonnisi brevissime alludit (167. 173), quousque nempe S. Doctor plura elementa apparenter franciscana non ab ipso Fundatore, sed ab augustinismo mediaevali mutuaverit — augustinismus cum Pauperculi affectione religiosa miram sane affinitatem exhibet (cf. E. LONGPRÉ, O.F.M., in *France Franc.* 15[1932] 5-76) —, ulterius dilucidanda erit. Quaedam Auctoris asserta examini critico subiciuntur a F. VAN DEN BORNE, O.F.M., *Betekenis van S. Bonaventura voor zijn orde en de algemene ascese-leer*, in *Sint Franc.* 5(1959) 107-130. O. R.

1575. - RIGHI Oscar, *San Bonaventura nel giudizio dei suoi contemporanei*, in *Doct.Seraph.* 3(1956) 41-44.

Auctor anecdotice refert quasdam coaevorum virorum sententias de S. BONAVENTURAE persona, doctrina et arte in gubernandis fratribus, inter quos eminent ALEXANDER HALENSIS, SALIMBENE DE ADAM, MATTHAEUS PARISIENSIS, O.S.B., JOANNES DE PARMA, S. THOMAS AQUINAS, GREGORIUS X et ipsemet PETRUS JOANNIS OLIVI, qui ceteroquin S. BONAVENTURAE operam in regendis fratribus potius negativam exsistimabat. M. A.

1576. - GADDI Alessandro, *S. Bonaventura e i Fioretti*, in *Doct. Seraph.* 2(1955) 16-19.

Uti abunde constat, severiora verba quae legimus in cap. 48 *Flosculorum* italicorum contra S. BONAVENTURAM, proveniunt ex ambitu factionis Spiritualium, et definite ab ANGELO CLARENO, qui improbabant Doctori Seraphico quod iudicium canonicum intentasset contra JOANNEM DE PARMA, suum in generalatu decessorem, qui ea de causa arcessitus fuit in urbem Città di Castello, probabiliter an. 1262 (non vero 1257, uti p.18 adnotatur). M. A.

1577. - PETRANGELI PAPINI Francesco, *La « Grotta di S. Bonaventura » a Bagnoregio*. Viterbo. Stabilimento Tipografico Agnesotti, [1955]. 24 cm., 24 pp., ill.

Hoc antrum exstabat in veteri conventu balneoregiensi O.Min., sito inter novum Bagnoregio et Civita, quique superfuit usque ad an. 1765. Auctor vero scribit, iuxta constantem loci traditionem, quod S. BONAVENTURA ibidem orasset dum, inter Fratres Minores an. 1238 receptus, Balneoregii mansisset antequam Parisios peteret. Quod minus probabile videtur, cum iam constet ipsum Parisiis inter Minoritas se recepisse an. 1243. Potuit vero in huiusmodi antro orare dum, in Ita-

liam reversus, Balneoregium absque dubio petiit. Opportune tamen A. antrum describit sive historice sive planimetrica imagine, postquam ipse illud recens apte refecit. M. A.

1578. - MAESTRINI Carlo, *Cimeli bonaventuriani a Montecasale,* in *Doct.Seraph.* 2(1955) 21-23.

Auctor censet S. BONAVENTURAM in eremo Montis Casalis commorasse ca. an. 1260, dum colligendis memoriis de S. FRANCISCO vacaret in locis ubi ipse degerat. Etenim describit cellulam, ubi versatus fuisse traditur, atque nonnullas res, quibus ipse tunc usus dicitur, scil. « Vas vitreum, plumbique calix, aerisque patena » pro altaris sacrificio. In eodem recessu inde ab an. 1531 sodales O.F.M.Cap. habitant. M. A.

1579. - FORTINI Arnaldo, *S. Bonaventura e Assisi,* in *Doct.Seraph.* 3(1956) 21-33.

Multiplici modo Assisii praesentem S. BONAVENTURAM A. describit, scil. 1) dum an. 1260 socios S. FRANCISCI interrogat, ita ut vitam Pauperculi conscribere valeat; 2) dum, ope suae *Legendae,* GIOTTO ad pingendum inspirat: etenim in operibus tectoriis basilicae Sacri Conventus non solum facta ab ipso BONAVENTURA enarrata repraesentantur, sed ipsaemet inscriptiones, pictis operibus appositae, mutuatae fuerunt ex *Legenda;* 3) plurimi describuntur sermones, quos Seraphicus Doctor tum fratribus Sacri Conventus et Portiunculae cum populo dixit, praesertim in dominicis Adventus, Nativitate et Epiphania; 4) ordinatio de salutanda B.V. Maria dum sero campana pulsatur edita fuit in generali capitulo fratrum celebrato in loco Portiunculae an. 1269; tandem 5) A. tenet fraternitatem dictam de « Raccomandati di Santa Maria Inferiore » ipsum S. BONAVENTURAM fundasse Assisii, sicuti iam Romae an. 1264, et alibi, fecerat, eo fine ut socii eiusdem sodalitatis dominicis diebus irent « per terram ad laudes Beatae Virginis dicendum ». M. A.

1580. - PETRANGELI PAPINI Francesco, *S. Bonaventura e Viterbo,* in *Doct.Seraph.* 4(1957) 55-70.

Hic sermo est praesertim de duabus commorationibus viterbiensibus S. BONAVENTURAE, scil.: 1) sub fine an. 1268, tempore sacri Adventus, cum ipse duos sermones habuit, unum ad Fratres Minores et alterum ad Fratres Praedicatores in conventu S. Mariae ad Gradus (quem alterum sermonem P. GLORIEUX incongrue dicit ibi habitum an. 1271); 2) mensibus aestivis an. 1271, uti probatur ex alio sermone dicto ad Fratres Minores, vacante Sede Apostolica, et ex consilio quod ipse praestitit de eligendo Summo Pontifice per compromissum a sex cardinalibus, potius quam ab omnibus: et tunc, die 1 sept. 1271, electus est Theobaldus VISCONTI, qui GREGORIUS X dici voluit.

Insuper A. probabile esse censet S. BONAVENTURAM Viterbium petiisse statim post suam electionem in ministrum generalem an. 1257, ut ALEXANDRUM IV veneraretur. — Interea describit celebrem tabulam a Francisco ZURBARÁN ca. an. 1630 pro ecclesia Franciscalium urbis Sevilla depictam, in qua S. BONAVENTURAE oranti ut

Deus eidem revelare dignetur quis ad pontificatum promovendus esset, angelus apparet manu ostendens regiones orientales, ubi tunc Theobaldus Visconti peregrinus versabatur. — De eodem interventu S. Bonaventurae in conclave viterbiensi A. aliud commentariolum scripsit: *Esame critico sul primo Conclave e sull'intervento di S. Bonaventura*, in *Osserv. Rom.* 1957 agosto 14, 3. M. A.

1581. - Roncaglia Martiniano, O.F.M., *Saint Bonaventure, Eudes Rigaud et Paul de Segni au Concile de Lyon 1274*, in eiusdem, *Les Frères Mineurs et l'Église grecque orthodoxe au XIII^e siècle*, Le Caire 1954 (cf. *supra* n.940), 175-178.

Fontibus ac commentationibus egregie innixus, A. hic conspectum concinnum accuratumque offert actuositatis S. Bonaventurae, Odonis Rigaud, Pauli Comitis de Segni, episcopi Tripolitani, in Concilio Lugdunensi altero (1274) parando ac celebrando.

Conferatur Auctoris interpretatio argumenti a tribus Ordinis Minorum sodalibus tractati necnon specialis Doctoris Seraphici muneris. Pro bibliographia posteriore cf. nunc L. Spätling, O.F.M., *Der Anteil der Franziskaner an den Generalkonzilien des Mittelalters*, in *Ant.* 36(1961) 311-320 necnon nostram commentationem in *Coll.Franc.* 32(1962) 122-147. O. R.

1582. - Bédarida Henri, *Ricordi spirituali e ricordi figurativi di S. Bonaventura in Francia*, in *Doct.Seraph.* 4(1957) 23-35.

Auctor, civitatis Lugdunensis cives et studiorum italicorum Parisiis professor, hic memorias describit, quas S. Bonaventura in Gallia in vita et post mortem reliquit.

Prius disserit de vitae Sancti eventibus qui Lutetiis Parisiorum locum habuere. Postea loquitur de memoriis Lugdunensibus. Praeter alia hic innuere velimus, quod A. duas imagines Francisci Zurbarán († 1664), nunc in *Louvre* Parisiis adservatas, duo facta bonaventuriana exprimentes describit. Prior tabula delineat praesidem conventus praeparatorii unionis Ecclesiae Orientis cum Sede Apostolica Lugduni (1274), altera vero repraesentat eius pompam funebrem (30-32. tab. p. 31). Postremo significantur quatuor peristromata, vulgo *arazzo*, saec. XVII, quae in ecclesia Seraphici Doctoris Lugduni prostant, ipsius vestitionem, magisterium theologicum, visitationem S. Thomae, receptionem insignis cardinalitii delineantia. - De imagum cyclo Zurbarán cf. tam descriptionem fusiorem quam tabulas lucis arte expressas apud B. Kleinschmidt, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 19(1926) 3-16. - Brevissime demum recoluisse iuvat: Marius Noe [of Greenwald], O.F.M.Cap., *« A burning and a shining light ». Saint John 5, 35. Saint Bonaventure Seraphic Doctor.* Paterson, New Jersey, St. Anthony's Guild Press, [1955]. 15,5 cm. 56 pp.: brevissima vitae Nostri enarratio. Cf. praeterea: Heizmann Kurt Heinrich, *Bonaventura, am Ziel des « Wanderwegs zu Gott »*, in *Die Großen der Kirche*, Würzburg 1956 [cf. *supra* n.133], 100-103; Colligan Owen A., O.F.M., *Little flowers of Saint Bonaventure*, in *The Cord.* 4(1954) 198-202; Borromeo Jackson [of Marquette], O.F.M.Cap., *Saint Bonaventure, model of Religious Superiors*, *ibid.* 5(1955) n.8, 242-246. O. R.

1583. - O[doardi] G[iovanni], O.F.M.Conv., *La santità di S. Bonaventura secondo la storia.* (Riassunto della conferenza del P. Giuseppe Abate, O.F.M.Conv.), in *Doct.Seraph.* 3(1956) 45-51.

En summarium relationis historico-criticae, quam J. Abate, die 27 aug. 1955 coram coetu *Centro di Studi Bonaventuriani* pronuntiavit. In ea A. disseruit de sanctitudine S. Bonaventurae iudicio virorum coaevorum ac posterorum.

' Aestimatio haec attingit argumenta: 1) de Seraphici Doctoris sanctimonia, prout eam attestantur viri coaevi et posteri; 2) de rationibus morae canonizationis; 3) de ipso canonizationis processu. Retardationis causae hae fuere: defuit *vita* seu *legenda* primaeva; fama miraculorum tunc nondum adfuit; diffamatio obtrectatoria Nostri a parte Spiritualium. Speramus fore, ut A. hanc prolusionem doctam quam primum integre publicis iuris faciat. Pro aliquibus adspectibus cf. eiusdem commentationem in *Misc.Franc.* 49(1949) 534-568; 50(1950) 97-130. O. R.

1584. - PETRANGELI PAPINI Francesco, *La traslazione dei resti mortali di S. Bonaventura dalla vecchia alla nuova chiesa dei Minori di Lione,* in *Doct.Seraph.* 2(1955) 37-47.

Duo praesertim in hac dissertatione demonstrantur, scil.: 1) locus BARTHOLOMAEI DE PISA, *De conformitate beati Francisci ad vitam Domini Jesu,* lib. I, fructus VIII, pars II (*Analecta Franciscana* IV, Ad Claras Aquas 1906, 306), ubi agitur de quadam translatione corporis S. BONAVENTURAE ex sacristia ad templi lugdunensis O.Min. ambitum, quae evenisset ante an. 1401, interpolatus est: quia testes qui translationi saec. XV adfuerunt, linguam incorruptam dicunt se vidisse non in pixide eburnea (uti ait PISANUS interpolatus), sed in BONAVENTURAE ore; 2) translatio ad novum Fratrum Minorum lugdunense templum minime fieri potuit an. 1434, quia plures testes, qui eidem translationi adstiterant, dixerunt (an. 1479) id accidisse abhinc triginta annos (et notandum quod quidam ex ipsis vix quadragesimum annum tunc attingebant!). Ideo A. censet huiusmodi translationem factam fuisse circa an. 1450. M. A.

1585. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *I Frati Minori domandano alla repubblica di Firenze lettere postulatorie per la canonizzazione di S. Bonaventura (1475),* in *Arch.Franc.Hist.* 48(1955) 459s.

Litterae desumuntur ex Firenze, *Archivio di Stato, I^a Cancelleria, Missive esterne, vol. 47,* f.24*v*-25*r*. Ipsis mediantibus florentina respublica quo modo canonizatio S. BONAVENTURAE penes S. Sedem sollicitanda sit committit archiepiscopo florentino Raynaldo ORSINI, qui tunc temporis (1475 sept. 23) Romae versabatur. Etenim id factum est petentibus Fratribus Minoribus, qui in hac parte obsequebantur desideriis SIXTI IV, qui ad canonizationem S. BONAVENTURAE devenire cupiebat. M. A.

1586. - SPÄTLING Luchesius, O.F.M., *Tractatus pro canonizatione divi Bonaventurae a Fr. Antonio de Vercellis conscriptus,* in *Arch. Franc.Hist.* 48(1955) 381-426; 49(1956) 166-190.

Triplici gressu A. suum propositum absolvit, scil.: 1) describit cursum causae canonizationis S. BONAVENTURAE, quae tandem facta est die 14 apr. 1482 quamque SIXTUS IV volenti animo promovit Lugdunum mittendo (1474 nov. 2) GERVASIUM DE SALIS, O.F.M.Conv., qui inquisitionem quandam praeviam perageret circa famam sanctitatis eiusdem BONAVENTURAE; votis annuens plurimorum principum christianorum canonizationem petentium, an. 1475 commissionem trium car-

dinalium, qui de negotio inquirerent, instituit; re quidem vera an. 1476 inquisitionem peregerunt commissarii subdelegati tam expedite, ut spes afforet ad canonizationem ipsam procedi posse circa festum Pentecostes an. 1478; sed SIXTUS IV per breve *Alias ad supplicationem* (1479 aug. 7) processum Lugduni iterari iussit; 2) tunc, a cardinalibus negotio praepositis requisiti, sua vota theologica et iuridica exararunt JOANNES BAPTISTA DE JUDICIBUS, O.P., (an. 1479-1480), JOANNES FRANCISCUS DE PAVINIS († 1485), advocatus consistorialis, et ANTONIUS DE VERCELLI, O.F.M.Obs. († 1483). Etenim, tribus his tractatibus, et quidem relate ad causam bonaventurianam, auctores disserunt de potestate atque inerrantia Ecclesiae in sanctis dicendis, de variis sanctitatis signis ac tandem de modo in canonizatione servando; 3) editioni vero tractatus ANTONII DE VERCELLI, quae p.397-426 occupat, A. praemittit ipsius vitae curriculum, elenchum operum (indolis praesertim oratoriae et moralis), descriptionem codicis miscellanaei, qui Romae in *Bibl.Coll. S. Antonii*, sine numero, asservatur, atque quoddam expositionis summarium. M. A.

1587. - RIGHI Oscar, *La reliquia del braccio di S. Bonaventura nella cattedrale di Bagnoregio*, in *Misc.Franc.* 55(1955) 558-592.

Fontibus ac traditione populari balneoregiensibus innixus, A. describit vicissitudines brachii S. BONAVENTURAE, quod ibidem asservatur quodque, post dispersionem exuviarum Seraphici Doctoris factam ab Hugonottis an. 1562 ac dein iterum tempore gallicae eversionis, insignior exstat eiusdem reliquia. Quam quidem CAROLUS VIII, Galliae rex, rogatus, misit ad communitatem balneoregiensem an. 1491 per Angelum CATONE, episcopum urbis Vienne. Porro Franciscus SANSON, min. gen. O.F.M.Conv., donavit argenteum reliquiarium, quo brachium hodieque continetur.

Cum vero reliquia civium communitati, et non cuivis ecclesiae concessa fuerit, ideo decursu temporis hic atque illic reposita fuit, scil.: usque ad ca. an. 1520 in ecclesia cathedrali S. Donati, existenti in oppido quae hodie Civita appellatur; ca. an. 1520-1535 in vetere ecclesia S. Francisci O.F.M.Conv., ca. an. 1535-1540 apud quosdam privatos cives; tandem, ab an. ca. 1540 usque ad praesens in ecclesia dicata S. Nicolao, quae tamen situm mutavit an. 1606, et exeunte saec. XVII sedes cathedralis facta est.

Ex reliquia vero, iubente URBANO VIII (1623-1644), fragmentum osseum sumptum est atque in ecclesia Immaculatae Conceptionis O.F.M.Cap. de Urbe conditum. M. A.

1588. - RIGHI Oscar, *La Bibbia detta « di S. Bonaventura »*, in *Doct.Seraph.* 2(1955) 29-35.

Codex asservatur in ecclesia cathedrali oppidi Bagnoregio una cum brachio S. BONAVENTURAE; pervenit in conventum S. Francisci O.F.M.Conv. eiusdem oppidi inter an. 1521-1586 ac dein, ante an. 1648, translatus est in eandem ecclesiam cathedralem. Contra sententiam eruditorum virorum Collegii Claraquensis O.F.M., qui eundem codicem conscriptum dixerunt versus finem saec. XIV, A. tenet illum exaratum fuisse in Gallia et quidem priore parte saec. XIII, ita ut S. BONAVEN-

TURA illo uti quiverit. Sed res paleographice minime evincitur, dum indicia ab A. magno fervore quaesita parum probantia videntur.
M. A.

1589. - PETRANGELI PAPINI Francesco, *Una statua cinquecentesca di S. Bonaventura*, in *Doct.Seraph.* 1(1954) 12-14.

Lapidea haec statua adest in ecclesia S. Nicolai urbis Troyes, quo forsan translata est ex templo O.F.M.Conv. eiusdem urbis, quorum conventus dirutus fuit tempore gallicae eversionis. S. BONAVENTURA pontificalibus vestibus indutus apparet et, simul, tunicam minoriticam cum sandalibus induit; manu vero sinistra librum gerit, dum dextera videtur tenere baculum pastorale, quod tamen deest. M. A.

1590. - PETRANGELI PAPINI Francesco, *Un Bagnorese a Roma*. Viterbo, Centro di Studi Bonaventuriani, 1957. 24 cm., 34 pp.

Sermo fit de rebus hominibusque balneoregiensibus, quae urbem Romam ornant. Quod rem franciscanam attinet, mentio fit de ecclesiis S. Bonaventurae ad Palatinum O.F.M., Ss. Apostolorum O.F.M.Conv., S. Bonaventurae Lucensium, ubi Seraphicus Doctor praecipue colitur, et Immaculatae Conceptionis O.F.M.Cap., ubi quiescit corpus B. CRISPINI A VITERBIO. M. A.

1591. - DIVIZIANI Antonio, *Artisti orvietani a Bagnoregio nei secoli XVI e XVII*, in *Bull.Ist.Stor.Art.Orvietano* 11(1955) 31-41.

Inter alia A. memorat progeniem familiae S. BONAVENTURAE, quae ineunte saec. XVI sese transtulerat Balneoregio in oppidum Montefiascone (p.32). M. A.

Doctrina - generalia philosophico-theologica

1592. - MAJCHRZAK Colman J., O.F.M., *A Brief History of Bonaventurianism*. Pulaski, Wisconsin, Franciscan Publishers, 1957. 22,5 cm., XII-104 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 429s.

1593. - NOVATUS [VAN ZEVENBERGEN, O.F.M.Cap.], *Bonaventura, Minderbroeder en leraar*, in *Franc.Leven* 40(1957) 36-48.

Post brevem conspectum de educatione scientifica S. BONAVENTURAE A. generali obtutu considerat mentem et spiritum Seraphici Doctoris, scil. eiusdem habitudinem ad philosophiam, theologiam aliasque scientias, ut demum elementa franciscana significet quae in institutione bonaventuriana magis eminent (omnis institutionis finis est sanctificatio; exemplarismus per creaturas ad Deum perducens; adspectus affectivus, practicus, voluntaristicus theologiae; christocentrismus). Iure meritoque A. passim ostendit doctrinas S. BONAVENTURAE nostrae aetatis hominibus satis convenire. S. ST. A.

1594. - VEUTHY L., [O.F.M.Conv.], *Bonaventura* (*s.*), in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, col. 744-760.

Notitiis essentialibus de vita et scriptis philosophicis S. BONAVENTURAE praemissis, haec capita praecipua doctrinalia Seraphici Doctoris illustrantur: philosophia christiana (col. 745-747), theoria cognitionis, nempe sensitivae, scientialis, sapientialis (747-750), cognitio Dei (750-753), metaphysica entis *concreti*, sive Infiniti sive finiti (753-755), metaphysica hominis (755-759). Cura A. est ut omnes fere expositionis suae sententias verbis ipsius BONAVENTURAE adductis confirmet. Paucis ergo multa referuntur de doctrinis Seraphici Doctoris, sed non multum explanantur. Nota bibliographica maioris momenti libros de S. BONAVENTURA indicat. S. St. A.

1595. - LAZZARINI Renato, *San Bonaventura*, in *Grande Antologia Filosofica*. Vol. IV: *Il pensiero cristiano* (*la scolastica*), Milano 1954, 823-882.

Ad illustrandam mentem et voluntatem philosophicam S. BONAVENTURAE, potius quam ad singulas eiusdem doctrinas exponendas, A. plures textus Seraphici Doctoris selegit et italice vertit (p.849-882) iisque praemisit introductionem (823-848), qua breviter de vita et scriptis S. BONAVENTURAE refert sed praesertim tenorem profundum et inspirationem ducem systematis bonaventurianae ostendere conatur.

Talem conceptum rectorem cogitationis Seraphici A. non absque re considerat notionem *fieri*, quae magis determinatur conceptu *itineris*, *itinerarii*, *viatoris*, vel etiam *status viae* (cf. *supra* n.641). Facultate qua gaudet A. res dissolutas et secretas in universum componendi, hanc inspiratricem philosophiae bonaventurianae tendentiam prosequitur in contentione quam Seraphicus Doctor habuit cum philosophia graeca, in eiusdem doctrina cognitionis, in theodicea, in cosmologia et anthropologia, in re morali et spirituali. Non dubitamus quin A. his expositionibus genuinam mentem S. BONAVENTURAE attingat. Series textuum editorum sic selecta est ut apte illustet quae in introductione proponuntur. S. St. A.

1596. - SPERDUTI Giuseppe, *Gli elementi platonici nel metodo filosofico di S. Bonaventura*, in *Stud.Franc.* 53(1956) 75-88.

Postquam A. arguit Seraphicum Doctorem verum sequacem esse S. AUGUSTINI, copiosius de methodo philosophica S. BONAVENTURA dicit, quodammodo commentans notum illud ex sermone *Christus unus omnium magister*: « videtur quod inter philosophos datus sit Platoni sermo sapientiae, Aristoteli vero sermo scientiae... Uterque autem sermo, scilicet sapientiae et scientiae, per Spiritum Sanctum datus est Augustino » (V, 572). Seraphicus Doctor, vestigia premens S. AUGUSTINI, viam scientiae ARISTOTELIS transcendit et errores corrigens PLATONIS, eiusdem tamen viam sapientiae cum AUGUSTINO ingressus est firmiter. Elementa concreta et particularia influxus PLATONIS ab A. non examinantur.

Notamus hic dissertationem an. 1954 apud Fac. Philos. Universitatis friburgensis (Br.) defensam: NYSSEN Wilhelm, *Die geschichtliche Denkstruktur Bonaventuras im Prologe zum Hexaëmeron mit Rücksicht auf die Prologe der Hauptwerke und die Beziehung zu Pseudo-Dionysius*. In-4°, XVIII-142 pp., hectographatum.
S. St. A.

1597. - ZIGROSSI Antonio, C.SS.R., *Saggio sul Neoplatonismo di S. Bonaventura. Il concetto di unità e la struttura del reale come problema teologico.* (Biblioteca di Studi Francescani, 4). Firenze, Edizioni « Studi Francescani » S. Francesco, 1954. 25 cm., XX-122 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 86-88.

1598. - VALDERRAMA ANDRADE Carlos, *Crítica bonaventuriana a la tradición filosófica del paganismo,* in *Bolívar* 21-25(1953) 751-786.

Exponitur quasnam observationes criticas exemplarismus christianus S. BONAVENTURAE apposuerit philosophiae PLATONIS et ARISTOTELIS circa praecipua problemata vitae ac spiritus (sapientiam acquirendam, Deum, causam mundi). S. St. A.

1599. - PADOVANI Umberto A., *Agostinismo bonaventuriano e agostinismo tomistico,* in *Stud.Patav.* 1(1954) 85-98.

Generaliore modo comparatio instituitur inter augustinismum S. BONAVENTURAE et S. THOMAE. Ambo quidem discipuli S. AUGUSTINI dici possunt, sed: « L'espressione classica, consapevole e compiuta dell'agostinismo medievale è certamente Bonaventura da Bagnorea » (p.88). Peculiaris nota augustinismi bonaventuriani iuxta A. invenitur « nella teorizzazione sistematica dello spirito affettivo e mistico francescano mediante l'agostinismo tradizionale » (89). S. St. A.

1600. - DETTLOFF Werner, O.F.M., « *Cur Divus Thomas* », in *Wiss. Weish.* 18(1955) 64-71.

Occasionem arripiens libri ab A. HAYEN, S.J., editi (*Saint Thomas d'Aquin et la vie de l'Église,* Paris/Louvain 1952; germanice: *Der hl. Thomas von Aquin gestern und heute,* Frankfurt a. M. 1954), in quo partes S. THOMAE iniuste extolluntur idque aperto damno aliorum magistrorum, praesertim S. BONAVENTURAE, A. pretiosam texit commentationem ad doctrinam THOMAE ac BONAVENTURAE de theologiae et philosophiae coniunctione verius aequiusque statuendam. Primum enim nonnulla corrigit asserta HAYEN de obiecto theologiae secundum S. THOMAM, deinde vero falsam imaginem BONAVENTURAE, quem HAYEN dimidiatum aristotelicum atque thomistam effingit (die vollkommenste Treue zu Bonaventura liegt darin... Thomist zu sein), emendat, ei opponens genuinam Seraphici Doctoris sententiam de philosophia ac theologia. Hae adnotationes valida continent elementa ad subruendam interpretationem quam F. VAN STEENBERGHEN saepius de S. BONAVENTURA proposuit (cf. *supra* n.661). S. St. A.

1601. - VALDERRAMA ANDRADE Carlos, *Sentido de la filosofía a la luz del ejemplarismo bonaventuriano,* in *Bolívar* 16-20(1953) 963-972.

Exemplarismo bonaventuriano permotus A. genuinum conceptum philosophiae illustrare conatur. Veritas enim non attingitur sterili quodam conceptualismo sed ad mentem Seraphici Doctoris *sursumactione,* quae semper fuit perfecta exemplarismi christiani forma. S. St. A.

1602. - GADDI Alessandro, *Il carattere pedagogico-mistico della filosofia di S. Bonaventura*, in *Doct.Seraph.* 3(1956) 3-19.

1603. - Idem, *Umanità e Umanesimo nella filosofia di S. Bonaventura*, in *Doct.Seraph.* 4(1957) 5-22.

Cf. *Coll.Franc.* 29(1959) 532s.

1604. - MORETTI-COSTANZI Teodorico, *L'attualità della filosofia mistica di San Bonaventura*. Assisi, Convento San Damiano, 1956. 24 cm., 35 pp.

Prolusione hac, die 25 apr. 1956 in *Sala Francescana di Cultura* coenobii S. Damiani Assisii lecta, Auctor, Universitatis Bononiensis professor, naturam vimque perennem philosophiae mysticae franciscanae in genere et bonaventurianae in specie delibat.

Cum opusculum nobis transmissum non sit, hic descriptionem accuratam e *Rev.Esp.* 17(1958) 110 desumere iuvat. - Haec fere capita tractantur: 1) sapientia tamquam investigationis philosophicae franciscalis fructus (p.5-8); 2) experientiae mysticae franciscanae indoles « antignoseologica » (9-14); 3) *mentis*, sensu augustiniano intellectae, expressio concreta « ultragnoseologica » necnon *rationis* gradus (15-18); *intellectus* philosophicus eiusque habitudo ad scientiam (19-22); censura critica de nimio philosophiae cultu ac doctrina *status* (23-26); argumentum S. ANSELMI de Dei exsistentia (27-30); 7) munus mundi in spatio experiendo (30-32). Adnectitur conclusio (33-35). - Auctor admirationem suam erga Seraphicum Doctorem minime occultat, immo in ea pandenda non semel aequitatis mensuram egreditur (cf. *Aevum* 30[1956] 575s). Quo non obstante agitur de laudando conamine occursum inter doctrinam Scholasticorum et philosophorum modernorum instituendi (cf. *Città di Vita* 12[1957] 744).

Innui hic insuper possunt: LAMONTAGNE Onésime, O.F.M., *La sagesse de saint Bonaventure*, in *Le Souvenir*, édition spéciale (1954) 5-11; COLLINS William, O.F.M., *Meditation on the Itinerarium mentis in Deum*, in *Studium* 10(1957) 199-207; CASTELLI Enrico, *Les présupposés d'une théologie de l'histoire*. Préface de H. GOUHIER. Paris, J. Vrin, 1954. 23 cm., 190 pp. (cf. de argumento bonaventuriano ea quae circa editionem italicam scripta fuerunt in *Bibliog.Franc.* X, n.1068). O. R.

1605. - SZABÓ Titus, O.F.M., *De SS. Trinitate in creaturis refulgente doctrina S. Bonaventurae*. (Bibliotheca Academiae Catholicae Hungaricae, moderante P. Innocentio DÁM, O.F.M. Sectio philosophico-theologica, 1). Romae, Orbis Catholicus-Herder, 1955. 25,5 cm., 209 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 435-436; cf. praeterea: *Étud.Franc.* 7(1956) 229-230; *Misc.Franc.* 56(1956) 495-496; *Cienc.Fe* 12(1956) 120-123; *Salm.* 3(1956) 282-283.

1606. - FORSTER Karl, *Liber vitae bei Bonaventura. Ein begriffsgeschichtlicher Aufriß*, in *Theologie in Geschichte und Gegenwart*, München 1957, 397-414.

Auctor conceptum bonaventurianum *Libri vitae* luce historiae theologiae dilucidare intendit. Determinatur siquidem 1) sensus locutionis inde a S. Litteris usque ad *Summam Halesianam* (397-403); 2) in Seraphici *IV Sent.* (dist. 43, a.2) necnon in opusculo *Lignum vitae* (fructus 12, n.46; 403-405); 3) in eiusdem *De mysterio Trinitatis* (q.1, a.2; 405-

408); 4) S. BONAVENTURAE explanatio cum sensu doctorum anteriorum comparatur ac theologice diiudicatur (409-414).

Textus biblici triplex continent elementum: regnum eschatologicum, momentum christologicum (Agnum), praedestinationem christifidelium. S. Doctor in *IV Sent.* applicationem ad solam humanitatem Christi, prout eam exclusive propugnaverat HUGO DE S. VICTORE, renuit sensumque trinitarium praefert, licet *Librum vitae* sensu appropriato Christo assignet. Aliter vero in loco *Ligni vitae* res se habet, ubi Sanctus Sapientiae munus intertrinitarium ac sotereologicum ad mentem S. AUGUSTINI vehementer urget. Quod demum locum quaestionis disputatae attinet, interpretatio bonaventuriana prospectum oeconomiae salutis adaperit, quatenus *Libro vitae* officium adscribat ad credibilitatem mysterii SS. Trinitatis ostendendam. Ob lumen rationis nimirum peccato originali obscuratum homo ad vestigia imaginemque Dei in creaturis detegenda impar exsistit. Nec sufficit pro hoc salutis statu mere obiectiva revelatio mysterii divini, at accedat oportet efficacia *Libri vitae*, quo tam lumen *inditum* (naturale) quam infusum (supernaturale) conferuntur. - Haec mentis S. BONAVENTURAE aestimatio subtili peritoque examine eminet (cf. quoque V. HEYNCK, O.F.M., in *Franz.Stud.* 42[1960] 371s), qua cum nunc compares W. RAUCH, [O.F.M.], *Das Buch Gottes. Eine systematische Untersuchung des Buchbegriffes bei Bonaventura* (Münchener Theol. Stud., II/20), München 1961. O. R.

1607. - LIBÉRAT DE ROULERS, O.F.M.Cap., *Le rôle du mot « habitus » dans la théologie bonaventurienne*, in *Coll.Franc.* 26(1956) 225-250. 337-372.

Usus et momentum theologicum examinatur vocis *habitus* saepissime apud S. BONAVENTURAM occurrentis. Auctor dissertationem suam generali ordini *Commentarii in libros Sententiarum* adaptavit, ita ut prima parte tractentur quaestiones ex *I* et *II Sent.* desumptae, quibus *habitus* refertur ad imaginem Ssmae Trinitatis in anima humana impressam, ad invisibilem Spiritus Sancti missionem, ad terminologiam theologicam de divinis nominibus explicandam; ad primam historiam mundi, ad imaginem *reformationis* animae humanae, et tandem ad problemata mali, liberi arbitrii, conscientiae et syndereseos dilucidanda. - In commentationis parte altera A. sensum *habitus* investigat in *III* et *IV Sent.*, et quidem quod ad christologiam attinet (etiam ad virtutes, dona et beatitudines), ad virtutes infusas infantium baptizatorum, ad characterem sacramentalem et ad ultimam beatitudinem. Tandem recapitulationem facit et conclusiones redigit circa diversa elementa quae conceptum *habitus* constituunt.

Haec dissertatio merito dici potest definitiva et absoluta. Omnes et singulos locos ubi vox *habitus* in operibus S. BONAVENTURAE invenitur (ca. 1250), A. consideravit et synthesim ex eis fecit. Ut autem elementum traditionale a contributo personali Seraphici Doctoris melius discerneret, continue sententias etiam aliorum magistrorum franciscalium adduxit, scil. ALEXANDRI HALENSIS, ODONIS RIGAUD, JOANNIS DE RUPELLA, EUSTACHII DE ARRAS, RICHARDI RUFI, GUALTERI DE BRUGGE, GUILELMI DE LA MARE, MATTHAEI DE ACQUASPARTA, JOANNIS DE PECHAM. Quos omnes fere in codicibus manuscriptis adiit. Retinenda est accurata descriptio habitus creati ab A. proposito: « l'habitus créé au sens stricte est une qualité spirituelle et stable, qui dans l'ordre ontologique perfectionne l'âme à travers ses puissances et qui leur donne une habilité pour poser l'acte psychologique auquel il est ordonné et auquel il peut être continuellement uni, tout en demeurant distinct » (p.372). S. St. A.

1608. - FELICIANO DE VENTOSA, O.F.M.Cap., *La metafísica del bien en la Teología de San Buenaventura*, in *Nat.Grac.* 1(1954) 7-38.

Fusa hac elucubratione A. inquirere intendit in munus prorsus primarium *boni* in synthesi theologico-trinitaria S. BONAVENTURAE.

Statu quaestionis prolixe definito (7-10), A. prima parte problematis historiam praeviam inde a philosophia graeca delineat (10-23). Dum ANAXAGORA incipiente et ARISTOTELE summopere perficiente intellectualismus campum philosophiae invadit, cum SOCRATE et PLATONE voluntarismus exoritur. Evolutionem idearum attente prosequens, A. momentum praecellens PSEUDO-DIONYSII merito extollit. Brevissime nonnisi alluditur ad influxum immediatum RICHARDI DE S. VICTORE et ALEXANDRI DE HALES in Seraphicum. - Parte altera problema tractandum aggreditur A. penes ipsum S. Doctorem (23-38). Quaeritur siquidem, utrum ad mentem Nostri *esse* vel *bonum* constitutivum *essentiae* Dei sit. Prout A. copiose adstruit, Seraphicus sub hoc respectu cum AQUINATE plane concordat: « Primum nomen Dei est esse » (23-27. 25). At quid opinione Sancti efformat constitutivum metaphysicum *naturae* seu principii operationis Dei? Auctor iure cum distinctione respondet: circa operationes *absolutas* (v.g. intelligere et velle divinum) S. BONAVENTURA iterum non aliud constitutivum ponit quam divinum *esse*. Quod vero operationes *relativas* attinet, et quidem tam ad intra seu notionales quam ad extra, Sanctus *bonum* earum ultimam rationem metaphysicam exsistere autumat. Quod A. pluribus textibus modo ad persuadendum omnino apto contra J.M. BISSEN, O.F.M., et M. OROMÍ, O.F.M., evincit. Commentationem idcirco rerum bonaventurianarum cultoribus libenter commendamus, etsi nobis videretur, quod probatio adhuc efficacior evasisset, si A. examen analyticum textuum Sancti secutus esset, quin v.g. a JOANNE A S. THOMA distinctionem mutuasset. Cf. etiam *infra* n.1646. O. R.

Philosophia

1609. - HADRIANUS A KRIZOVLJAN, O.F.M.Cap., *Philosophia S. Bonaventurae*. (Ad usum privatum). Romae, Collegium Internationale S. Laurentii a Brundusio O.F.M.Cap., 1956. 24 cm., 451 pp. (cyclostil.).

Omnia fere problemata philosophiam S. BONAVENTURAE spectantia hoc libro plane exponuntur. Peculiare tamen A. meritum est quod, praetermissis aliorum commentatorum elucubrationibus, ipsa opera Seraphici Doctoris unice perque attente adhibuit. Ita factum est ut ipsum BONAVENTURAM sententias suas philosophicas explanantem quodammodo audiamus. Quamvis A. librum suum ad usum privatum cyclostilo ediderit, utilitatis tamen causa lectoribus summam operis annuntiamus, vota interim facientes ut A. quantocius illud typis mandet divulgetque.

Post brevem vitam Seraphici Doctoris et elenchum operum ad philosophiam pertinentium (p.3-7), in primo capite tractatur *natura philosophiae bonaventurianae* (8-60: lucta contra aristotelismum independentem, pugna de Hexaemeron, augustinismus bonaventurianus, situatio philosophi in exordio speculationis, notio philosophiae, conceptus entis et obiectum metaphysicae, primatus entis increati, philosophia et theologia, postulata cognitionis scientificae, indoles propria speculationis bonaventurianae). Deinde A. aggreditur argumentum *de cognoscibilitate Dei* (70-131: praesupposita cognoscibilitatis Dei, cognoscibilitas et exsistentia Dei, viae ad Deum, attributa Dei, cognitio, potentia, voluntas Dei, radix volitionis). Tertio agitur *de natura contingenti eiusque principiis* (132-246: rerum origo et exsistentia, numerus et ordo in rebus, homo est finis omnium in universo, praesentia Dei in creaturis, participatio analogica transcendentalis eiusque consequentiae, problema mali, radix transcendentiae et contingentiae, principia intrinseca entis contingentis, pluralitas formarum, lucis natura et actio, principium individuationis, fundamenta realia cognitionis metaphysicae). Sequitur ut quarto capite exponatur *anima et eius activitas cognoscitiva* (246-336: naturae animae intellectivae, relatio inter animam et corpus, notio et proprietas personae, animae immortalitas, relatio inter animam et potentias, cognitio sensitiva, principia cognitionis intellectivae, processus cognitionis

universalis, cognitio obiecti concreti singularis, rationis superioris, primorum principiorum, concursus rationum aeternarum ad cognitionem). Ultimo seu quinto capite sermo est *de libero arbitrio et vita morali hominis* (337-442: natura voluntatis, notio, natura, imperfectio liberi arbitrii, libertas in necessitate immutabilitatis, caritatis natura, unitas obiecti, habitudo ad dilectionem sui ipsius, caritas ut vinculum perfectionis, beatitudo in Deo est finis voluntatis, subiectum et dictamen conscientiae, subiectum et actio synderesis, principia bonitatis moralis, intentio voluntatis, finis bonae voluntatis, ratio peccati et imputabilitatis, virtutes cardinales, lex aeterna, notio legis naturalis, concursus rationum aeternarum ad rectitudinem moralem). Conclusionis instar demum describitur *synthesis metaphysica bonaventuriana* (442-447). — Notamus quod in Facultate philosophica Pont. Athen. Antoniani de Urbe an. 1956 haec thesis ad Lauream defensa fuit: TONNA Ivo, O.F.M., *S. Bonaventurae doctrina de entis individuatione.* S. ST. A.

1610. - VALDERRAMA ANDRADE Carlos, *Apuntes para una metafísica de tipo ejemplarista,* in *Bolívar* 26-30(1954) 569-613.

Ad mentem S. BONAVENTURAE A. nonnullas profert considerationes quibus illustrare atque proponere intendit metaphysicam exemplaristicam. Huius rei ergo, argumenta exponit quae sequuntur: sensus et notio metaphysicae; esse eiusdemque modi, triplex exsistentia et proprietates; esse divinum seu infinitum et esse creatum seu relativum; notae constitutivae seu unitas, veritas, bonitas; quidditas, accidens, potentia, causa. Conclusionis instar lineamenta generalia metaphysicae exemplaristicae resumuntur. S. ST. A.

1611. - BERG L., *Die Analogielehre des hl. Bonaventura,* in *Studium Generale.* Zeitschrift für die Einheit der Wissenschaften im Zusammenhang ihrer Begriffsbildungen und Forschungsmethoden 8(1955) 662-670.

1612. - BRADY I., O.F.M., *In seipsa subsistere. An examination of St. Bonaventure's doctrine on the substantiality of the soul,* in *Progress in Philosophy. Philosophical Studies in Honor of Rev. Dr. Charles A. Hart.* Edited by James A. MCWILLIAMS, S.J., Milwaukee 1955, 141-152.

1613. - SCHELTENS G., [O.F.M.], *La preuve de l'existence de Dieu dans la philosophie néoscolastique. Sa méthode — sa structure,* in *Franc.Stud.* 14(1954) 293-309.

Historice et critice exponitur quomodo philosophi neoscholastici his 50 annis problema de fundamentali relatione mundi cum Deo demonstranda (seu de exsistentia Dei probanda) solvere conati sint. Examini critico subicitur traditionalis haec demonstratio: ens contingens est causatum, mundus est ens contingens, ergo mundus est causatus. Dum priores auctores plurimum disputabant de valore maioris, posteriores vero — duce praesertim J. MARÉCHAL, S.J. — agnoverunt totam argumenti vim esse in minore. Ipsa enim entia contingentia nobis revelant fontem suum transcendentem. Exsistentia Dei potius ex analysi ipsius entis contingentis — explicando — ostendatur, quam quod syllogistica demonstratione — ope principii universalis — probatur. Haec expositio historica et critica A. occasionem praebet ut conclusionis in-

star (p.306-309) commonstret quantum haec methodus recentior appropinquet sententiae S. BONAVENTURAE de illuminatione, cognitione certitudinali et cognitione in rationibus aeternis. Vide etiam F.A. MEEHAN, *Professor Scheltens and the proof of God's existence*, in *Progress in Philosophy. Philosophical Studies in Honor of C.A. Hart*, Milwaukee 1955, 91-110. S. ST. A.

1614. - ISAAC DE VAÑES, O.F.M.Cap., *El « Iluminismo » bonaventuriano como fundamento de una Teodicea*, in *Reflejos* 15(1955) 29-48.

Praemissis conditionibus quae iuxta S. BONAVENTURAM ad veram cognitionem scientificam requiruntur, scil. immutabilitas ex parte obiecti, infallibilitas ex parte subiecti et adaequatio subiecti cum obiecto, A. ostendit doctrinam Seraphici Doctoris de illuminatione his requisitis melius respondere, tum in quaestione de *exsistentia* Dei cognoscenda quum in problemate de divina *natura* eiusque proprietatibus per diversos gradus explicandis. Postremo solvuntur difficultates quas A. AMOR RUIBAL contro sententiam bonaventurianam protulit. S. ST. A.

1615. - SÁNCHEZ-MARÍN Faustino G., *La razón del entender según San Buenaventura*, in *Verd.Vida* 11(1953) 213-226.

Ad mentem S. BONAVENTURAE, praesertim in sermone universitario *Christus, unus omnium magister* expressam, exponitur quomodo fundetur cognitio nostra certitudinalis, seu quae sit ratio intelligendi hominibus. Auctor itaque apte commentatur illud Seraphici Doctoris quod « ad cognitionem scientialem necessario requiritur veritas immutabilis ex parte scibilis, et certitudo infallibilis ex parte scientis » (V, 568, n.6), Quae veritas et certitudo non nisi in Christo, Verbo divino, firmatur. S. ST. A.

1616. - NOVATUS [VAN ZEVENBERGEN, O.F.M.Cap.], *Christus, leraar*, in *Franc.Leven* 40(1957) 84-88. 139-148; 41(1958) 33-47.

Ad mentem S. BONAVENTURAE plane perspicueque exponitur quomodo Christus se nobis in scientiis revelet ut Veritatem. Primum considerans quomodo res creatae per Verbum Veritatis a Patre procedant et deinde quomomodo per Verbum ad Patrem redeant, A. diversa attingit problemata doctrinalia Seraphici Doctoris: rationes aeternas, cognitionem in genere, cognitionem certitudinalem. Postremum aliquas illustrat conditiones quae iuxta S. BONAVENTURAM sunt necessariae ut quis ad Veritatem recte perfecteque perveniat: crux Christi acceptetur, scientiae inserviant sapientiae, fidei fundamentum omnem cognitionem fulciat. Conclusionis instar reductio artium scientiarumque ad theologiam describitur. S. ST. A.

1617. - VALDERRAMA ANDRADE Carlos, *Apuntes para una gnoseología del tipo ejemplarista*, in *Bolívar* 36-40(1955) 447-491.

Determinatis breviter expressionibus, notionibus, realitatibus deinceps adhibendis, A. per tria capita ad mentem S. BONAVENTURAE expo-

nere intendit gnoseologiam exemplaristicam. Primum quidem examinat processum intellectualis cognitionis ad notiones relatum fundamentales veritatis, certitudinis, scientiae, ideae, rationis, intellectus, mentis, erroris. Deinde possibilitatem considerat cognitionis certitudinalis, dicens de illuminatione seu de veritate attingenda in rationibus exemplaribus aeternis. Postremum agitur de sapientia seu de totius processus speculativi consummatione in pergustando quodammodo Absoluti plenitudinem. S. St. A.

1618. - Scheltens G., *De metaphysische grondslag van de kennis bij S. Bonaventura. Het probleem van de « cognitio certitudinalis »*, in *Tschr.Phil.* 16(1954) 579-602.

Ex *Quaestionibus disputatis De scientia Christi* A. celebrem quaestionem IV (Utrum quidquid certitudinaliter cognoscitur a nobis, cognoscatur in ipsis rationibus aeternis) breviter exponere eiusdemque verum sensum aperire intendit. Re enim vera huius quaestionis problema centrale non est aliud quam ipsum problema *entis*, quod fundamentum metaphysicum constituit cognitionis.

Plane limpideque ipsum problema et ratio problematis ab A. proponuntur et deinde solutio eius enucleatur. Reiecta Platonis sententia et theoria abstractionis Aristotelis repulsa, S. Bonaventura propriam doctrinam adducit quod scil. ad certitudinalem cognitionem necessario requiritur ratio aeterna ut regulans et ratio motiva, non quidem ut sola et in suo omnimoda claritate, sed cum ratione creata, et ut ex parte a nobis conspecta secundum statum viae. Magna cum cura peritus A. explicat quid sit *attingere rationes aeternas*. Vere attingitur *ipsa ratio aeterna* seu *ipse Deus;* attingitur autem *in ordine cognitionis;* Ipse cognoscitur, *non* quidem *in seipso*, sed *in* et *cum* ratione creata per quam Deus transpicitur; in cognitione ergo certitudinali Dei notitia est in aenigmate, non clara nec plena nec distincta; attingitur Ipse in quantum est fundamentum immutabilitatis rei scibilis; attingitur exemplar in exemplato. Recte etiam inculcat A. quod ille cum Deo contactus nullam nobis praebet *materiam* cognitionis, sed tantum stabilitatem eius fundat. Habet ergo potius momentum formale, dum experientia affert iudiciorum materiam. Patet quod ex hac doctrina Seraphici Doctoris facile repetitur via ad exsistentiam Dei probandam. S. St. A.

1619. - Scheltens G., *De Bonaventuriaanse illuminatieleer*, in *Tschr.Phil.* 17(1955) 383-408.

In theoria cognitionis S. Bonaventurae cognitio Dei habet locum omnino principalem. Dicitur *innata* et *constitutiva* spiritus, cuius etiam *primum cognitum* est Deus. Haec innata Dei notitia est cognitio *exsistentialis*, non aliquam ideam respiciens sed exsistentiam Entis infiniti. Diversos adspectus et genuinum sensum huius cognitionis primordialis A. perite clareque determinat. Momentum quoque ostendit talis cognitionis pro vita nostra cognoscitiva. Haec dissertatio quae intime coniungitur cum alia *supra* n. 1618 recensita, inter meliores commentarios illuminationis doctrinam bonaventurianam explanantes numeranda est. S. St. A.

1620. - Jean de Dieu [de Champsecret], O.F.M.Cap., *L'intuition sans concept et la théorie bonaventurienne de la contemplation*, in *Ét. Franc.* 7(1956) 63-74. 133-154.

Cum versionem suam gallicam tractatus S. BONAVENTURAE *De triplici via* iterum edendam curaret, A. non praetermisit locum denuo tractandi quaestionem de natura contemplationis bonaventurianae (cf. *Coll.Franc.* 27[1957] 215s). Paucis immutatis, hac disquisitione redduntur ea quae in introductione laudati operis acute exposuerat, scil. contemplationem ex se esse intuitionem, sine conceptu, praesentiae Dei seu contuitionem Dei.

Hanc quaestionem A. primum disputaverat tribus dissertationibus parum notis: *L'intuition sans concept et la théorie bonaventurienne de la connaissance*, in *Mercure de France* 294(1939) 519-536; *L'intuition sans concept et la théorie bonaventurienne du concept, ibid.* 296(1940) 5-25; *Les exigences idéalistes et la théorie bonaventurienne de la certitude*, in *Rev.Phil.Fr.Étr.* 132(1942-1943) 49-80. Subtili penetratione A. doctrinam Seraphici Doctoris examinat, dicens de intuitione, de contuitione seu perceptione intuitiva, globali, sine analysi contenti, de contuitione libera, expedita, ab omni conceptu vacua, de experientia amoris. Non dubitamus quin genuinam BONAVENTURAE sententiam attingat, quae non solum in rebus mysticis sed etiam in metaphysica cognitionis summi est momenti. S. ST. A.

1621. - JEAN DE DIEU DE CHAMPSECRET, *L'intuition de la présence et la théorie bonaventurienne de la formation du concept*, in *Ét.Franc.* 8(1957) 21-32.

1622. - Idem, *Intuition sans concept, expérience religieuse et formation du concept*, in *Ét.Franc.* 9(1958) 35-56.

His disquisitionibus A. iterum ex omni parte illustrare conatur doctrinam bonaventurianam de intuitione (cf. *supra* n. 1620). Intuitio ab A. intelligitur prima illa apprehensio obiecti concreti praesentis, in qua totus homo, sensus et intellectus, sensibilitas et voluntas implicatur; ipsa praecedit atque praeparat formationem conceptuum abstractorum, quorum fulcit valorem; experientia religiosa praesentiae Dei vere non est aliud quam intuitio sine conceptu. S. ST. A.

1623. - SCIAMANNINI Raniero, O.F.M.Conv., *La contuizione bonaventuriana*, Firenze. Editrice « Città di Vita », 1957. 24 cm., 121 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 29(1959) 110-112; cf. etiam L. IAMMARRONE, O.F.M.Conv., in *Misc.Franc.* 58(1958) 36-42; *Arch.Franc. Hist.* 51(1958) 478-480; *Giornale di Metafisica* 13(1958) 259-263; 15 (1960) 111-112; *Sapienza* 10(1957) 502-505. - Commentatio praelaudata extractum constituit dissertationis, quam A. in Pontificia Facultate Theologica S. Bonaventurae O.F.M.Conv. Romae exaravit et defendit. Opus prodiit quoque cum conspectu totius elucubrationis: Firenze 1957. 24 cm., 123 pp. O. R.

1624. - MUZIO Giuseppe, *La doctrine scolastique de la « lumière » dans l'interprétation d'Antonio Rosmini*, in *Rev.Sc.Rel.* 29(1955) 373-380.

Ut melius intelligatur doctrina cognitionis A. ROSMINI, A. festino gradu percurrit scholasticam doctrinam de illuminatione, ad mentem SS. BONAVENTURAE et THOMAE breviter dicens de exemplarismo, de

influxu luminis divini in intellectum exercito, de illuminatione immediata et transcendentia Dei, de natura et operatione lucis. - Vide etiam BONAFEDE Giulio, *Rosmini e la Scolastica*, in *Italia Franc.* 30(1955) 201-211. 273-290. S. ST. A.

16225. - BARGELLINI Piero, *Papini e S. Bonaventura*, in *Doct.Seraph.* 4(1957) 47-49.

J. PAPINI, qui, dum T.O.F. nomen dedit, Bonaventura appellari voluit, Seraphici Doctoris doctrinam quoad intuitionem secutus est, uti abunde constat ex quibusvis eiusdem scriptis ac praesertim ex epistola theologis destinata in *Lettere agli uomini di papa Celestino VI*, Firenze 1946. M. A.

1626. - MULLIGAN R.W., S.J., Portio Superior *and* Portio Inferior Rationis *in the Writings of St. Bonaventure*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 332-349.

Ex multis variatisque fontibus auctores mediaevales doctrinam sumpserunt de portione superiore et portione inferiore rationis (cf. etiam *supra* n.705). S. BONAVENTURA eam praesertim ex AUGUSTINO (*De Trinitate*, XII, 2) recepit, sed etiam alii rivuli (neoplatonici, arabici, augustiniani) eam ad saec. XIII perduxerunt et nonnumquam in terminologia Seraphici Doctoris apparent (duplex adspectus animae, sapientia quae est desursum et alia quae est deorsum, oculus sive acies mentis, acies intellectus possibilis, facies animae, supremum animae).

Ipsa doctrina a S. BONAVENTURA primum abunde exponitur in *Comm. in Sent.*, ubi tractat quaestionem: utrum superior et inferior portio potentiarum sint diversae potentiae (II *Sent.*, d.24, p.1, a.2, q.2), et utrum in superiore portione rationis possit esse veniale peccatum (II *Sent.*, d.24, p.2, a.1, q.2). Etiam occurrit in quaestione de synderesi, quae a portione superiore rationis est distinguenda (II *Sent.*, d.39, a.2, q.1) et in theoria de scientia et sapientia (II *Sent.*, d.30, a.1, q.1; III *Sent.*, d.35, a.1, q.1-2). In gravissima quaestione disputata *De scientia Christi*, IV: « utrum quidquid a nobis certitudinaliter cognoscitur, cognoscatur in ipsis rationibus aeternis », iterum redit memorata doctrina. Sed satis notandum est quod ea in posterioribus operibus S. BONAVENTURAE paulatim desinit adhiberi, etiamsi argumenta tractata e.g. in *De triplici via* et *Soliloquio* maximam praeberent eiusdem disputandae opportunitatem. Theoria de portione superiore et inferiore rationis a S. BONAVENTURA non tanti videtur aestimari, ut eam etiam extra academicum ambitum parisiensem — ubi doctrina communis erat — retinendam esse putaverit. S. ST. A.

1627. - SALA Gervasio, O.F.M., *Il concetto di sinderesi in S. Bonaventura*, in *Stud.Franc.* 54(1957) 3-11.

Sententiae S. THOMAE de synderesi expositae (p.5-7) opponitur doctrina S. BONAVENTURAE de eodem argumento (7-11), quatenus invenitur in *II Sent.*, d.39, a.2, q.1-3. De hac re autem potius vide peritissimam tractationem in O. LOTTIN, O.S.B., *Psychologie et Morale aux XII^e et XIII^e siècles*, II, Gembloux 1948, 103-349 (de S. BONAVENTURA praesertim p.203-210). S. ST. A.

1628. - PRENTICE Robert P., O.F.M., *The Psychology of Love According to St. Bonaventure.* (Franciscan Institute Publications. Philo-

sophy Series, 6). 2d Edition. St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1957. 23 cm., 156 pp.

Vide recensionem primae editionis in *Bibliog.Franc.* X, n.1044.

1629. - ACWORTH Richard, *Two studies of St. Augustine's thought. God and human knowledge in St. Augustine. - St. Augustine and the teleological argument for the immortality of the soul,* in *Downs.Rev.* 75(1957) 207-221.

Nostrae tanguntur res in commentariolo altero (p.215-221), quo A. opinionem E. GILSON ac F. BOYER de origine argumenti beatitudinis desiderii ad immortalitatem animae subsidiarie evinciendam proponit et examinat. Hoc siquidem argumentum qua tale non profluit e mente S. AUGUSTINI. S. BONAVENTURA vero in eo delibando elementa augustiniana ac aristotelica coniunxit. O. R.

1630. - PALGEN Rudolf, *Scoto Eriugena, Bonaventura e Dante,* in *Convivium* 25(1957) 1-8.

Ad duos fontes summi poematis DANTIS A. animos advertit, scil. opus *De divisione naturae* SCOTI ERIUGENAE et cosmologiam theologicam S. BONAVENTURAE. Argumenta cosmologica ab archipoeta in *Paradiso* praesertim expressa et secundum A. ex BONAVENTURAE operibus hausta haec numerantur: caelum empyreum seu caelum immobilis lucis ut vera sedes beatorum habetur; visio ordinis universi intelligitur ut participatio beatitudinis; vestigium Trinitatis in mundo idque male cognitum; mundus ut liber in quo Trinitas fabricatrix legitur; excessus mentalis et deificatio; Deus ut lux in rerum universitate. Itaque A. concludit poetam esse filium spiritualem S. BONAVENTURAE et *Paradiso* dicit effectum cuiusdam alchimiae poeticae, qua manuale religiosae contemplationis, scil. *Itinerarium mentis in Deum,* convertitur in personalem experientiam. S. ST. A.

1631. - YAMAMOTO Bonaventura, O.F.M., *De temporis habitudine ad creationem iuxta S. Bonaventuram.* (Pontificium Athenaeum Antonianum. Facultas Philosophica, Theses ad Lauream, 36). Roma 1956. Tokyo, [s.e.], 1957. 24 cm., VIII-122 pp.

Paucis praemissis de notione temporis in genere secundum maioris momenti philosophos, A. per tria capita rem suam exponit dicens primum de tempore in se ad mentem S. BONAVENTURAE (p.20-62), deinde de creatione prout dicit productionem rei in tempore (63-85), postea de impossibilitate mundi creandi ab aeterno (86-116). Conclusionem demum disponit et quaedam innuit de significatione temporis in generali exemplarismo Seraphici Doctoris (117-122).

In primo capite A. distinguit tempus a duratione et re durante necnon diversas species durationis examinat. Tempus ergo consideratur in mensura durationis entium corruptibilium et cum aeternitate et aeviternitate confertur. Deinde ipsius temporis essentiam aggrediens, de temporis definitione, divisione, partibus, unitate et multiplicitate necnon realitate agit. In altero capite mundus seu res mundanae describuntur ut effectae a principio causali, et quidem productae a non-esse

in esse per creationem. Mundus enim ex nihilo creatus est cum tempore. Sequitur ut in tertio capite, post conspectum historicum, tractetur quaestio de impossibilitate creationis mundi ab aeterno. Diversae rationes et argumenta S. BONAVENTURAE, tum ex ipso conceptu creationis quum ex principiis ARISTOTELIS sumptae, producuntur ad ostendendam absurditatem creationis ab aeterno. Quibus argumentis bonaventurianis A. assentit. — Doctrina S. BONAVENTURAE de tempore et creatione ad invicem relatis melius forsitan intelligi et clarius exponi potuisset, si A. condiciones historico-doctrinales sententiarum Seraphici Doctoris quodam modo ostendisset. Ex parte tantum haec lacuna suppletur dissertationibus A. MAIER (cf. *Bibliog. Franc.* X, n.500s), quas A. ignorare videtur. Ceterum, quaestio de tempore sane perdifficilis est et ulteriores investigationes requirit ut plane eius significatio in philosophia et theologia S. BONAVENTURAE clarescat. S. St. A.

1632. - HUFNAGEL Alfons, *Bonaventuras Person-Verständnis,* in *Theologie in Geschichte und Gegenwart,* München 1957, 843-860.

Dilucide subtiliterque exponitur, quid ad mentem S. BONAVENTURAE sit persona de ratione sua. Doctores scholastici ad hanc quaestionem respondere nisi sunt in doctrina de SS. Trinitate, de Angelis ac de unione hypostatica Verbi. Ut siquidem haec pergravia problemata aliqualiter solverent, in constitutivum personae inquirere coacti sunt (p.843-845).

Statu quaestionis aestimato, A. Seraphici Doctoris sensum determinare quaerit, illustrando eius habitudinem ad varias definitiones sive verbales sive reales doctorum anteriorum, praesertim BOETHII ac RICHARDI DE S. VICTORE (845-848). - Postea eiusdem doctrinam systematicam enucleat (848-854). - En duo exempla definitionum: « Suppositum distinctum proprietate ad dignitatem pertinente » (849), vel: « Individuum in notificatione personae triplicem importat distinctionem, videl. singularitatis, incommunicabilitatis et supereminentis dignitatis » (851). Auctor hic praeprimis in elucidanda dignitate personali immoratur. Constitutivum personae non est solum indolis moralis, at elementum ontologicum, suppositum essentialiter ac ultime complens. - Validitas definitionis bonaventurianae nunc diversis applicationibus suis spectatur (854-858). Assertum praecipuum magni ponderis ex hoc examine profluens est istud: conceptus personae proprie nonnisi divinis Personis competit, personae vero creatae hac dignitate supereminenti tantum analogice fruuntur. Quoniam ipsis dignitas personalis divinitus derivatur eo ipso Dei exsistunt similitudines. - Postremo definitio Seraphici cum ALEXANDRO DE HALES, S. ALBERTO M. et S. THOMA breviter confertur (859s). O. R.

1633. - HEALY Sr. Emma Thérèse, C.S.J., *Woman According to Saint Bonaventure.* Erie, Pennsylvania, Villa Maria College, 1956. 23,5 cm., X-275 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 334s.

1634. - BUCHER Theodorus, *Theologische Grundlegung der menschlichen Sozialanlage nach der Lehre des hl. Bonaventura.* Excerpta ex dissertatione ad Lauream in Facultate Theologica Pontificiae Universitatis Gregorianae [an. 1948]. Brixen, [Typis officinae Weger, 1956]. 24 cm., 44 pp.

Ope scriptorum speculativo-practicorum necnon ascetico-mysticorum S. BONAVENTURAE A. hac elucubratione in veritates inquirit, quibus sociologia et speciatim indoles socialis hominum primo et per se innituntur.

Prooemio mens religioso-doctrinalis Seraphici aestimatur ac thema arcte definitur (p.3-8). Pars prima et secunda dissertationis, quibus indoles socialis cum sententia bonaventuriana de persona et individuo dilucidatur, respective eiusdem fundamentum theologicum remotum in Deo trino eruitur, in hoc excerpto nonnisi paucis lineis evocantur (9). Econtra, sectio tertia, qua fundamentum theologicum proximum in societatibus creatis non mere humanis enucleatur, quinque capitibus instructa est: 1) communio Dei cum persona singulari; habitudo personae 2) ad communitatem totius universi creati; 3) ad communitatem angelorum; 4) ad communitatem Jerusalem caelestis; 5) communio falsa fictaque malorum (10-35). In epilogo pervestigatio in compendium revocatur simulque nexus cum sociologia moderna indicantur (36-42). En conclusio princeps: « Die erste und wesentliche Grundlage der Gemeinschaft ist somit der metaphysische Mitteilungsdrang der in sich reichen Person auf Grund ihres Zielcharakters » (36). Quo asserto non secus ac totius dissertationis structura pervestigatio H.J.-L. LEGOVICZ, O.F.M., *Essai sur la philosophie sociale du Docteur Séraphique*, Fribourg [1937] (cf. *Coll.Franc.* 10[1940] 399-405), corrigitur. Ipse siquidem philosophiam socialem bonaventurianam praecipue in ordine hierarchico fundavit. - Dolemus, quod A. dissertationem solide accurateque elaboratam non integram in lucem protulit. O. R.

1635. - NATALI Augusto, *Itinerari bonaventuriani.* I. *Dalla pena alla gioia del lavoro.* II. *Il lavoro mezzo perfettivo della persona umana.* III. *Il lavoro nel suo supremo valore.* IV. *Alle basi delle « Relazioni Umane »*, in *Italia Franc.* 30(1955) 137-145. 212-221. 329-340; 31(1956) 153-163. 221-233.

Commentariolum an. 1952 de S. BONAVENTURAE sententia circa operam humanam vulgatum (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1069), A. hac articulorum serie auget, quorum tituli argumenta tractata qua par est innuunt.

Auctoris methodus minime est historica, sed ascetico-practica. Selegit siquidem aliquas ideas, quas Sanctus in suis opusculis: *De reductione artium ad theologiam, Itinerarium mentis in Deum, De sex alis Seraphim* proposuit, easque cum condicione operariorum nostri aevi necnon cum doctrina sociali tum magisterii ecclesiastici tum scriptorum modernorum confert. O. R.

1636. - LUPO Valeria, *Il principe di San Bonaventura e il sogno imperiale dantesco*, in *La Fiera letteraria* 9(1954) 17.

A. putat quod DANTES ALIGHIERI, in effingenda sui Veltri figura (quo ipse indicaret CANGRANDEM DELLA SCALA), magistrum secutus fuisset, simul cum JOACHIMO DE FLORE, S. BONAVENTURAM de principis persona dicentem. M. A.

1637. - MEIER Ludger, O.F.M., *Der Geldbegriff des hl. Bonaventura*, in *Wiss.Weish.* 17(1954) 40-45.

Quoniam circa pecuniam plurimum vociferationis est, commentarii titulus sane statim lectorum acuit attentionem. Auctor siquidem hic pecuniae conceptum apud S. BONAVENTURAM paucis pervestigare intendit.

Aliquibus traditis notitiis de nummorum usu ac aestimatione saec. XIII luce operis *De regimine principum ad regem Cypri*, partim tantum S. THOMAE tribuendi, necnon de praevia nummorum pretii historia, A. statuit *Regulam bullatam* (c.4) Fratribus praecipiendo, « ut nullo modo *denarios* vel *pecuniam* recipiant », cuiusvis nummos, ob metallum signatum ipsum pretium exhibentes, exclusisse. Eo tempore

praeter plures *denarios* seu nummos argenteos (v.g. Bononienses, Pisanos, Senenses) aliae species habebantur (v.g. *mezza quartarola* Januensis, nummi aurei byzantini ac arabici), ideoque *Regula pecuniae* vocem adiungit (41s). - Quod ipsum Seraphicum attinet, in plerisque locis, ubi de pecuniae discrimine sermones instituit, continuo nummos metallicos prae oculis habet. Pecunia chartacea vero, quae alicuius pretii vices gerit, tunc penitus ignorabatur. Auctor desinit prudenter quaerendo, utrum fortassis *Regulae* praeceptum, cum nummos alterius prorsus generis respiciat, videl. suapte materia caros, ita ut qua pretium mansurum in thesauris cumulari valeant, nostris diebus diverse intellegi debeat. Ad quod L. HARDICK, O.F.M., amplissima commentatione nondum ad terminum deducta respondere sategit (*Franz.Stud.* 40 [1958] 193ss), de qua suo tempore referemus. O. R.

Theologia

1638. - BENNO [VAN BEERS], O.F.M.Cap. - OPTATUS [VAN VEGHEL], O.F.M.Cap., *Bonaventura, H.*, in *Theologisch Woordenboek* I (*supra* n.128), col. 626-636.

Conspectum utilem, licet brevem, texuere AA. de S. BONAVENTURAE doctrina et operibus theologicis necnon de sententia et opusculis mysticis.

BENNO in commentarioli parte prima prius perpauca de Seraphici vitae cursu praemittit. (Omittitur v.g. elucubratio G. ABATE, O.F.M.Conv.: cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.594). Enumeratis praecipuis operibus Sancti, theologiae bonaventurianae enarrat A. notas eminentes, videl. intentionem mysticam, adspectus psychologicos (v.g. momentum praestans donorum Spiritus Sancti), ingenium syntheticum, indolem christocentricam. Postea A. quasdam memorat doctrinas Nostro proprias (v.g. efficaciam sacramentorum), et eiusdem opusculorum mysticorum influxum in posteros aestimat. S. BONAVENTURAE theologiam sequelam Scholae proprie dictae non obtinuisse merito asseritur. - Quod commentariolum secundum de doctrina mystica spectat, cf. *supra* n.1574, ubi idem A. eandem rem uberius tractavit. O. R.

1639. - BEUMER Johannes, S.J., *Die Aufgabe der Vernunft in der Theologie des heiligen Bonaventura*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 129-149.

Quaestio de intimiore natura munereque theologiae viros peritos nostri temporis summopere detinet. Auctor problema dictum et historice et systematice pluries iam elucidavit (cf. v.g. *Bibliog.Franc.* X, n.1288). Commentatione praesenti A. vero mentem S. BONAVENTURAE circa locum rationis in indagatione theologica determinare nititur.

Conspectu elucubrationis et statu quaestionis praemissis, A. 1) textus Seraphici in variis operibus suis sparsos colligit attenteque examinat (p.130-137). Aestimantur puncta quae sequuntur: effata sensus generalioris; obiecti theologiae determinatio; indoles specifica assensus theologici; simultanea exsistentia fidei et scientiae; momentum rationis in experientia mystica. - 2) Examinis exitum A. luce historiae theologiae collustrat (137-144), quatenus in sententia bonaventuriana necessitudinem intimam tam cum augustinismo mediaevali quam cum Schola franciscana antiqua extollat. Nec tamen desunt elementa aristotelica, quae mediam Scholasticae aetatem clare annuntiant. Quamvis responsum a Sancto datum vehementer traditioni innitatur, tamen veri progressus indicia deteguntur. - 3) Magna serenitate tum defectus tum profectus positionis Nostri diiudicantur (144-149). Praestantia eiusdem conceptionis theologicae probatur e grandi posteriorum admiratione necnon ex ecclesiastici Magisterii laude. Accedunt tamen multiplices rationes internae, scil. theologia quae tota excrescit e radice fidei, quae nota religiosa ac supernaturali egregie insignitur quaeque formula tam felici « intelligibile in credibili » perapta est ad spiritum laboremque theologorum renovandos. Vix adiungendum erit, quod

lectionem gravis huius commentationis libentissime commendamus. — Quaedam de conclusione theologica ad mentem BONAVENTURAE et ALEXANDRI HALENSIS videsis apud BONNEFOY Jean-Fr., O.F.M., *Grandeur et décadence de la conclusion théologique*, in *Franc.Stud.* 17(1957) 126-148. O. R.

1640. - DETTLOFF Werner, O.F.M., « *Christus tenens medium in omnibus* ». *Sinn und Funktion der Theologie bei Bonaventura*, in *Wiss. Weish.* 20(1957) 28-42. 120-140.

Indolem franciscanam conceptionis theologicae S. BONAVENTURAE examinans, A. praesertim attendit ad naturam munusque theologiae, quae hierarchiam totius universi advertere satagit, necnon ad « Christum tenentem medium in omnibus ».

In elucubrationis egregiae parte priore A. exponit 1) munus theologiae in speculo detergendo creaturarum Dei imaginem reddentium (p.29-33). Dilucidatur nimirum indoles symbolica rerum universitatis necnon imago Dei ob Protoparentum lapsum obscurata ac fide christifidelium purificanda; notio quoque accurata datur vocum *umbrae, vestigii, imaginis, similitudinis*. - 2) Scriptura tamquam fons omnino praecipuus cognitionis theologicae exhibetur (33-42). Cuius praestantia quoad ceteros fontes secundarios, i.e. *originalia Sanctorum* (Patres), sententias magistrorum, libros doctrinarum mundanarum sive philosophorum, singulatim ostenditur. Idcirco progressus theologicus non est nisi profundior intellectus S. Scripturae. Seraphicus Doctor in opere *Collationes in Hexaemeron* theologiae cultoribus consilia — etiam, immo praesertim nostris diebus — valde utilia impertit. Iudicium vero satis severum de pervestigatione philosophica expressum perpendendum est luce eiusdem positionis theologicae (« ... non est scientia ad dandam remissionem peccatorum » (*Op.om.* V, 421*a*). - Parte altera momentum praecelsum Jesu Christi quod cognitionem theologicam spectat extollitur, et quidem 1) quatenus Ipse eiusdem sit tum medium tum Mediator (120-133). Christus non est solum ianua introducens in S. Scripturae intellectum, sed est etiam medium contemplationis qua Verbum increatum, Verbum incarnatum, Verbum inspiratum. Locus praecellens Verbi humanati, qua medium ac Mediator, speciali modo delibatur non secus ac testimonium Dei trini pro Christo Mediatore. Postremo habitudo christifidelium erga Christum Mediatorem et Magistrum principalem enarratur. - 2) Robur sanans ac manifestans crucis ad mentem S. BONAVENTURAE praedicatur (134-138). Superbia hominis lapsi enim obstaculum potissimum obicit, quominus Deum in creaturis splendere advertamus. Crux proinde est liber divinae sapientiae in qua attente fructuoseque legamus oportet, ut fidei salutifera mysteria ibidem patefacta cognoscamus. Seraphici doctrina theologica de hominum cognitione p.138s schematice ope *I. Coll. in Hexaem.*, n.11-38 (V, 331*a*-335*b*) dilucida claritate proponitur. Nihil ergo restat, nisi ut praeclaram hanc commentationem S. FRANCISCI et S. BONAVENTURAE discipulis legendam meditandamque commendemus. O. R.

1641. - TAVARD George H., A.A., *Transiency and permanence. The nature of Theology according to St. Bonaventure.* (Franciscan Institute Publications. Theology Series, 4). St. Bonaventure, N.Y., Franciscan Institute — Louvain, E. Nauwelaerts — Paderborn, F. Schöningh, 1954. 22,5 cm., VII-263 pp.

Auctor, qui inde a pluribus annis mentem Seraphici Doctoris pervestigavit (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.592. 619s; X, n.1034. 1060s), hic sui ingenii fructum maturum et omnino considerandum proponit. Consilium suum est nimirum S. BONAVENTURAE sententiam de natura theologiae dilucidare. Inquisitionis theologicae viam ac finem ad mentem Nostri his verbis perspicuis expressit: « From assent, via analogy, to

anagogy: in the last analysis, this ist the formula for theology » (p.258).

En lineamenta huius operis. Prius problema luce traditionis theologicae, scil. Patrum et Scholae franciscanae antiquioris, circumscribitur (1-28). — Parte prima (29-118), *tres libri* praenotata, aestimatur prius *liber Scripturae* (31-55), videl. praestantia Bibliae, fides eiusque ad S. Paginam nexus, sensuum ubertas ac varietas; dein *liber naturae* (56-79), i.e. cognitio, imago increata ac imagines creatae, sensuum et intellectus perceptio, illuminatio naturalis, libri naturae lectio; postea *liber animae* (80-102), scil. libri secundi ad tertium habitudo, facultates animae, ratio superior ac inferior; ratio, intellectus, intellegentia; anima qua Dei imago; veritatis natura; affectus seu *intellectus extenti* actus, facultas et natura; syndereseos munus; demum theologiae obiectum (103-118); scil. totum universale et quidem ipsum credibile prout transit in rationem intellegibilis, vel signorum rerumque sacramenta, vel Christus, totum integrale, vel Deus qua principium radicale. — Parte secunda, cui vox *Intellectualism* praeponitur (119-173) primo officium rationis in campo theologico determinatur (121-140). Ut de ceteris sileamus, hic methodus deductiva et quaestio subalternationis discutitur. Postea habitudo philosophiae ad theologiam pressius enucleatur (141-165). Hic v.g. Sancti diiudicatio critica investigationis philosophicae autonomae non secus ac indoles symbolica rerum creaturarum considerantur. Cf. speciatim p.163-165 problema tantopere discussum de aristotelismo Nostri. Tunc A. ipsam quaestionem solvendam aggreditur, utrum theologia sit scientia (166-173). Auctor mentem suam minime occultat: « ... the modern problem posited by the phrase, 'scientific status of theology' is, in the genuine background of medieval thought, a pseudo-problem » (p.173 adn. 18). — Pars tertia *sapientiae* notionem enucleare intendit (175-247). Explicantur siquidem: sapientia theologica (177-193), locus praestantissimus caritatis necnon speculationis ad actionem necessitudo. Tum delibatur eiusdem *argumentatio sapientialis*: auctoritates, convenientia, argumenta ex pietate (194-211). Deinceps illustratur S. Spiritus adsistentia ope donorum pietatis, scientiae, intellectus ac sapientiae (212-228). Capite ultimo, *transitus* inscripto (229-247), theologiae munus conducendi ad experientiam mysticam contemplationis explanatur. Theologiae conceptus ad epilogi instar cum idea AQUINATIS, doctoribus franciscalibus, J.D. SCOTO breviter confertur (251-258). Conferatur id, quod A. de quatuor notis specificis theologiae bonaventurianae dilucide disserit (252). Ad finem perveniens, A. accludit elenchum bibliographicum pro singulis capitibus subdivisum (259-262). Quemadmodum Seraphici Doctoris pervestigator peritus J. BEUMER, S.J. (*Schol.* 30[1955] 271s) expressit, A., priorum commentariorum monographicorum scite fructus carpens, elucubrationem validam subtilemque elaboravit. Id unicum cum censore praedicto dolemus, quod A. textus Seraphici nonnisi rarius latine exhibet atque modo satis generico adducit. O. R.

1642. - FELICIANUS A FLORIANA, O.F.M.Cap., *De natura theologiae ad mentem Sancti Bonaventurae S.R.E. Cardinalis et Doctoris.* Excerpta ex dissertatione ad Lauream in Facultate Theologica Pontificiae Universitatis Gregorianae. Marsa (Malta), [Capuchin Friary], 1956. 24 cm., 87 pp.

Dissertatione sua Auctor S. BONAVENTURAE sententiam circa theologiae naturam notasque exponere sibi proposuit.

En capitum tractatorum seriem: 1) natura theologiae aestimatur ope plurium Seraphici Doctoris definitionum (p. 15-19); 2) theologiae indolem tum artis tum scientiae sensu stricto A. vindicasse censet (21-35); 3) qualitates specificas scientiae theologicae Nostri, scil. indolem sapientialem, speculativam, practicam et affectivam necnon qualitatem habitus exponit (37-50); 4) methodus, subiectum obiectumque theologiae adumbrantur (51-81).

Vehementer dolemus, quod circa hoc confratris primum exercitium scientificum haud nimis blandum iudicium exprimere cogimur. Plurimis siquidem opus istud laborat defectibus momentosis. Etenim non solum desideratur quilibet prospectus

historico-geneticus doctrinarum Scholae franciscanae antiquioris et Scholasticae anterioris, in quarum siquidem ambitu tantum mens Sancti aeque recteque intellegitur, sed insuper studiorum innumerorum de hac re exaratorum fruges nullatenus in proprium lectorumque convertit usum, licet pauca in elencho bibliographico exhibeat (7-10). Denique textus crebro non e genuina Seraphici mente, at e sententia praeiudicata examinantur. Commentatio ista idcirco ad studiorum bonaventurianorum profectum parum confert, et antequam in lucem ederetur, funditus erat recognoscenda. O. R.

1643. - TAVARD Georges, *Le statut prospectif de la théologie bonaventurienne,* in *Rev.Ét.Aug.* 1(1955) 251-263.

Elucubrationis ratio desumitur ab indole prospectantis et ad superna se protendentis humanae cognitionis. Ea nimirum ad res altissimas se erigit, etsiamsi eas reapse attingere non valeat. Theologia bonaventuriana vero ex isto anhelitu affectivo-intellectuali ortum ducit.

Doctoris Seraphici mens tamen progressum subiit. Idcirco A. 1) in *Comm. IV. Sent.* inquirit (p.252-258). Assertum princeps, quod pervestigationis exitum feliciter reddit est istud: « Le mouvement théologique est donc essentiellement une contemplation du donné de la foi dans l'espérance d'y trouver Dieu par la médiation du Christ » (257). - 2) Notio theologiae in luce ceterorum ipsius scriptorum determinatur (258-261), quae verbis sententiosis sic resumitur: « La connaissance est essentiellement christique. Le Christ est le seul Médiateur dans le domaine de l'intellect comme dans les autres » (259). - 3) Theologia est — uti A. in epilogo ostendit (261-263) — simul retrorsum spectans, quatenus fide ac S. Scriptura nutriatur, ac prospectans, quatenus nonnisi in saeculo futuro compleatur. - Hisce caput 5 operis praelaudati (p.103-118; cf. *supra* n.1641), modo tamen ampliato et recognito, gallice offertur. O. R.

1644. - RATZINGER Joseph, *Der Einfluß des Bettelordensstreites auf die Entwicklung der Lehre vom päpstlichen Universalprimat, unter besonderer Berücksichtigung des heiligen Bonaventura,* in *Theologie in Geschichte und Gegenwart,* München 1957, 697-724.

Hac elucubratione revera insigni agitur de S. BONAVENTURAE praesertim doctrina circa primatum Romani Pontificis, quatenus vocem reddat contentioni inter clerum saecularem et Mendicantes tunc vigenti.

Prius thema aggrediendum clare determinatur; minime quippe intenditur primatus doctrina, at eiusdem expressio historica (p.697-699). Parte potiore utrumque elementum, videl. controversiae et primatus, ad invicem scite comparantur (699-721). Altercatio ortum duxit nec unice nec praecipue occasione magisterii a Mendicantibus in Universitate assumpti, sed — prout A. clarius eius decessoribus ostendit — causa curae animarum ab iisdem extra alicuius dioeceseos vel paroeciae terminos exercitae. Hoc enim ministerii genere et vita absolutae paupertatis verum discrimen imminebat structurae feudali ac episcopali. Professores e cleru saeculari idcirco veterem hierarchiae doctrinam acerrime vindicabant ac omne Summi Pontificis potestatis augmentum vehementer impugnabant. Nisu isto Gallicanismum nascentem praenuntiavere et non semel verae fidei limites praetergressi esse videntur (701-709). Contra difficultates, vitae rationi Mendicantium ac Summi Pontificis primatui obiectas, praeter THOMAM DE YORK, O.Min., praesertim S. BONAVENTURA scriptis insurrexit. Elucubrationibus quas hucusque hac de re alii edidere rite aestimatis, A. responsi bonaventuriani prius significat ansas concretas (709-714), ut dein doctrinae eius elementa praecipua delibet, quae sunt: *reductio* tamquam theologiae Seraphici de primatu clavis; nova hierarchiae interpretatio: Papa unus summusque Pontifex; potestatis papalis confinium intrinsecum: ipse siquidem munus supremum locumque praecipuum occupat, at *externe* tantum qua Christi Vicarius,

Christus vero est centrum medium etiam *interne;* examen doctrinae Sancti critico-theologicum: periculum advertitur, quod Papae locus Christi assignatur (papalismus); idea verum moderamen bonaventurianum attestans: Summus Pontifex Christum *externe* repraesentat (714-721). Ad epilogi fere instar reactio haeretica ad sententiam Seraphici Doctoris penes Spiritualium factionem paucis examinatur. Spirituales nimirum, quaedam germina falsi Joachismi impense evolventes, Summum Pontificem sibi infensum Antichristum vocare non sunt veriti. - Cf. ea quae V. HEYNCK, O.F.M., in *Franz.Stud.* 42(1960) 372s in laudem et complementum huius pervestigationis ingeniosae adnotavit. Praeterea hic recolere iuvat: CONGAR Yves M.-J., O.P., *Ecce constitui te super gentes et regna* (*Jér. 1, 10*) « *in Geschichte und Gegenwart* », in *Theol. in Gesch. und Gegenw., ibid.*, 671-696, praesertim p.687. 691s. O. R.

1645. - AUER Albert, O.S.B., *Gott suchen und finden. Augustinus-Bonaventura,* in *Bened.Monatschr.* 31(1955) 183-191.

Auctor S. BONAVENTURAM veluti S. AUGUSTINI fidelissimum sectatorem celebrat, eiusdem cogitationes exponendo de Deo trino, qui in anima fidelium inhabitat; de Deo summo ente ac simplici, qui « philosophia paupertatis » attingitur; de Deo mysteriorum, qui in caligine mentis percipitur. Cf. quoque *supra* n.302. O. R.

1646. - ALEJANDRO DE VILLALMONTE, O.F.M.Cap., *El argumento « ex caritate » en la doctrina trinitaria de San Buenaventura,* in *Rev. Esp.Teol.* 13(1953) 521-547.

Disquisitione hac momentum caritatis apud S. BONAVENTURAM ad exsistentiam trium Personarum in Deo theologice astruendam in luce historiae theologiae consideratur.

1) Historia argumenti ex amore ad processionem divinam admittendam inde a SS. Patribus usque ad tempus aureum Scholasticorum breviter enarratur (p.521-531). Immerito nimirum quidam asseruerunt RICHARDUM A S. VICTORE illius argumenti adinventorem fuisse. Duplex ratiocinii genus iam in aevo patristico reperitur, videl. argumentum e diffusione Summi Boni (forma metaphysica) vel ex amante, amore, amato (forma psychologica) sumptum. Dum conceptio psychologica, a S. AUGUSTINO admodum exculta, penes posteros nonnisi parce vigebat, conceptio metaphysica plurimos sequaces invenit: RICHARDUS, GUILELMUS DE AUXERRE, et praesertim *Summa Halesiana* (527-529). - 2) Argumentum e perfecta caritate apud Seraphicum frequenter et in omnibus operibus theologicis occurrit (531-544). Ita fere enuntiari potest: Cum Deus sit ens omnium perfectissimum non potest quin caritatem gradu infinito possideat. Atqui caritas in Deo pluralitatem, immo trinitatem exigit. Ergo... Praeter alia aestimantur notionis bonaventurianae caritatis indoles obiectivo-exstatica necnon notae liberalitatis, gratuitatis et communionis. Dum RICHARDI ratiocinium pluribus laborat defectibus, S. BONAVENTURA conceptioni amoris caritativi et dilectionis diffusivae fundamentum vere metaphysicum stravit. Clarius quam GUILELMUS ac *Summa* praelaudata siquidem duplicem processionem explicat, diffusionem per modum naturae et voluntatis distinguens, quin tamen systemati unitario ratiocinii sui noceatur. Argumentum e summa Dei beatitudine ac summa iucunditate derivatum praedicti constituunt complementum. - 3) Licet evolutio historica argumenti tractati nondum plene dignoscatur, A. tamen Seraphico meritum tribuit, quod idem clarius subtiliusque decessoribus elaboravit (544-547). O. R.

1647. - ALEJANDRO DE VILLALMONTE, O.F.M.Cap., *Influjo de los PP. Griegos en la doctrina trinitaria de San Buenaventura,* in *XIII Semana Española de Teología* (*14-19 sept. 1953*), Madrid 1954, 553-557.

Plures theologiae historiographi ut TH. DE RÉGNON (1892. 1898), A. STOHR (*Die Trinitätslehre des hl. Bonaventura,* Münster/Westf.

1923), M. SCHMAUS (cf. *Coll.Franc.* 2[1932] 128s) propugnavere S. BONAVENTURAM quoad doctrinam trinitariam influxum Patrum graecorum per PSEUDO-DIONYSIUM et RICHARDUM DE S. VICTORE subiisse eorumque modum peculiarem in mysterio ratione explicando satis fideliter reddere. Disceptationis huius propositum est eiusmodi assertum examini subiicere.

1) Quaeritur, utrum inter Patres graecos reapse theoria scientifica vera in mysterii explanatione reperiatur; utrum eiusmodi generis videndi RICHARDUS heres exstiterit; quousque VICTORIENSIS in Nostrum influxum exercuerit (p.557-560). - 2) Problema apud Seraphicum ipsum consideratur (560-563). Triplex conceptio trinitaria invenitur, nempe cosmologica, psychologica, ontologica, quam ultimam Schola franciscana in genere et Noster in specie coluere. - 3) Per varios gressus A. ostendit doctrinam bonaventurianam de processionibus trinitariis ad traditionem graecam minime quadrare (563-574), neve quoad adspectus gnoseologicos, neve quoad structuram intimiorem systematis trinitarii. - 4) Explicatur, cur varii scriptores affirmationem erroneam proposuerint (574-576). Dum nimirum nec quoad processiones nec quoad theologiam Primae Personae influxus Graecorum in Sanctum adfuisse demonstrari potest, vis PSEUDO-DIONYSII in ipsius aestimationibus ascetico-mysticis passim detegitur. O.R.

1648. - GREGORY FRANCIS SMUTKO [OF EAST CHICAGO], O.F.M. Cap., *St. Bonaventure and the Primacy of Christ*, in *Round Table Franc. Res.* 22(1957) 57-69.

Propositum Auctoris est determinare, utrum et quousque S. BONAVENTURA in primatu Christi docendo cum J.D. SCOTO concordet. Absoluti primatus conceptu definito, Seraphici doctrina circa Christum ut causam finalem universalem, necnon circa praedestinationem primariam exponitur. Postremo A. positionem Nostri accuratius aestimare satagit.

Cum iis quae A. satis dextere delibat, nunc conferri valet elucubratio N. SIMONELLI, O.F.M., (cf. *Coll.Franc.* 29[1959] 530-532. Innuimus quoque commentariolum sequentem: CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *St. Bonaventure leads to Christ*, in *Franc.Her. & For.* 33(1954) 166-170. O.R.

1649. - BOSCO Eugenio M., O.Carm., *La scienza umana del Cristo in San Tommaso e San Bonaventura. Divergenze e concordanze.* (Estratto dalla Tesi di Laurea). Pontificia Facoltà di Teologia « S. Luigi » a Posilippo. Napoli. « Tipomeccanica » Marra, 1954. 24,5 cm., IX-60 pp.

Ut S. THOMAE AQUINATIS et S. BONAVENTURAE doctrinam circa scientiam humanam Christi dilucidaret et ad invicem conferret, A. 1) introductionem historicam de nostro problemate valde rapidam praemisit (p.9-18); 2) historiam interpretationis opinionum Seraphici Doctoris texuit (19-24); 3) sententiam utriusque enucleavit (25-53).

In introductione historica e doctoribus franciscanis solus JOANNES DE RIPA, O.Min., ut RICHARDI A S. VICTORE assecla, recolitur (17). Quod historiam interpretationis attinet — haec pars aliquid novi afferre nobis videtur — praeter ceteros examinantur: GAUDENTIUS BONTEMPI A BRESCIA et BARTHOLOMAEUS BARBIERI A CASTELVETRO, uterque ex O.F.M.Cap. Inter recentiores opinio indagatur HIERONYMI DE PARISIIS, O.F.M.Cap., M. BITTREMIEUX, A. SÉPINSKI, O.F.M., (cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.599), cuius sapientem monitionem, ne utriusque doctoris mens nimio studio ad invicem adaequetur, A. nervose renuit (24). - In scientia humana ad mentem

duorum Scholasticae Principum exponenda hos sequitur gressus: duplex Christi scientia (27-30); visio beatifica (30-39); scientia infusa (39-49); scientia experimentalis (49-53). Ad modum epilogi concordia et diversitas doctrinarum compendiose, immo schematice exhibentur (55-60). Ad mentem Auctoris dissimilitudo doctrinalis inter utrumque nonnisi accidentalia attingit. Nobis videretur tale assertum veritatem magni momenti penitus praetermisisse. Etenim etsi duorum medii aevi scriptorum sensus quoad verba conveniat, tamen ob totum contextum doctrinalem profunde differri possunt. Quod in nostra quaestione eo magis obtigisse videtur, quod theoria humana cognitionis Doctoris Communis et Doctoris Seraphici prorsus alia est. O. R.

1650. - IAMMARRONE Luigi, O.F.M.Conv., *L'autocoscienza in Cristo secondo S. Bonaventura,* in *Misc.Franc.* 57(1957) 317-332.

Prima elucubrationis parte ad mentem S. BONAVENTURAE disseritur de unionis hypostaticae nexu cum intellectu humano Christi, et quidem quatenus cognitio Verbi ope sapientiae creatae seu luminis gloriae terminum constituat unionis. Eiusmodi visioni Christi comprehensoris in eiusdem anima minime responderi videtur perceptio per modum conscientiae stricte dictae, et quidem ob omnimodam divinae Personae transcendentiam metaphysicam (p.319-327). Quamvis ergo animae Christi desit conscientia Verbi qua subiecti hypostatici sui, tamen ipsa adesse videtur quoad condicionem unionis seu dependentiae hypostaticae, qua siquidem natura humana Verbo copulatur. Etenim unio praefata naturae assumptae non solum gnoseologice seu intentionaliter, sed etiam ontologice est immanens. Insuper intellectus eiusdem quoad perceptionem reflexivam supernaturaliter mire fuit elevatus atque auctus (327-331).

Aliae quaestiones cum unitate psychologica Christi connexae, puta to Ego Christi, in Bonaventurae operibus desiderantur. Etiam pro assertis supra adductis A. non semel ad mentem potius quam ad verba expressa Sancti recurrere cogitur. - Auctoris expositio eminet tam claritate quam subtilitate. Non semel interpretationem minus aequam, immo erroneam sensus nostri Doctoris penes P. PARENTE emendat (p.318. 322 adn. 19). Mirum dices, quod Sancti sententia circa problemata psychologica Christi, quantum sciamus, a nemine hucusque examinata fuit. Prout ipse A. humiliter profitetur, haec commentatio rem non absolvit, sed ad ulteriora studia peragenda viros peritos invitat. Conferatur nunc E. GUTWENGER, S.J., *Bewußtsein und Wissen Christi. Eine dogmatische Studie.* Innsbruck 1960. - Commentarium etiam seorsim prodiit: Rima 1957, 23 cm., 16 pp. O. R.

1651. - LOUIS DE MERCIN, O.F.M.Cap., *Du Médiateur aux médiations,* in *Étud.Franc.* n.s. 7(1956) 75-95.

Disquisitione ista A. suscipit momentum perenne S. BONAVENTURAE sententiae de loco prorsus eminenti Christi Mediatoris non solum in ambitu fidei, sed etiam in vasta scientiarum humanarum provincia in lucem proferre. Vim exemplarismi christocentrici, quem Seraphicus a S. AUGUSTINO praesertim hereditate accepit, A. hic lepide et profunde illustrat, opere praecipue innixus quod *Collationes in Hexaemeron* audit. Auctoris tamen intentio fertur minus in mentem Sancti historice indagandam quam potius in eius virtutem ad actuositatem scientificam nostris diebus religiose innovandam. In hoc adspectu delibando A. plura attentione perdigna, et quidem non semel sententioso orationis genere expressa, proponit.

Etenim homines nostri aevi, qui nimis in minimarum rerum studium incumbunt ideoque conspectum universorum saepenumero amittunt, contuitu ordinis et naturalis et supernaturalis indigent. Nunc vero, prout S. BONAVENTURA pulchre disserit: « Nihil potest facere res perfecte scibiles, nisi adsit Christus, Dei Filius et magister » (p.84). Sententiam omnino similem inter recentiores ipse M. BLONDEL conscripsit (94s). Auctor idcirco haud immerito asserit: « Chaque mission dans l'Église a sa raison d'être et sans contredit, c'est la gloire du thomisme de poursuivre avec tout les philosophes un dialogue formulé en termes de raisons nécessaires. Ne serait-ce pas la mission complémentaire de l'augustinisme et spécialement de l'école franciscaine de montrer le sceau de l'Incarnation dans l'univers? » (78). - Ad Auctoris positionem amplius firmandam, inter auctores qui postea scripserunt, inspici poterunt: N. SIMONELLI, O.F.M., necnon BONIFATIUS STRACK [A RAMSEN], O.F.M.Cap. (cf. *Coll.Franc.* 29[1959] 530-532 et 31[1961] 108-109). O. R.

1652. - CARR Aidan M., O.F.M.Conv., *Mary's sanctification according to St. Bonaventure*, in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 256-267.

Ad quaestionem respondere satagit A., quid S. BONAVENTURA senserit de sanctificatione B.M.V. in utero matris.

Quemadmodum A. sincere profitetur (p.257 adn. 4), commentatio ista large fulcitur J. BITTREMIEUX, *Le sentiment de S. Bonaventure sur l'Immaculée Conception de la sainte Vierge*, in *Étud.Franc.* 40(1928) 367-394. - Examinantur primo tres coniecturae a Seraphico expresse consideratae: 1) sanctificatio ante infusionem animae rationalis; 2) antequam contraheret peccatum originale; 3) post peccati contractionem, attamen ante nativitatem ex utero (257-260). Auctor indubia certitudine evincit Seraphicum docuisse Beatam Mariam in utero matris cito post peccati contractionem — proinde posterius tempore, non tantum natura — sanctificatam fuisse. - Postea innuuntur principia theologica, quibus Sanctus innixus, praefatis accuratissime examinatis coniecturis, privilegium Immaculatae Conceptonis renuit (260-266). Praeter alia, rationes gravis ponderis pro eo fuere: universalis humani generis redemptio per Christum ac passibilitas B.M.V. (cf. tamen *Bibliog.Franc.* IX, n.630). Licet circa cooperationem Dei Genitricis ad opus redemptorium satis explicitus sit, tamen ad privilegium intemeratae conceptionis agnoscendum non pervenit. Secundum Auctorem in magnum Sancti meritum cedit, quod piam sententiam attento examini subiecit. - Hic denique significari valet: FERNÁNDEZ Domiciano, C.M.F., *El misterio de la Inmaculada según los escolásticos Alejandro de Hales y San Buenaventura*, in *Ilustración del Clero* 47(1954) 184-192, qui in rationes utriusque responsi negativi inquirit, quemadmodum scimus a *Bibl.Hisp.* 12(1954) 321. Cf. etiam *supra* n.858-861. O. R.

1653. - CHIETTINI Emanuele, O.F.M., *La dottrina di San Bonaventura sull'Assunzione di Maria SS.ma.* (In Constitutionem Apostolicam « Munificentissimus Deus » commentarii, 12), in *Mar.* 16(1954) 1-21.

Hisce A. ostendere suscipit, quo maximo iure PIUS XII, corporeae B.M.V. in caelum assumptionis privilegium definiens, auctoritatem S. BONAVENTURAE attulit. Ad quem finem consequendum A. synthetice exhibet, quae Noster de praerogativa hac mariana docuit.

De sententia Seraphici Doctoris plures scriptores elucubrationes proposuere (cf. L. DI FONZO, O.F.M.Conv., necnon E. MAGRINI, O.F.M.: *Bibliog.Franc.* VI, n.2078; IX, n.630). - Prius ipsius privilegii varii adspectus ad mentem Sancti enarrantur (p.2-9), scil. mors indubia, corporis incorruptio, resurrectio, assumptio corporea. Ad quam evincendam Sanctus plures memoravit convenientiae rationes quae sunt: plena Virginis beatitudo caelestis, perfectio ipsius Ecclesiae triumphantis, maternitatis divinae dignitas. - Parte altera gloria Mariae assumptae in caelum delibatur (9-20), et quidem peculiaris splendor ipsius, ascensus ad superna, a tribus Personis divinis receptio, solemnis inthronizatio, regalitatis praerogativa, substan-

tialis accidentalisque beatitudo. Speciali modo rationes theologicae, quas Seraphicus ad adstruendam B.M.V. gloriam caelestem recolit, examinantur: ipsius praecelsae virtutes, plenitudo gratiae caritatisque, alterius Evae titulus, munus Mediatricis, divina maternitas. - Quod hanc synthesim dilucidam Auctoris attinet, id unum animadvertendum esse ducimus, quod pauciores loci e *Sermone VI de Assumptione B.V.M.* (*Op.om.* IX, 700*b*-706*b*) adducti, vim probativam amiserunt, postquam nuper J. BEUMER, S.J., in *Franz.Stud.* 42(1960) 1-26 demonstravit eumdem sermonem S. BONAVENTURAE attribui non posse. - Praeterea hic adhuc innuere iuvat: *La devozione del serafico S. Bonaventura verso la Vergine SS.*, in *Vita Min.* 25(1954) 89-92, quo Auctor anonymus cultum marianum Nostri tam e vita quam e scriptis ipsius paucis illustrat. Cf. denique CHIETTINI Emmanuel, O.F.M. - EPPLE Jogues, O.F.M., (Transl.), *The Assumption of the Blessed Virgin Mary according to Saint Bonaventure*, in *The Cord* 6(1956) 234-240, qui commentariolus versionem partialem elucubrationis praelaudatae constituere videtur; et insuper SULLIVAN Vincent de Paul, O.F.M. (Transl.), *A fountain in the house of the Lord* [*Sermo IV de assumptione B.M.V.*], *ibid.* 4(1954) 249-252; COLLIGAN Owen A., *Scripture reading with Saint Bonaventure* [*Sermo V de assumptione B.M.V.*], *ibid.* 5(1955) 251-254, versio anglica duorum sermonum S. BONAVENTURAE. O. R.

1654. - MANNING William J., *Thoughts from Saint Bonaventure about the Mother of God.* (Guild Pamphlets). Paterson, New Jersey, St. Anthony's Guild, [1955]. 15,5 cm., VII-36 pp.

En considerationes pias S. BONAVENTURAE de beatissima Virgine perdolente, de Sponsa Spiritus Sancti, de Regina caelesti.

Non raro textus immediate ex Seraphici Doctoris operibus — licet quandoque e spuriis desumantur (cf. p.35s) — vertuntur, saepius tamen eiusdem potius mens quam littera redditur. Aestimationes prius in *The Cord* prodierunt, et quidem hoc ordine: *Seeking Jesus with Mary. - Seeking the Holy Spirit with Mary. - Seeking our Father with Mary, ibid.* 4(1954) 102-109. 175-182. 237-241. - Idem A. pias meditationes de septem gaudiis ad mentem Doctoris Seraphici in lucem edidit: *The first joy: the Annunciation. - The second ioy: the Visitation. - The third joy: the Nativity. - The fourth joy: the adoration of the Magi. - The fifth joy: the finding of the Child Jesus in the Temple. - The sixth joy: the apparition of our Lord to his Mother after his Resurrection. - The seventh joy: the Assumption and Coronation, ibid.* 5(1955) 85-89. 216-221. 373-377. 21-27; n.10, oct., 246-250. 120-125. 246-251. - Considerationes devotas de B.M.V. perdolentis compassione cum Filio crucifixo ex operibus bonaventurianis extractas vulgavit: BRADY Ignatius, O.F.M. (Transl.), *Stabat Mater iuxta crucem. A meditation drawn from Saint Bonaventure, ibid.* 4(1954) 69-73. - Denique e scriptis plurium doctorum franciscalium, praesertim Seraphici, S. BERNARDINI SENENSIS, JACOPONI TUDERTINI, CAROLI DE MORAL, O.F.M. Obs., textus excerpuntur mediationis marianae praerogativam illustrantes: BRIDGES Geoffrey, O.F.M., *Mary's mediation in Franciscan tradition. - Co-redemptrix. - Mediatrix of all graces, ibid.*, 216-220. 299-303. 330-334. O. R.

1655. - BONNEFOY Jean-François, O.F.M., *Un sermon inédit de Saint Bonaventure sur la Royauté de Marie*, in *Marie.* La grande revue mariale du jour (Québec) 10(1956) mai-juin, 12-17.

1656. - BARIL Hippolyte, O.F.M., *La doctrine de saint Bonaventure sur l'institution des sacrements.* Montréal, Éditions Franciscaines, 1954. 26 cm., XII-80 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 316-317.

1657. - HEYNCK Valens, O.F.M., *Zur Bußlehre des hl. Bonaventura*, in *Franz.Stud.* 36(1954) 1-81.

Offertur cum ampla tum erudita pervestigatio de S. BONAVENTURAE doctrina circa sacramenti Paenitentiae naturam ac efficaciam, et quidem eo fine proposita, ut A. commentationem B. POSCHMANN (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1059) refutaret.

En elucubrationis praecipuos gressus: 1) disseritur de doctrina bonaventuriana circa potestatem peccata dimittendi (p.2-15). Quam ut securius intellegat, A. excursum praemittit de causalitate sacramentorum in genere. Adiungitur dein aestimatio circa efficiendi modum potestatis clavium penes Nostrum in specie. - 2) Dilucidatur, qualem gratiam Paenitentia ad mentem Sancti conferat (16-43). Mentem ipsius adaperire A. conatur, acute accurateque examinando *IV Sent.*, d.17, p.2, a.2, q.3, necnon d.18, p.1, a.2, q.1 (*Op.om.* IV, 446s. 472-474). - 3) Denique doctrina Seraphici cum mente theologorum anteriorum et coaevorum copiosissime comparatur (44-79). Attenduntur difficultates potiores, quae Scholasticae doctores priores ne ad perfectam solutionem pertingerent impedivere, scil. momentum praestantissimum contritionis perfectae, Paenitentiae usui praemittendae (44-49); convictio, quod solus Deus peccata dimittere possit (49-55); quaestio de indole sacramentali Paenitentiae (55-79). Hoc in loco doctrina GUILELMI DE MELITONA, O.Min., fuse exponitur, quippe cum penes Nostrum magnopere viguerit (63-70. 70-75). Hic insuper comparatio instituitur inter S. BONAVENTURAM et S. THOMAM DE AQUINO (75-79). Adiungitur summarium commentationis (79-81).

Seraphici Doctoris opiniones in ambitu sui aevi sunt diiudicandae. Cum PETRUS ABAELARDUS ac PETRUS LOMBARDUS momentum subiectivum in Paenitentia nimis urserint, posteriores theologi perarduo labore adspectum obiectivum elaborare debuerunt. Sanctus proinde, Paenitentiae indolem veri Novi Testamenti sacramenti vindicare satagens, actus paenitentis, et quidem non solum confessionem et satisfactionem, sed et contritionem adnumeravit materiae sacramenti, dum contrarie ac eius praedecessores statuit absolutionem sacerdotis, non vero operis satisfactorii impositionem, signi sacramentalis esse formam. Quod contritionem perfectam sacramento praehabendam attinet, Seraphicus quidem debitum paenitentis se interius disponendi pressit, at simul affirmavit eamdem, datis adiunctis, ipso sacramento compleri. Quem effectum tamen sacramentum non qua causa efficiens, sed *dispositive* attingit. Absolutionis necessitudo ad culpam sequenti modo determinatur: sacerdos formula absolutionis *deprecatoria*, modo dispositivo — et quidem ex opere operato —, a Deo dimissionem peccatorum impetrat; formula vero *indicativa* ad instar causae efficientis poenas temporales minuit ac reconciliationem cum Ecclesia operatur. In historia sacramenti Paenitentiae inde a LOMBARDO usque ad J.D. SCOTUM Seraphico locus eminens competit, quatenus contritionismum primaevorum Scholasticorum superaverit et viam ad solutiones adhuc perfectiores aperuerit. - Auctoris interpretatio, orationis genere dilucido et sereno proposita, omnino valida et absoluta esse videtur. Cf. etiam H. WEISWEILER, S.J., in *Schol.* 30(1955) 310s; H.F. DONDAINE, O.P., in *Bull.Thom.* IX, n.1713. - Quod sententiam definitivam AMEDEI TEETAERT A ZEDELGEM, O.F.M.Cap., spectat, A. eam quidem recte omnino adumbrat, sed in ea adducenda locum innuere praetermisit: p.55 adn. 174; cf. *Coll.Franc.* 11(1941) 96-100. 99s. O. R.

1658. - FAGIOLO Vincenzo, *L'indissolubilità del vincolo matrimoniale nella dottrina di S. Bonaventura*, in *Eph.Iur.Can.* 11(1955) 253-283.

1658ª. - Idem. *Formazione ed essenza del matrimonio nella dottrina di S. Bonaventura*, *ibid.* 12(1956) 111-148.

Duplici hac elucubratione egregia S. BONAVENTURAE mens copiosissime pervestigatur circa indolem indissolubilem vinculi matrimonii necnon circa eiusdem effectionem ac essentiam intimam.

Ob ubertatem rerum expositarum nonnisi summa capita innuemus. In disquisitione priore A. sequentia puncta explicat: 1) naturam et vim indissolubilitatis. Ultime siquidem innititur in divina voluntate matrimonium ad sacramenti

dignitatem elevante. Indissolubile vinculum mutuo consensu texitur ac copula maritali ultimam acquirit firmitatem (253-263). - 2) Divortium peremptorie excluditur, tamen minus propter rationes e lege naturae mutuatas, sed ob causas illatas ex institutione divina, ob quam matrimonium unionem Christi cum Ecclesia significat (263-265). - 3) Institutum Veteris Testamenti *libelli repudii* illicitum quidem, at divinitus permissum declaratur; *clausula adulterii* apud *Mt.* 19, 9 ad mentem Nostri nonnisi separationem legalem, non vero divortium, importat (265-271). - 4) *Privilegii paulini* rationem Sanctus praesertim in matrimonii infidelium imperfectione (ratione significationis et baptismi defectus) reperit (271-275). - 5) Solubilitas matrimonii rati et non consummati in eo consistit quod, coniunctione corporum nondum habita, vinculo matrimonii adhuc deest esse plenum. Ob firmitatem ultimam adhuc desideratam vinculum votis solemnibus solvi valet. De solutione ipsius Papae interventu peracta Seraphicus silet (275-283).

In commentario altero 1) introductione historica praemissa (111-115), A. inquirit 2) in momentum consensus ad matrimonium efficiendum. Consensus qui « per verba de praesenti » expressus, omnino liber, verus, i.e. Ecclesiae menti ac naturae matrimonii accommodatus, sensibiliter manifestatur, est causa efficiens vinculi indissolubilis (115-129). - 3) Non est tamen ipsius causa efficiens totalis, sed proxima; Deus autem institutione sacramenti est causa efficiens prima (129-131). - 4) Copula maritalis non ad matrimonii substantiam, at ad eius integritatem pertinet. Eadem non solum coniunctionem affectionis externe pandit, sed etiam quandoque consensum invalidum indirecte supplet atque vinculum, ad unionis hypostaticae quodammodo instar, absolute indissolubile reddit (131-136). - 5) « Matrimonium est maris et feminae coniunctio maritalis » (p.138). Indoles *maritalis* seu habitudo divinitus instituta duorum ad invicem velut maris et feminae, est elementum specificans coniunctionem. Quae unio inter fideles sacramentum exsistit ac Christi ad Ecclesiam unionem exprimit. Quam ob rem non copulae exercitium, sed ordinabilitas ad eam in vinculo perenniter colliganti matrimonii naturam constituit.

Seraphici Doctoris sententia ingeniosa scriptores anteriores admodum superat ac GRATIANI et PETRI LOMBARDI opiniones, rem ex una parte collustrantes, in miram redigit synthesim. Praeter dictos Sanctus pendet praecipue ex ANSELMO DE LAON, GUILELMO DE CHAMPEAUX, HUGONE DE S. VICTORE. - Utriusque elucubrationis argumentum memoravit, Auctori debitas tribuens laudes: BARTOCCETTI Vittorio, *La dottrina matrimoniale di San Bonaventura*, in *Osserv.Rom.* 1957, 8 maggio, 3. - Auctor nuper etiam de institutione huius sacramenti ad mentem Nostri disseruit in *Ant.* 33(1958) 241-262. Cf. quoque *supra* n.952s; *Bibliog.Franc.* VIII, n.401; IX, n.566.

O. R.

1659. - MARTHALER Berard, O.F.M.Conv., *Original justice according to St. Bonaventure*, in *Franc.Educ.Conf.* 38(1957) 166-175.

Auctor, qui de eodem argumento longiorem exaravit dissertationem, hucusque ineditam (*Original justice and sanctifying grace in the writings of St. Bonaventure*. Pont. Facultas Theol. O.F.M.Conv. in Urbe 1953; cf. *Misc.Franc.* 53[1953] 537), hic prius duplicem iustitiae primaevae interpretationem, augustinianam siquidem et anselmianam, necnon sententiam ALEXANDRI DE HALES breviter delibat (166-169). Deinde Seraphici opinionem circa hominis iustitiae indigentiam dilucidat (169-172), ut demum nexum iustitiae, qua rectitudinis naturae, et habitus ad gratiam gratum facientem enodet (172-174).

Ad mentem Nostri sequentes distingui valent iustitiae originalis sensus: 1) summa gratiarum gratis datarum, Adam parantium ad gratiam gratum facientem obtinendam; 2) rectitudo hominis, licet adhuc incompleta, ad gratiam sanctificantem disponens; 3) habitus informis ante gratiae infusionem (secundum G. BOZITKOVIĆ, O.F.M.: *iustitia originalis simpliciter*); 4) habitus gratia sanctificante

formatus (a praelaudato *iustitia originalis meritoria* vocata). - Cf. tamen etiam R. BRUCH (*Bibliog.Franc.* X, n.1053). O. R.

1660. - RÉZETTE Jean P., O.F.M., *Grâce et similitude de Dieu chez saint Bonaventure*, in *Eph.Theol.Lov.* 32(1956) 46-64.

Subtilis huius elucubrationis propositum est monstrare, quomodo S. BONAVENTURA, ideam *imaginis* applicans gratiae divinitus animae iustificatorum infusae, conceptionem nimis staticam gratiae (habitus) evitare conatus sit.

Ad introductionis fere instar A. prius evolutionem cogitationis platonicae de deificatione creaturae paucis delibat (46-50). Tum imaginis sensum usumque penes Seraphicum copiose explicat (50-57). Postremo dilucidat, quomodo Noster similitudinis conceptum, ope praesertim lucis exempli, gratiae aptarit (57-63). - Imaginis conceptus bonaventurianus duplici componitur adspectu, videl. *statico*, quatenus imago conformitatem inter utrumque in quantitate et qualitate exprimat, necnon *dynamico*, quatenus exemplatum in punctis consimilibus essentialiter ad exemplar referatur et ex eo pendeat. Quoniam imago ab exemplari per quandam emanationem procedit, ex sese importat expressam similitudinem seu repraesentationem, quo intimo nisu ad exemplar intendit. Quod adhuc magis verum est, si in similitudine quantitas quatenus momentum dispersionis deest, uti pro gratia animam Deo supernaturaliter assimilante contingit: « Gratia enim est sicut quaedam influentia procedens a luce superna, quae semper habet coniunctionem cum sua origine, sicut lumen cum sole » (*II Sent.*, dist. 26, a.1, q.6, concl.: *Op.om.* II, 646*a*). - Etiamsi Seraphicus luminis doctrinam gratiae potius exempli causa accommodaverit ac eiusdem vim metaphysicam nondum qua par est elaboraverit, tamen, in discrimine conceptionis nimis staticae prudenter excludendo, exemplo esse poterit ad rem profundius indagandam. Cf. praeter B. MADARIAGA, O.F.M. (*Bibliog.Franc.* IX, n.611) et opus egregium T. SZABÓ, O.F.M. (*supra* n.1605). O. R.

1661. - AGUSTÍN DE SAN FELICES, O.F.M.Cap., *Teología del amor en San Buenaventura*, in *Reflejos* 14(1954) n.14, 7-32.

Innixus praeclarae pervestigationi Z. ALSZEGHY, S.J. (cf. *Coll.Franc.* 19[1949] 302-305; *Bibliog.Franc.* X, n.623s), Auctor Seraphici Doctoris sententiam de theologia amoris secundum lineamenta praecipua enucleare intendit. O. R.

1662. - LEVASTI Arrigo, *Il misticismo di S. Bonaventura*, in *Doct. Seraph.* 2(1955) 2-15.

1663. - Idem, *Una poesia di S. Bonaventura*, *ibid.* 3(1956) 35-39.

Mediae aetatis mysticorum peritus investigator duplici commentario quosdam experientiae mysticae S. BONAVENTURAE adspectus eleganti dicendi modo delibat.

Acroasi prima, quam A. die 25 sept. 1954 coram sodalibus consociationis *Centro di Studi Bonaventuriani* pronuntiavit, ascensionem mysticam, luce praesertim opusculi *Itinerarium mentis in Deum* enarrat. - Hic significare insuper liceat articulum navi et bene de hoc motu bonaventuriano meriti promotoris TECCHI Bonaventurae, *Dal discorso inaugurale dell'11 ottobre 1953*, *ibid.* 1(1954) 21-25, quo notae eminentiores operum minorum Seraphici Doctoris paucis adumbrantur. - Commentariolo altero vero praelaudatus A. commentatur poesim quae *Laudismus de sancta Cruce* praenotatur (*Op.om.* VIII, 667-669). Versus istos, spiritu tum mystico tum vere poetico afflatos, omnino genuinos esse censet A., non secus ac E. LONGPRÉ, O.F.M., in *Dict.Hist.Géogr.Eccl.* IX, 783. O. R.

1664. - ALLEN D.C., *The « Scala religionis » in « Paradise lost »*, in *Modern Language Notes* (Baltimore) 71(1956) 404-405.

Experientia religiosa Adae, quam Joannes MILTON, poeta anglicus († 1674), opere suo *Paradise lost* expressit, cum Dei cognitione ad mentem S. BONAVENTURAE confertur (cf. *Bull.Sign.* XII, n.9819). O. R.

1665. - RAGAZZINI Severino M., O.F.M.Conv., *La ispirazione bonaventuriana del Purgatorio dantesco*, in *Doct.Seraph.* 4(1957) 37-45.

Adductis nonnullis locis ex DANTIS *Purgatorio* et, simul, ex operibus S. BONAVENTURAE relate ad septem vitia capitalia, A. demonstrat ibidem plurima occurrere, quae ordine, doctrina et ipsis verbis idem sonant; et inde concludendum censet quod DANTES ex scriptis S. BONAVENTURAE utilitatem ceperit. M. A.

1666. - FERRARO Constantinus, O.F.M., *Doctrina de merito apud S. Bonaventuram*. Romae, [Napoli, Arti Grafiche SAV], 1957. 24,5 cm., XV-93 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 430-431; cf. quoque *Arch. Franc.Hist.* 51(1958) 492-493; *BTAM* VIII, n.783.

1667. - BRIVA MIRABENT Antonio, *La gloria y su relación con la gracia según las obras de San Buenaventura*. (Colectánea San Paciano. Serie teológica, 2). Barcelona, Editorial Casulleras, 1957. 23 cm., 323 pp.

Praeclarae pervestigationis huius propositum est ad mentem Seraphici Doctoris differentias et vincula inter gloriam et gratiam enucleare.

Studii huius monographici consilio ac ratione praelibatis (p.7-12), Auctor 1) Deum beatificantem proponit, et quidem qua finem ultimum, infinite beatum, beatificationis causam, demum Trinitatem beatificantem (13-27). - 2) Beatitudo in genere dilucidatur, quae est tum obiectiva tum subiectiva, quae ultimum finem constituit, quae hominem perficit et appetitum hominis satiat, quae fruitionem et gaudium confert, quae semper secureque possidetur; beatitudo naturalis et supernaturalis ad invicem conferuntur; vinculum inter gratiam et gloriam; gloria qua actus sive in actu; habitus gloriosi subiectum; gloria essentialis, consubstantialis ac accidentalis (29-65). - 3) Animae beatae considerantur dotes (67-155), et quidem in genere (68-71) et in specie (71-139), quae sunt: visio beata (71-97), amor beatificans (99-134) et tentio Dei habiti et praesentis (134-139); aliique animae gloriosae habitus gratuiti, ut scientia acquisita, etc. (141-155). - 4) Dilucidatur gloria accidentalis (157-189) in Beatorum corporis resurrectione (159-177), glorificatione (179-186), aureolis specificis (187-189). - 5) Determinatur psychologia Beatorum, scil. habitus animae et corporis, intellegendi modi ac normae, voluntatis gloriosae actus ac normae, liberum arbitrium ac impeccabilitas, relatio inter intellectum et voluntatem, complexio ac simplicitas conceptionis bonaventurianae, psychologia socialis comprehensorum, gratuitas huius psychologiae (191-215). - 6) Explicantur gratiae ad gloriam nexus (217-293). Traduntur a) gratiae notio, effectus, subiectum, intima natura fructusque (217-244); b) gratiae ad gloriam habitudo in genere non secus ac apud comprehensores et viatores in specie. Gratia est siquidem dispositio ontologica et psychologica ad gloriam (245-273); c) gratia qua inchoatio gloriae in intellectu elevato, in spe Summi Boni possessi, in caritate velut fruitionis Dei praegustatione; corporis christifidelium ad corpus beatorum relatio (275-290); d) gloria qua gratiae exemplar (291-293). - 7) Denique argumenta ac principia specifica totius tractationis necnon aestimatio historico-doctrinalis exhibentur (295-316). Adumbrantur enim

argumenta e Biblia et SS. Patribus hausta, principium exemplarismi, principium summae perfectionis, continuationis vitalis, diffusionis suimetipsius (299-307). Inter notas S. BONAVENTURAE proprias A. recenset: indolem traditionalem, syntheticam, doctrinam theocentricam, mysticismum, indolem tam extrinsecam quam intrinsecam gratiae et gloriae, conamen fidei veritates intellectu penetrandi (309-316). Elenchus bibliographicus valde brevis claudit opus egregium, cui deest proh dolor index etiam auctorum.

Elucubratio haud immerito magnum censorum obtinuit encomium. Cf. v.g. *Münch.Theol.Zschr.* 9(1958) 224s et *Anal.S.Tarrac.* 31(1958) 394-396. Peculiari modo excellit Auctoris perspicacia speculativa, qua textus bonaventurianos interpretatur. Desideratur vero discussio bibliographiae praeexsistentis ac visio genetica doctrinarum. Pro quo ultimo puncto complendo cf. praesertim insigne opus N. WICKI (*supra* n.969). Demum si A. p.11 inter fontes adhibitos *Quaestiones disputatas de caritate* enumerat, conferenda est elucubratio critica H.-F. DONDAINE, O.P. (cf. *Bibliog.Franc.* IX, 591). O. R.

1668. - FARNETANI Bernardino, O.F.M.Conv., *La visione beatifica di Dio secondo S. Bonaventura,* in *Misc.Franc.* 54(1954) 3-28.

Instituitur examen subtile sententiae Doctoris Seraphici de visione beatifica Dei, et quidem 1) de luminis gloriae necessitate notisque generalibus necnon de eiusdem causalitatis genere (p.4-12); 2) de partibus quas ipsa divina essentia in visione beata sustinet; utrum in ea efficienda munere speciei impressae vel expressae fungatur (12-18); 3) de loco quem intellectus humanus in ea occupat; utrum se mere passive habeat; quid sibi velit Sancti locutio de cognitione habituali obiecti infiniti et de Deo exemplari repraesentativo Infiniti per modum excessus (18-27).

Pervestigationis exitus amplo concinnoque summario lingua latina exarato offertur (p.3), ad quod lectores delegamus. Laudamus Auctoris scitam acutamque sententiae bonaventurianae interpretationem. Ad illius mentem securius attingendam saepius ad illustriorum commentatorum veterum et modernorum opera recurrit. Inter nostrates non semel memorantur: J.D. SCOTUS, Bartholomaeus MASTRIUS, O.F.M.Conv., BARTHOLOMAEUS BARBIERI A CASTELVETRO; BONAVENTURA A LANGRES; FRANCISCUS LONGO A CORIGLIANO CALABRO; GAUDENTIUS BONTEMPI A BRESCIA; MARCUS A BAUDUEN; PETRUS TRIGOSO A CALATAYUD, omnes ex O.F.M.Cap. - Pro evolutione genetica singularum opinionum completius delibanda A. nondum inspicere potuit praeclaram inquisitionem N. WICKI (Cf. *supra* n.969); cf. etiam commentationem G. WILLIAMS, O.F.M.Conv., *supra* n.970). - Quod cognitionem habitualem infinitorum modo excessivo Christi spectat cf. etiam elucubrationem LIBERATI DE ROULERS, O.F.M.Cap., in *Coll.Franc.* 26(1956) 342-345 (cf. *supra* n.1607). - Dissertatio praelaudata partem constituit theseos quam A. die 2 febr. 1945 in Pont. Facultate theologica S. Bonaventurae Urbis defenderat quaeque etiam qua extractum prostat: Roma 1954, 23 cm., 34 pp. O. R.

1669. - SCHEUERMANN Audomar, *Sankt Bonaventura und der Prediger,* in *Sanctificatio Nostra* (Werl/Westf.) 22(1957) 312-320.

Commentatione ista A. inquirit in S. BONAVENTURAE concionis genus ac concionandi doctrinam, praxim sacerdotum nostri aevi intuens.

En argumenta praecipua quae tanguntur: locus omnino praecellens S. Scripturae; Jesus Christus tamquam Verbum 'visibile'; praedicatio tamquam laeti nuntii annuntiatio; dignitas concionatoris; eiusdem munus christifideles ad Domini adventum praeparandi; theoria homiletica de scopo determinato cuilibet concioni praefigendo cum Seraphici usu doctrinaque confertur. Quaeritur, qualem finem praedicatio adipisci debeat. Eiusdem describuntur efficacia psychologica ac momentum 'exsistentiale'.

Problemata indigitantur circa formam externam. Urgetur insuper praeparationis debitum. Innuuntur discrimina, quae concionatori imminent. O. R.

1670. - THIEL Burchard, O.F.M., *St. Bonaventura über die außerordentliche Seelsorge*, in *Theol.Glaube* 45(1955) 49-52.

Brevi hoc commentario examinatur opusculum: *Quare Fratres Minores praedicent et confessiones audiant* (*Op.om.* VIII, 375-381).

Enumerantur siquidem variae formae ministerii apostolici extraordinarii ac aestimantur rationes a Seraphico ad eas vindicandas adductae. Praeter aliquas ideas mediam aetatem sapientes, aurei opusculi scriptor plura affert, quae nostris quoque diebus opportune perpenduntur. Quod demum auctorem huius scripti spectat, S. CLASEN, O.F.M., *Der hl. Bonaventura und das Mendikantentum*, Werl/Westf. 1940, p.28, censet, illud absoluta certitudine Sancto tribui non posse. O. R.

Odo Rigaud, O.Min., † 2 iul. 1275

Vide etiam: n.638 ms.; 640 aristotelismus; 1482 differentia specifica animae; 703 connexio animae cum potentiis; 1607 habitus; 706 synderesis; 714 eleemosyna; 730 theologia gen.; 759 utrum si Adam non peccasset; 860s sanctificatio B.M.V.; 940 contra Graecos; 1581 Conc. Lyon. II; 952 res sexualis; 962 inhabitatio; 969 beatitudo; 1485 *Summa Halens.*

1671. - LYNCH Kilian F., O.F.M., *Edition of Distinctions XXVI and XXVII of Anonymous Brussels Bibliothèque Royale 1542*, in *Franc. Stud.* 15(1955) 283-311. 384-415.

Codex praefatus viros de critica historico-litteraria peritos iam diu detinet, puta F.M. HENQUINET, O.F.M., in *Coll.Franc.* 10(1940) 481-493, ipsum Auctorem (*Bibliog.Franc.* IX, n.643, et *supra* n.1523), necnon E. LIO, O.F.M. (*ibid.* X, n.1073). Impraesentiarum Ed. e *IV Sent.* duas distinctiones de sacramento matrimonii in publicam profert lucem, et quidem ob earum momentum doctrinale in describendis contractu, coniugii sacramenti institutione, gratia eo collata, efficacia sacramenti in genere et matrimonii in specie ipsiusque significatione.

Quod earum auctorem attinet, Ed. suspicatur ODONIS RIGAUD, O.Min., *I-III Sent.* continuatorem, qui insuper plurima mutuavit e GUILELMO DE MELITONA, O.Min., necnon ex ALEXANDRO DE HALES, fuisse sodalem franciscalem. Difficulter secus explicaretur factum, quod doctor Ordini extraneus de opere Minoritae complendo curaret. Utraque distinctio, quae hic in commodum theologiae historiae editur (p.284-304, 304-311 et 384-415), circa an. 1250 orta esse putatur. O. R.

1672. - LYNCH Kilian F., O.F.M., *De matrimonio Mariae et Joseph.* Brussels, *Bibl.Royale 1542*, f.227*rv*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 79-84.

Codice, in titulo significato, continentur *I-III Sent.* ODONIS RIGAUD necnon *IV Sent.* quod opus A. ab episcopo Rothomagensi gravibus, etsi non plane certis rationibus olim abiudicavit (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.643), necnon parvulus tractatus ignoti scriptoris, qui B.M.V. votum virginitatis perpetuae cum matrimonii veritate conciliare studet.

Quaeruntur nimirum de coniugio B.M.V. tria: « Primo utrum Beata Virgo potuit emittere votum virginitatis. Secundo utrum emiserit simpliciter, vel non; sup-

posito quod sic, quaeritur utrum illo emisso, potuerit contrahere matrimonium; supposito quod sic, quaeritur utrum consensit in copulam carnalem, matrimonium contrahendo. Tertio quaeritur de perfectione illius coniugii » (p.79). - Expositio ideo notatu digna est, quod auctor, quoad mediationem marianam, Deiparam « principium novitatis spiritualis » cum Heva « principio vetustatis corporalis » (80) comparat. Sanctificationem in utero eiusdem quod spectat, idem sustinet, « quia fuit mundata ab omni peccato et ab omni inclinatione ad peccatum » (80). In brevissima introductione A. solum affirmat, commentarioli hic editi auctorem esse saec. XIII. O. R.

1673. - LUCET Bernard, O.Cist., *Les ordinations chez les Cisterciens. Témoignage d'Eude Rigaud pour la Normandie*, in *Anal.S.O.Cist.* 10 (1954) 268-301.

In hac disquisitione de ordinationibus sacris apud Cistercienses A. describit codicem Bibl. Nat. Parisiensis, *Lat. 1245*, nempe *Regestum Visitationum* ODONIS RIGAUD, archiepiscopi Rothomagensis, a die 17 iul. an. 1248 ad diem 16 dec. an. 1269, ex eoque notitias excerpit suam pervestigationem attinentes. Uti A. bene animadvertit, *Regestum* eiusmodi bis editum est, scil. Rothomagi 1852 et Parisiis 1855. M. P.

Conradus Holtnicker de Saxonia, O.Min., † 30 maii 1279

Vide etiam: n.40. 47. 1279 mss.; 75 opera; 145 bio-bibliographia; 926s. 929 regalitas B.M.V.; 982 textus mystici.

GHINATO Alberto, O.F.M. - GIROTTO Samuele, O.F.M., *Il cantico dell'Ave. Devote invocazioni alla Vergine SS.ma* tratte dall'opuscolo « Speculum B.M. Virginis » di CORRADO DI SASSONIA, O.F.M. (1279). Roma, Edizioni Francescane, [1954]. 13 cm., 47 pp.

Ex opusculo CONRADI DE SAXONIA *Speculum B.M.V.* nuncupato precationes in honorem Deiparae excerpuntur. - Cf. etiam BEHNEN Maximin, O.F.M., *The Queenship of Mary according to Conrad of Saxony*, in *The Cord* 4(1954) 358-363, ubi praerogativa regalitatis B.M.V. illustratur. Etenim figurae Veteris Testamenti Reginam praenuntiantes, dominium eiusdem in creaturas necnon praestantia eximia huius privilegii delibantur. O. R.

Thomas de Pavia, O.Min., † ca. 1280

1675. - SCHMITT Clemente, O.F.M., *Tommaso da Pavia*, in *Enc. Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 249.

Mauritius de Dacia, O.Min., fl. 1281

1675[a]. - LAMPEN Willibrordus, O.F.M., *Frater Mauritius de Dacia, O.Min.*, in *Coll.Franc.* 27(1957) 324-326.

Evulgatur *Carmen gratulatorium in nuptias Eyrici regis Norwagiae A.D. 1281* quod legitur in *cod.Upsal. C. 233*, f.50*v*-51*r*. Nonnullis argumentis A. adstruit MAURITIUM DE DACIA fuisse huius carminis probabilem auctorem. S. ST. A.

Nicolaus de Occam, O.Min., fl. 1285

1675b. - CORVINO F., *Nicola di Occam*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 894.

Gilbertus de Tournai, O.Min., † 4 oct. 1284

Vide etiam: n.640 controversia cum Sigero; 939 potestas papae.

1676. - GOOSSENS M., O.F.M., *Gilbertus van Doornik* (de Moriel-Porte), in *Theol.Woordenb.* II (cf. *supra* n. 129), 1932-1934.

Ad hanc notitiam satis bonam de vita et operibus GILBERTI notandum est quod sermones 9 *De septem verbis Domini nostri in cruce*, hucusque inediti, sedulo distinguendi sunt ab eiusdem nominis tractatu ARNALDI BONAEVALLENSIS (cf.*Coll.Franc.* 32[1962] 209-250). Nec opus *Pharetra* GILBERTO probabiliter tribuendum est. Opusculum *De locis mundi* non amplius denotetur perperam *De locis mundis*. S. ST. A.

1677. - MATANIĆ Athanasius, O.F.M., *Gilbertus Tornacensis (de Tournai), O.F.M., ac eius « Rudimentum doctrinae »*, in *Ant.* 32(1957) 431-433.

Nacta occasione tertii tractatus editi ex opere *Rudimentum doctrinae* GILBERTI DE TOURNAI, O.Min., pauca quaedam delibantur de auctore et momento operis (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1078). - Aliam notitiam videsis G. BONAFEDE, *Gilberto di Tournai*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 730. S. ST. A.

Salimbene de Parma, O.Min., † post 8 sept. 1287

Vide etiam: n.251 vitae conditiones; 973 joachismus; 1575 iudicium de S. Bonaventura.

1678. - CHIRI Elena, *Rapporti tra la « Chronica » di Salimbene e il « Liber de Temporibus »*, in *Atti Acc.Sc.di Torino II. Classe Sc. morali Stor.Filol.* 90(1955-1956) 443-461.

Inquisitione instituta circa fontes *Chronicae* fratris SALIMBENE DE ADAM, ac definite collatione peracta inter ipsam *Chronicam* et *Librum de Temporibus* Alberti MILIOLI, notarii regiensis ac sodalis ex T.O.F., A. concludit quod: 1) Albertus MILIOLI suum *Librum de Temporibus* probabiliter perduxit usque ad an. 1281; 2) SALIMBENE vero, qui Regium eodem an. 1281 advenit atque suam *Chronicam* conscribendam suscepit, eundem *Librum* uti fontem adhibuit; 3) tandem anonymus quidam chronista, qui forsan Frater Minor et ipse exstitit atque *Chronicam* salimbenianam prae manibus habuit, *Librum* auxit notis marginalibus, quas legimus f.79-85, atque novos eventus usque ad an. 1286 descripsit. M. A.

1679. - CASTELLÁN Ángel, *Estampas del siglo XIII en la crónica de Fra Salimbene de Parma*, in *Anal.Hist.Antig.Mediev.* (Buenos Aires), 1954, 55-119.

A. describit praecipuas personas, idola theatri, mores atque materiales condiciones, quo modo ipsa vigebant in Germania, Gallia et Italia saec. XIII iuxta imaginem repraesentatam in *Chronica* fratris SALIMBENE. M. A.

1680. - LUCAS-DUBRETON J., *Les expériences de Fra Salimbene*, in *Rev. de deux mondes* 5(1954) 93-111.

Quaedam afferuntur narratiunculae ex vita fratris SALIMBENE.

B. Joannes Buralli de Parma, O.Min., † 19 mart. 1289

Vide etiam: n.219. 251 *Sacrum commercium.*

1681. - MARSHALL Regis, O.F.M., *Mariage of St. Francis with Lady Poverty*, in *The Cord* 6(1956) 220-222.

Ignoti scriptoris [forsitan JOANNIS BURALLI DE PARMA vel JOANNIS PARENTI, O.Min.] opusculi *Sacrum commercium S. Francisci cum domina paupertate*, n.588-64 (Ad Claras Aquas 1929, 70-73) anglice vertitur locus princeps. O. R.

Joannes de Pecham, O.Min., † 8 dec. 1292

Vide etiam: n.91. 690. 1704 mss.; 662 editiones; 631 augustinismus; 640 controversia cum Sigero; 642 Gundisalvi; 703 connexio animae cum potentiis; 1607 habitus; 755 generatio Filii; 759 utrum si Adam non peccasset; 966 virtutes, vitia; 982 textus mystici; 1245 officium Ssmae Trinitatis; 1378 expositio Regulae; 548 influxus.

1682. - LUCHESIUS SMITS [VAN WOENSEL], O.F.M.Cap., *Joannes van Pecham, O.F.M.*, in *Theol.Woordenb.* II (cf. *supra* n.129), 2593-2596.

Accurata notitia de vita et operibus PECHAMI cum abundanti bibliographia, etiam de singulis scriptis JOANNIS. - Cf. etiam BONAFEDE G., *Peckam* Giovanni, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1233-1234.

1683. - MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M.Cap., *Philomena van John Pecham*, in *Neophilologus* 38(1954) 206-217. 290-300.

Pulcherrimum carmen, quod incipit *Philomena praevia temporis amoeni* (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1090) et sine ullo dubio a JOANNE DE PECHAM fuit compositum, concisa brevitate sed eruditissime exponitur et ex omni parte illustratur.

Agitur siquidem de paternitate carminis, quae non JOANNI DE HOWDEN neque BONAVENTURAE sed PECHAM competit, de vita et operibus poetae, de divisione et argumento carminis, de lusciniae momento in historia litteraturae et de influxu talis litteraturae in canticum PECHAM, de luscinia quatenus laudatur ut avis amoris, et quomodo PECHAM elementa poesis amorosae antiquitatis (e.g. OVIDIUS) et sui aevi (e.g. *Carmina Burana*) receperit eaque genuino spiritu sui Ordinis in sensum spiritualis amoris traduxerit, vivide describens animae ad Christum sponsum crucifixum habitudinem. Digne quoque attenditur christocentrismus carminis, oppositio inter Deum summum et infimum hominem, meditatio amantis animae per septem horas canonicas distributa, lusciniae et animae similitudo, mystica nuptialis, quae-

visque alia res digna commentatu. Argute quoque indicantur merita aesthetica carminis, fortuna et auctoritas apud posteros inventa. Praeter 35 codices mediaevales in quibus carmen continetur, A. cognovit 12 editiones latinas (p.206) et versiones hispanicas 2, italicas 4, gallicas 3, germanicas 5, neerlandicas 3 (298s). - Vide etiam *Franc.Leven* 38(1955) 156s, ubi alia versio gallica et paraphrasis lyrica latina indicatur. S. St. A.

1684. - Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *Echo's van John Pecham's Philomena,* in *Franc.Leven* 38(1955) 100-103. 157.

In stropha 10 et 79 cantici *Philomena* Joannis de Pecham describitur luscinia, imago Christi, quae in arbore (crucis) tantum clamitat quod cor eius rumpatur. Haec imago, quae primum apud Pecham inveniri videtur, saepissime deinceps occurrit in canticis spiritualibus mediaevalibus. Exempli causa hic adducuntur tria carmina et una brevis oratio, saec. XVI antiquo sermone neerlandico conscripta, quibus memorata similitudo Christo in cruce vocitanti applicatur. - Etiam in opere *Incendium amoris* Richardi Rolle († 1349) influxus carminis Pecham deprehenditur (p.157). S. St. A.

1685. - Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *Nog eens Philomena van John Pecham,* in *Franc.Leven* 39(1956) 174-181.

Praemisso nuntio de duobus opusculis quae forsitan continent antiquam versionem seu explicationem neerlandicam carminis *Philomena,* A. exponit antiquam eiusdem cantici accommodationem a se repertam (Bruxelles, *Bibl.Univ. 3005-3008,* f.250'-256'), quae soluta oratione flandro-brabantina saec. XV utens in compendium mittit Pechami carmen, plura tamen passim ei commiscens. Notandum praesertim est symbolum pro diabolo positum, noctua scilicet vitam lusciniae seu animae petens. Huius imaginis historia ab A. docte illustratur. Ipse textus antiquus p.178-181 editur. S. St. A.

1686. - Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *Den Nachtegael vanden H. Bonaventura uit den Latijne vertaalt,* in *Franc.Leven* 37(1954) 17-25. 49-57.

1687. - Idem, « *Den Nachtegael* » *van J.D. Heemsen,* in *Franc. Leven* 37(1954) 118-121. 152-156.

Prima versio neerlandica carminis *Philomena* Joannis de Pecham, exarata a Joanne David Heemsen (*Den Nachtegael vanden heyligen Bonaventura... Overgeset uit Latynschen Rhyme in Nederlantschen,* Leuven 1621), iterum editur et explicationibus additis lectori moderno aptatur. Deinde in altera dissertatione de ipso antiquo traductore neerlandico († 1644) eiusque operibus parumper agitur, argumentum carminis explicatur, proprietates versionis ad originale latinum comparatae aestimantur. S. St. A.

1688. - Maximilianus [van Moerdijk], O.F.M.Cap., *Een toelichting op John Pecham's Philomena,* in *Franc.Leven* 40(1957) 89-90.

Paucis verbis describitur liber Joannis Baptistae ROSSI, S.J. († 1656), cui titulus *Opuscula spiritualia quatuor* (Romae 1644). Secundum enim opusculum, ibi p.15-153 contentum, inscribitur *Philomena et Seraphici Amoris Imago* et pertractat 18 capitibus celebre carmen PECHAMI. Singulis capitibus primum exscribitur respectiva pars carminis, deinde ROSSI proprio suo cantico hanc partem commentatur, deinde soluta oratione sat abundanter fragmentum PECHAMI exponit. Doctam quoque praefationem ROSSI texit de lusciniae momento in historia litterarum. - Vide etiam *Franc.Leven* 42(1959) 157s; 43(1960) 186. S. ST. A.

1689. - *De Middelnederlandse vertalingen van het Stabat Mater,* ingeleid en toegelicht door P. MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M. Cap. (Zwolse Drukken en Herdrukken voor de Maatschappij der Nederlandse Letterkunde te Leiden, 18). Zwolle, N.V. Uitgeversmaatschappij W.E.J. Tjeenk Willink, 1957. 20,5 cm., 160 pp.

Erudite et prorsus eminenter eduntur 13 diversae versiones neerlandicae, ante an. 1500 circiter factae, notissimi planctus *Stabat Mater*. Septem versiones poesis genere compositae sunt, sex vero oratione soluta. Plus 40 codices manuscriptos et plura incunabula post-incunabulaque A. adhibuit ad textum criticum memoratarum versionum stabiliendum et ex omni fere parte illustrandum.

Praemisso indice codicum et editionum antiquorum saec. XV-XVI (p.5s) necnon summario introductionis (7), A. maioris momenti problemata textus latini breviter exponit (9-19), historiam inventionis versionum neerlandicarum et praesertim earundem proprietates perfecta scientia describit (19-36), suamque edendi rationem significat (37s). Ipsae versiones (42-149) omni qua par est sollicitudine adnotantur: describuntur codices et antiquae editiones, indicatur litteratura, in triplici apparatu critico referuntur lectiones variantes textus latini ab antiquo interprete adhibiti necnon versionis neerlandicae, adduntur explicationes moderno lectori utiles. Alia quoque subsidia, uti sunt conspectus lectionum variantium textus latini, tituli seu inscriptiones textui adiunctae, notitiae de codicibus inaccessis, appendicis instar exhibentur (150-159). — Notamus quod A. inculcat sententiam Cl. BLUME qui iam an. 1915 (*Stimmen der Zeit* 89[1915] 592-598) satis probavit JACOPONUM TUDERTINUM minime composuisse *Stabat Mater*. Plura vero argumenta criticae internae ab A. adductae JOANNEM DE PECHAM ut probabilem auctorem carminis latini suggerunt. — Antea A. duas antiquas versiones ediderat ad fidem *cod.* Trier, *Stadtbibl. 1983/12*, f.211-213' (cf. *Franc.Leven* 38[1955] 54-57) et *cod.* Amsterdam, *Univ.Bibl. I.F.14*, f.112'-113' (cf. *Franc.Leven* 39[1956] 58s). Doctam quoque prolusionem habuit in qua de diversis argumentis in introductione huius libri tractatis lepide disputavit (*De Middelnederlandse vertalingen van het Stabat Mater*, in *Verslagen en Mededelingen van de Koninklijke Vlaamse Academie voor Taal- en Letterkunde*, 1955, 731-742). Additiones videsis in *Ons Geest.Erf* 35(1961) 59-64. S. ST. A.

1690. - SCARAMUZZI Diomede, O.F.M., *Il cantore dell'Addolorata,* in *Osserv.Rom.* 1957 apr. 12, 4.

Sequentia quae verbis *Stabat Mater* incipit quamque A. jacoponicam putat (sed cf. *supra* n.1689), non solum in liturgia recepta est sed etiam figuris musicis centies modulata fuit. Etenim ipsius ope poeta Virginem perdolentem describit penes crucem Jesu (strophis 1-8); Mariam precatur ut doloris socius fieri valeat in hac vita (strophis

9-20); ac tandem postulat ut B. Virgo illum defendat in die iudicii et consortem in aeterna gloria efficiat (strophis 21-23). - Cf. etiam VANDEUR Eugène, O.S.B., *La Mère de Jésus près de la croix. Élévations sur le Stabat.* Bruges, Ch. Beyaert, 1953. 19,5 cm., 103 pp. M. A.

Joannes Russel, O.Min., fl. 1292

1691. - SMALLEY B., *John Russel, O.F.M.*, in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 23(1956) 277-320.

Ex operibus JOANNIS RUSSEL, O.Min., qui probabiliter an. 1292-1293 ut vigesimus secundus magister regit Studium Cantabrigiae, haec tantum remanserunt: una epistola, fragmenta duorum sermonum, duo Commentarii biblici (catenae), scil. *in Cantica Canticorum* et *in Apocalypsim.* Magna sua eruditione A. haec scripta examinat, praesertim vero commentarios illustrat biblicos eorumque fontes litterarios. JOANNIS quoque determinat locum in evolutione studiorum biblicorum Oxonii et Cantabrigiae ca. 1300 occupatum.

Epistola in qua JOANNES ab amico ROGERIO DE MARLOW impetrat eleemosynam « ad habendum vestitum pro hieme iam futura », editur p.278-279. Ex fragmentis sermonum (Oxford, *Bodl. Lat.th.e.24*, f.2-10) patet JOANNEM praedicasse expeditionem sacram an. 1291. Commentarios suos biblicos probabiliter anno academico 1292-1293 composuit. *Postillae in Cantica Canticorum* quatuor exstant codices: London, *Lambeth Palace 180*, f.1*ra*-42*vb*; München, *Bayr.Staatsbibl. lat. 8827*, f.15*v*-65*v*; Oxford, *Bodl.Can.pat.lat. 52*, f.101*ra*-124*vb*; *Vat.lat. 672*, f.53*r*-85*v*. Ex auctoritatibus post-Bernardinianis a JOANNE praesertim adducuntur sequentes: GUILELMUS PARVUS A NEWBURGH († 1201), ALEXANDER NEQUAM († 1217), THOMAS VERCELLENSIS († 1246), JOANNES DE PECHAM, O.Min. Unus tantum codex continens *Commentarium in Apocalypsim* JOANNIS RUSSEL hucusque innotuit: Oxford, *Merton College 172*, 106*rb*-143*ra*. Hos commentatores Apocalypsis e saec. XII-XIII RUSSEL adhibuit: ROBERTUM DE BRIDLINGTON († ca. 1260), RICHARDUM DE S. VICTORE († 1173), JOACHIMUM DE FIORE († 1202), HUGONEM DE ST. CHER († 1263), anonymum *Vidit Iacob in somniis*, ROBERTUM GROSSETESTE et JOANNEM DE PECHAM. Notandum est quod commentarios in Apocalypsim ROBERTI GROSSETESTE et JOANNIS DE PECHAM ex solis fragmentis a RUSSEL adductis cognoscuntur. RUSSEL insuper adhibuit *grammaticam biblicam* THOMAE DOCKING, O.Min., nunc deperditam. S. ST. A.

Rogerus Bacon, O.Min., † 11 iun. 1294

Vide etiam: n.3. 139 bio-bibliographia; 43. 699 mss.; 662 editiones; 616. 657 philosophia gen.; 624 theologiae cum philosophia habitudo; 640 controversia cum Sigero; 683 materia spiritualis; 693 reprehensio philosophiae naturalis Aristotelis; 642 Gundisalvi; 695 Avicebron; 695 cosmologia, physica; 698 scientiae; 701 computus; 939 potestas papae; 940 contra Graecos.

1692. - BETTONI Efrem, *Ruggero Bacone*, in *Grande Antologia Filosofica.* Vol. IV: *Il pensiero cristiano (la scolastica)*, Milano 1954, 1267-1334.

In introductione (p.1267-1283) A. breviter agit de vita, operibus, cogitationibus et doctrinis BACONIS, et essentiales notitias bibliographicas de eisdem argumentis colligit. Deinde principaliores BACONIS textus, italice redditos, exhibet quibus illustratur 1) momentum, methodus,

hierarchia scientiarum (1284-1305: elogium sapientiae, methodus scientiarum, quatuor causae erroris, hierarchia scientiarum, mathematica, optica, scientia experimentalis, philosophia moralis); 2) doctrinae philosophicae (1305-1327: philosophiae cum theologiae connexiones, illuminationes divinae, materia prima, rationes seminales, universalia quid sint et ubi inveniantur, universale et singulare in cognitione humana, principium individuationis); 3) ipse BACON ut rerum suo aevo gestarum scriptor (1327-1334: morum depravatio, adversus iuristas italicos, ALEXANDRI HALENSIS et ALBERTI MAGNI fama usurpata, Ordines religiosi ut causa decadentiae studiorum).

Utilem quoque notionem de ROGERO BACONE idem A. vulgavit in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 554-558. In ea concinne breviterque tractatur BACONIS vita et opera, methodus, hylemorphismus, doctrina de universali et concreto, conceptus historiae. - Nonnullae notitiae de vita ROGERI, quas A. in hac altera tractatione iam aliquomodo correxit, ulterius emendandae sunt ope praesertim libri St. C. EASTON, *Roger Bacon and his Search for a Universal Science*, Oxford 1952 (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1092). S. ST. A.

1693. - DAWSON Chr., *The Significance of Roger Bacon*, in *The Month* 9(1953) 47-52.

1694. - ALESSIO Franco, *Mito e scienza in Ruggero Bacone*. (Pubblicazioni della Facoltà di Filosofia e Lettere dell'Università di Pavia). Milano, Casa Editrice Ceschina, 1957. 24 cm., 328 pp.

Principales fructus indagationum quas A. dedicavit ROGERO BACONI, eiusdem magistris ROBERTO GROSSETESTE et PETRO PEREGRINO DE MARICOURT, necnon circulo interpretum arabico-latinorum Herefordensium, hoc libro colliguntur. Per quatuor partes, non nimis clare inter se distinctas, A. omnes fere quaestiones biographicas BACONIS disputat, scripta et cogitationes eius philosophicas et scientificas examinat, bona plerumque cognitione rerum et saepe utens nova et propria factorum interpretatione. Intendens illustrare nexum inter historiam cogitationis philosophicae et historiam investigationis scientificae, praesertim inquirit quae apud BACONEM ad mythum et impetum religiosum pertineant, quae vero ad scientiam. Duplici appendice recensentur loci doctrinales quos ROGERUS ex scriptis LINCOLNIENSIS mutuavit (p.319s) et theoriae quas ante *Opus Maius* an. 1247-1267 circiter exposuit et postea eodem scripto inseruit (321s).

Huius operis praecipuum incommodum est quod saepenumero BACONIS cogitatio ita proponitur ut difficulter quis distinguat quid ad veram textuum explicationem, quid ad hypothesim, quid ad ipsius A. conceptionem historico-philosophicam pertineat. Plurima acute notantur et nova luce splendescunt, plurima etiam litis materiam ministrant (e.g. de habitudine BACONIS ad BONAVENTURAM, de qua cf. E. BETTONI in *Studi Franc.* 59[1962] 24-46). Notamus quod illa librorum censura, de qua in *Const.Narbon.* VI, 21 agitur, probabiliter iam ab an. 1254 viguit, i.e. ante ingressum BACONIS in Ordinem (cf. R.B. BROOKE, *Early Franciscan Government*, Cambridge 1959, 269). S. ST. A.

1695. - MACCAGNOLO Enzo, *Ruggero Bacone e la metafisica classica*, in *Stud.Franc.* 52(1955) 360-393.

Dum saec. XIII praesertim apud THOMAM AQUINATEM refloruit metaphysica classica, apud ROGERUM BACONEM, qui inter maiores mediaevales humanitatis cultores sane numeratur, fundamenta et principia metaphysicae Veterum quodammodo obscurantur. Examinatis variis adspectibus habitudinis BACONIS relate ad metaphysicam, A. concludit: « La posizione di Ruggero Bacone è di allontanamento dalle radicali metafisiche: tutto il sistema filosofico, ispirato dalla teologia, finisce per essere una concezione meccanicistica del mondo in cui si dissolve la presenza teologica posta in grazia dell'autorità rivelante, come principio del moto » (p.393).

Considerationes A. attingunt argumenta quae sequuntur: metaphysica et programma BACONIS scientificum, theologia et philosophia, tres modi cognoscendi (cf. *infra* n.1696), empirismus eiusque limites, methodus inquisitionis scientificae, experientia ut primum principium scientiarum, natura eiusque principia, dynamismus et finalitas naturae, individualismus (primatus individui) et realismus exaggeratus, cognitio seu doctrina « specierum ». - Varietas textuum ex pluribus et diversis BACONIS operibus avulsorum nonnumquam penes lectorem dubium generat de recta A. interpretatione. Chronologiam quoque operum ROGERI nullus investigator eiusdem doctrinarum leviter praetermitteret. S. ST. A.

1696. - MEYER Gilles, O.F.M., *En quel sens peut-on parler de « méthode scientifique » chez Roger Bacon?*, in *Bull.Litt.Eccl.* 53(1952) 3-25. 77-98.

Diligenter examinatur quid intellexerit ROGERUS BACON *methodum scientificam* et qualem ipse adhibuerit. Condiciones verae scientiae stabiliendae tres numerantur: intelligibilitas rerum, veritas factorum seu eventuum, certitudo acquisita. Modi autem cognoscendi seu viae per quas scientia acquiritur, tres distingui possunt: per argumentum auctoritatis, per argumentum rationis, per experientiam. In hac triplici via explicanda A. praesertim immoratur, ipsius BACONIS textibus comprobans et illustrans quomodo semper caute procedendum sit et quem valorem habeant singula argumenta.

Argumentum auctoritatis requirit validum apparatum linguisticum, ut ipse textus auctoris in lingua originali intelligi atque diiudicari possit et sic vera auctoritas et sententia discernatur. Inter argumenta quae faciunt fidem per assignationem rationis vel causae, omnino eminet ratiocinatio mathematica, sed etiam haec potissima demonstratio in pluribus campis remanet invalida, quia veritas per rerum ipsarum experientias certificetur oportet. Experientiae varietate ad mentem BACONIS exposita, A. describit varia adiumenta et instrumenta experimentalia necnon experientiae itinerarium. S. ST. A.

1697. - HOCHBERG H., *The Empirical Philosophy of Roger Bacon*, in *Philosophy of Science* 20(1953) 313-326.

1698. - FRANKL Victor, *El augustinismo franciscano del siglo XIII como raíz de la física matemática moderna*, in *Bolívar* 16-20(1953) 25-68.

Diligenter describitur quomodo augustinismus franciscanus saec. XIII, quatenus praesertim apud ROGERUM BACON invenitur, merito considerari possit initium et radix scientiae physicae mathematicae modernae. S. ST. A.

1699. - VASOLI C., *Il programma riformatore di Ruggero Bacone*, in *Riv.Fil.* 47(1956) 178-196.

A CLEMENTE V rogatus ROGERUS BACON in tribus praesertim operibus (*Opus Maius, Opus Minus, Opus Tertium*) exposuit principia quae apta et necessaria habuit ad Ecclesiam et societatem christianam restaurandam. Huius reformationis formam describens A. agit de scientia ut sapientia practica et virtute morali, de sacrorum textuum et theologiae correctione, de necessitate principia canonica definiendi modo rationi convenienti, de methodis violentis fugiendis, apologia vero et praedicatione adhibendis, de philosophia experimentali et unione omnium scientiarum, de scientia ad strictas normas rationis et experientiae elaboranda. S. ST. A.

1700. - MASSA Eugenio, *Ruggero Bacone. Etica et Poetica nella storia dell'« Opus Maius »*. (Uomini e dottrine, 3). Roma, Edizioni di Storia e Letteratura, 1955. 26 cm., 192 pp.

Recto ordine traditionali trium scriptorum BACONIS (*Opus Maius, Minus, Tertium*) contra opinionem P. MANDONNET firmiter stabilito (p.7-80), examinatur regula et iudicium quae BACON secutus est in requirendo seligendoque textus morales veterum scriptorum eosque large distribuendo per opus quod *Moralis Philosophia* dicitur (cf. *Coll.Franc.* 25[1955] 188s; *Bibliog.Franc.* X, n.1100).

Intentio et voluntas BACONIS fuisse videtur quod progressum statueret logico-rhetorico-poeticum, qui efficaciam et stimulum daret cognitioni, cuiusque autem absentiam in mundo christiano BACON vehementer deploravit. Ipse ad exemplarismum poetico-rhetoricum artis exsistentiae SENECAE appellans antiquam sapientiam promovit quae cum musica, rhetorica, poetica iungebatur et earum ope etiam scientiis mathematicis haerebat. Cf. eiusdem A. *Vita civile e crisi latina in Ruggero Bacone*, in *Rassegna di politica e di storia* 6(1955). S. ST. A.

1701. - HECK Erich, *Roger Bacon. Ein mittelalterlicher Versuch einer historischen und systematischen Religionswissenschaft.* (Abhandlungen zur Philosophie, Psychologie und Pädagogie, Band 13). Bonn. H. Bouvier u. Co. Verlag, 1957. 21 cm., [4]-VIII-344 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 431s.

1702. - ROSEN Edward, *Did Roger Bacon Invent Eyeglasses?*, in *Arch.Intern.Hist.Sciences* 7(1954) 3-15.

ROGERUS BACON primus omnium excogitasse seu invenisse perspicilia traditur. Haec tamen traditio, quam A. examinat, originem a W. MOLYNEUX, *Dioptrica nova* (London 1672), repetere videtur, qui propria manu in suo libro adnotavit se erravisse attribuendo talem inventionem BACONI. A fonte ergo turbido memorata traditio ortum duxit.

Hac oblata occasione notamus quod ignotus quidam magister parisiensis in altera parte saec. XIII sermonem scribens pro die Dominica IV Adventus haec verba habuit: « Videbit omnis caro — Modus senum est propter oculorum debilitatem et litterae subtilitatem interponere cristallum, ut eis littera ingrossetur... » (Padova, *Bibl.Antonian. 450*, f.105*v*; ex communicatione G. ABATE, O.F.M.Conv.). — Vide etiam *Isis* 52(1961) 95s. S. ST. A.

1703. - MYRES J.N.L. - ROUSE E. Clive, *Further notes on the painted frieze and other discoveries in the Upper Reading Room and the Tower Room*, in *Bodl.Libr.Rec.* 5(1954-1956) 290-308.

Inter alia notantur duae antiquae picturae de ROGERO BACON..

Bartholomaeus de Bononia, O.Min., † post 16 iul. 1295

Vide etiam: n. 640 controversia cum Sigero; 739 actus fidei.

1704. - GLORIEUX P., *Nouvelle candidature pour le Commentaire sur les Sentences de Paris Nat.Lat. 16407*, in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 22 (1955) 312-322.

Commentariolum istud auctorem verum scripti in *IV Sent., cod. Par.Nat.lat. 14607* contenti, pervestigare intendit. Operis enim paternitas sagacitatem plurium virorum peritorum iam diu detinet.

G. ENGLHARDT (cf. *Coll.Franc.* 8[1938] 277s) sodalem quendam franciscanum, ca. an. 1270, eius auctorem esse asseruit. E. LONGPRÉ, O.F.M., JOANNIS DE MURRO, O.Min. († 1312), paternitatem proposuerat, contra quem tamen O. LOTTIN, O.S.B., dubia haud levia movit (*Bibliog.Franc.* VIII, n.691; IX, n.734). Quando A. disquisitionem suam iam commentarii periodici moderatori dederat, inspexit conspectum insignem V. DOUCET, O.F.M. (cf. *supra* n.611: *ibid.*, p.137-139), ubi JOANNES DE PECHAM, O.Min. († 1292) qua operis pater proponitur. Quorum indiciorum prudenter rationem habens, A. argumentis sane considerandis, licet non omnino certis, uti ipse concedit, BARTHOLOMAEUM DE BONONIA, O.Min. († 1295) *Comm. A* composuisse evincit. Manuscriptum dictum enim tria *Comm. in Sent.*, saltem partialia, in spatio libero eiusdem foliorum conscripta, continet. *Comm. A'* et *B*, opinante Auctore, nihil aliud sunt quam adnotationes studiosi cuiusdam viri, qui praelectiones BARTHOLOMAEI secutus est. Sigla *m* et *pre* A. non aliter ac DOUCET interpretatur, scil. *m*[*inor*], i.e. sententia Minoritae, et *pre*[*dicator*], i.e. sententia alicuius Dominicani; signa *q°H* et *q°Tho*, aenigmatica remanserunt, a viris peritis adhuc exploranda. - Pro iudicio circa attributionem ab Auctore propositam cf. *BTAM* VII, n.2208. - Cf. etiam BONAFEDE G., *Bartolomeo da Bologna*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 585. O. R.

Petrus Joannis Olivi, O.Min., † 14 mart. 1298

Vide etiam: n.650 bibliographia; 114. 744. 1734 mss.; 640 controversia cum Sigero; 642 Gundisalvi; 595 probatio exsistentiae Dei ex tempore; 687 praesentia rerum coram aeternitate; 692 quantitas, principium inertiae; 693 critica philosophiae naturalis Aristotelis; 694 impetus; 711 ethica; 739 actus fidei; 939 potestas papae; 940 contra Graecos; 943 character; 959. 1731 gratia; 973 apocalypsis; 1229. 1231 S. Joseph; 1369 expositio Regulae; 1575 iudicium de S. Bonaventura.

1705. - BETTONI E., *Olivi (Olieu) Pier di Giovanni*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1009-1010.

1706. - MANSELLI Raoul, *Profili del sec. XIII: Pietro di Giovanni Olivi*, in *Humanitas* 10(1955) 121-133.

1707. - PETRUS IOANNIS OLIVI, O.F.M., *Quaestiones quatuor De Domina*, edidit P. Dionysius PACETTI, O.F.M. (Bibliotheca Franciscana

Ascetica Medii Aevi, 8). Quaracchi, Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1954. 17,5 cm., 60*-91 pp.

Ad fidem codicum Siena, *Bibl.Comun. U.V.5* et *U.V.7* (autographus S. BERNARDINI SENENSIS unus, alter vero cum eiusdem correctionibus et additionibus ad usum eius fuit) eduntur quatuor quaestiones *De Domina* seu de Virgine Maria, scil. I *De consensu virginali* (p.1-23), II *De duodecim victoriis beatae Virginis habitis in duodecim praeliis tentationum* (23-44), III *De excellentia et perfectione Virginis gloriosae* (44-58), IV *De dolore beatae Virginis in passione Christi* (58-88).

Praemittitur docta et accurata introductio, in qua A. concinna brevitate agit de vita et operibus PETRI JOANNIS (7*-29*), de scriptis OLIVI a BERNARDINO SENENSI ut fonte praecipuo sermonum suorum adhibitis (30*-41*), de quatuor quaestionibus *De Domina* edendis (41*-59*). Cum A. in rebus olivianis perfecte planeque sit eruditus, alte exspectatur copiosior de vita et operibus PETRI JOANNIS tractatio, quam promisit (14*). Interim, elenchus operum 64 ab OLIVI compositorum (15*-29*: opera philosophica-theologica et apologetica, expositiones seu lecturae in S. Scripturam, opera de perfectione evangelica et franciscana, opera ascetico-mystica) magnam habet utilitatem, cum sit recentioribus investigationibus omnibus accommodatus. S. ST. A.

1708. - PACETTI Dionisio, O.F.M., *Un trattatello ascetico-mistico dell'Olivi, conservato in un codice della Nazionale di Firenze*, in *Studi Franc.* 52(1955) 73-86.

Florentiae, *Bibl.Naz., cod. sopp.C.8.1165*, f.11*r*-13*v* adservatur brevissimum opusculum ascetico-mysticum *Informatio Petri Johannis ad virtutum opera* nuncupatum, quod PETRI JOANNIS OLIVI esse argumentis solidis evincitur simulque ad fidem codicis, olim ad Eremum Camuldulensem pertinentis, editur (p.83-86).

Ed., licet suspicetur praefatum ms. textum Doctoris Speculativi aliquatenus recognitum exhibere, eum typis mandat, ut viri periti alios codd. odorari valeant. Opusculum a verbis incipit: *Quoniam multum placet mihi* ac explicit: *... nec sit desiderium altioris vitae et maioris perfectionis sine sentimento propriae imperfectionis et nihilitatis.* Manuscripto dicto continentur insuper, etsi anonyme tradantur, OLIVI, *Remedia contra tentationes huius temporis ab experto tradita* (77) necnon *De 14 gradibus amoris gratiosi* (75). Inter scripta franciscana nondum edita quoque advertuntur: *Verba Virginis Mariae ad beatam Helysabeth filiam regis Ungarie* (76); *De generali contritione Bonaventure* (76); *Ex tractatu de expositione Misse Guillielmi de Gondo ordinis minorum in communione quando sacerdos celebrat* (77). - Opusculum nostrum OLIVI vindicatur (78-83). Nam textus consimiles in LUDOLFI DE SAXONIA, O.Carth. († 1377), *Vita I Christi* inventi e Nostro certe pendent. Nec horum tractatuum auctor esse potest MATTHAEUS DE LAS BOZIGUAS, O.Min., Spiritualium ducis coaevus, qui forsitan haec opuscula in idioma Provinciae vertit. O. R.

1709. - FUSSENEGGER Geroldus, O.F.M., « *Littera septem sigillorum* » *contra doctrinam Petri Ioannis Olivi edita*, in *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 45-53.

Huiusmodi documentum, *Littera septem sigillorum* dictum eo quod illud ex PETRI JOANNIS operibus congesserunt atque suo sigillo munierunt quatuor doctores et tres baccalaurii domus parisiensis O.Min., excerptum est ex Graz, *Bibl.Universitatis, cod. 1226*, f.128*rb-va*. In eodem vero codice, qui sedulo describitur, plura exstant eiusdem OLIVI scripta.

Littera vero constat 22 punctis, quibus magistri atque baccalaurii refellunt totidem propositiones PETRI JOANNIS, ab ipsis nota dignas putatas, quin tamen de eius auctore mentionem faciant; illi die 19 maii 1283 sua sigilla appenderunt, ac dein Avenione oblata fuit ipso OLIVI, ut eam statim subsignaret. Ipse vero pro sui defensione tres responsiones temporis decursu scripto consignavit, quas in lucem protulit D. LABERGE, O.F.M., *Fr. Petri Ioannis Olivi, O.F.M., tria scripta sui ipsius apologetica annorum 1283 et 1285*, in *Arch.Franc.Hist.* 28(1935) 115-155. 374-407; 29(1936) 98-141. 365-395. M. A.

1710. - HEYNCK Valens, O.F.M., *Zur Datierung der Sentenzenkommentare des Petrus Johannis Olivi und des Petrus de Trabibus*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 371-398.

Omnes notitias de vita PETRI JOANNIS OLIVI expendens et studia praesertim V. DOUCET, O.F.M., prosequens (cf. *Coll.Franc.* 8[1938] 281-283) A. magna cum probabilitate stabilire potest PETRI JOANNIS *Commentarium in Sententias* — qui sedulo distinguendus est a collectione *Quaestionum in Sententias* seu *Summa quaestionum in Sententias* (partim edita a B. JANSEN in *Bibl.Franc.Schol. MA.* IV-VI) — esse reportationem praelectionum, quas OLIVI lectoratu fungens Florentiae an. 1287/88 vel Monte Pesulano ca. 1290 habuit. Deinde A. strictius determinare quaerit quo tempore PETRUS DE TRABIBUS, O.Min., *Commentarium in Sententias* composuerit. Hac de causa accuratam instituit comparationem inter PETRI scriptum et anonymum illum *Comm. in Sent.* (Firenze, *Bibl.Naz. D.6.359*) quem E. LONGPRÉ probaverat Florentiae an. 1294/95 esse compositum. Anonymum florentinum non esse nisi diligentem abbreviationem commentarii PETRI ex textibus ad invicem relatis satis constat. Commentarius igitur PETRI DE TRABIBUS ca. 1290 exaratus esse videtur. Postremum A. comparando *Commentarios in Sententias* OLIVI et PETRI DE TRABIBUS quoad quaestiones de paenitentia clare demonstrat hunc ultimum illius *commentarium* cognovisse et sedulo adhibuisse. Probabile reputat tam OLIVI quam PETRI DE TRABIBUS commentarium in Studio generali Florentiae esse exaratum. S. ST. A

1711. - SIMONCIOLI Feliciano, O.F.M., *Il vero fondamento metafisico del dinamismo Oliviano.* (In margine ad una recente interpretazione del dinamismo psicologico di Pier di Giovanni Olivi), in *Studi Franc.* 51(1954) 127-139.

1712. - BETTINI Orazio, O.F.M., *Attivismo della forma o attivismo della materia in Olivi?*, in *Studi Franc.* 52(1955) 42-57.

Introductionis gratia O. BETTINI, de activa animi operositate (attivismo) psychologico-gnoseologica scribens (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1110s), pauca quaedam statuerat de momento materiae primae pro dynamismo oliviano. Cum vero F. SIMONCIOLI sub his sententiis latere suspicatus sit falsum realitatis conceptum qui modo hegeliano perperam identificaret activitatem (attività) cum rerum incremento (il divenire), haec duo

argumenta clarius distinguere satagit. Deinde contra BETTINI, quem putat materiam primam (materialem vel spiritualem) posuisse ut unicum immediatum principium activitatis, affirmat tantummodo formam (corporalem vel spiritualem) esse activitatis principium.

His animadversionibus respondens BETTINI rem suam facile clarificavit, cum iam ab initio consentiret oppositori suo qui attentius aequiusque totam ipsius dissertationem legens parum scandali invenisset. S. ST. A.

1713. - BETTINI Orazio, O.F.M., *Fondamenti antropologici dell'attivismo spirituale in Pietro Olivi,* in *Studi Franc.* 52(1955) 58-72; 54 (1957) 12-39.

Accuratam suam expositionem de activismo oliviano prosequens (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1110s) A. ulterius examinat quomodo ex parte animae, reiecta prius omni efficientia obiecti, nihilominus iterum stabiliatur contactus cum realitate. Cum enim OLIVI obiectis negaret omnem possibilitatem agendi effective in spiritum, econtra subiecto seu spiritui validas tribuit aptitudines apprehendendi et attingendi realitatem. Duo praesertim capita doctrinalia hac in re summi sunt momenti: oliviana sententia de naturali colligantia potentiarum et doctrina de virtuali seu intentionali potentiarum conversione ad obiectum. Auctoritate qua gaudet A. in rebus olivianis, verum intellectum harum doctrinarum ostendit earumque officium in activismo spirituali OLIVI commonstrat. S. ST. A.

1714. - MARSCHALL John, S.C.V., *The Causation of Knowledge in the Philosophy of Peter John Olivi, O.F.M.* According to his *Commentary* on the *Second Book of the Sentences* and the *Quaestiones de Deo Cognoscendo,* in *Franc.Stud.* 16(1956) 313-318.

Ad mentem OLIVI brevia verba fiunt de divina illuminatione et naturali cognitione (colligantia potentiarum, causalitas terminativa obiecti, sensatio, intellectualis cognitio rerum sensibilium, cognitio rerum immaterialium). S. ST. A.

1715. - BETTONI Efrem, O.F.M., *I fattori della conoscenza umana secondo l'Olivi,* in *Riv.Fil.Neoscol.* 47(1955) 8-29.

Notum est OLIVI vigorose impugnasse explicationem aristotelicam processus intellectivi, scil. doctrinam de intellectu agente et possibili et theoriam specierum intelligibilium. Hisce doctrinis substituit theoriam propriam de colligantia potentiarum et de causalitate obiectiva seu terminativa obiecti. Plane distincteque problema cognitionis humanae rerum sensibilium secundum varios adspectus ad mentem OLIVI ab A. exponitur. Quaedam quoque animadversiones, promerita et defectus solutionis olivianae illustrantes, passim proferuntur, a quibus dissentire cuique est liberum.

Haec et alia argumenta A. nuperrime plenius exposuit in libro cui titulus *Le dottrine filosofiche di Pier di Giovanni Olivi,* Milano 1959 (cf. *Coll.Franc.* 31[1961] 111s). S. ST. A.

1716. - BETTONI Efrem, O.F.M., *Pier di Giovanni Olivi critico dell'intelletto agente*, in *Studi Franc.* 52(1955) 19-41.

Acerrima censura a PETRO JOANNIS OLIVI acta doctrinae scholasticorum auctorum de intellectu agente plane diligenterque exponitur ad fidem notorum textuum OLIVI, scil. responsionis ad 13 in *Quaestione 58 in II Sent.* (ed. B. JANSEN in *Bibl.Franc.Schol.MA.* V, Quaracchi 1924, 457-461) et *Quaestionis 72 in II Sent.* (*Ibid.* VI, Quaracchi 1926, 1-51). Cura A. est ut etiam condiciones historico-doctrinales quodammodo illustret, ostendens e.g. quod etiam GODEFRIDUS DE FONTAINES expertus sit difficultates in determinando intellectus agentis officio. Nemo tamen contra doctrinam de intellectu agente efficacius pugnavit quam OLIVI, qui eam funditus evertit novamque explicationem processus cognoscitivi ei substituit. S. ST. A.

1717. - BETTONI Efrem, *Il realismo moderato di Pier di Giovanni Olivi è autentico?*, in *Riv.Fil.Neoscol.* 48(1956) 231-251.

Cum problema universalium penes OLIVI hucusque parum sit examinatum et nonnumquam minus recte intelligatur, A. sententiam PETRI JOANNIS hac in re ad trutinam probe expendit, plane docteque commentans praesertim ex *Quaestionibus in II Sent.* quaestionem 13: an universalia sint in individuis suis secundum suam universalitatem an tantum in intellectu (ed. B. JANSEN in *Bibl.Franc.Schol.MA.* IV, Quaracchi 1922, 231-255). Secundum A., qui realismum moderatum intelligit illum SCOTI et S. THOMAE, OLIVI verbis tantum sed non re profitetur realismum moderatum. Etsi enim aliquibus formulis et expressionibus utatur quibus talis interpretatio suadetur, tamen sua metaphysica sustulit illis verbis naturale fundamentum realismi moderati. Affirmavit enim quod nihil est in rebus extra intellectum *aliquo modo* nisi particulare et individuatum. Universale quoque dixit potius abstrahi *distinguendo* rationem eius a rationibus individualibus sibi adiunctis quam *separando ipsum ab illis.*

Eandem fere expositionem videsis in A. libro *Le dottrine filosofiche di Pier di Giovanni Olivi*, Milano 1959 (cf. *Coll.Franc.* 31[1961] 111s). S. ST. A.

1718. - SIMONCIOLI Feliciano, O.F.M., *Il problema della libertà umana in Pietro di Giovanni Olivi e Pietro de Trabibus.* (Saggi e Ricerche pubblicati a cura della Università Cattolica del Sacro Cuore. Nuova serie, 8). [Milano], Società Editrice « Vita e Pensiero », [1956]. 22,5 cm., 259 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 342s. Vide etiam *Franz. Stud.* 42(1960) 363s, *BTAM* VIII, n.332, *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 126s, *Ét.Franc.* 8(1957) 103-106. — De libertate intellectuali, quam OLIVI philosophis exigebat, quaedam invenies in M.M. MC LAUGHLIN, *Paris masters of the thirteenth and fourteenth centuries and ideas of intellectual freedom*, in *Church Hist.* 24(1955) 195-211. S. ST. A.

1719. - ADRIANO A KRIŽOVLIAN, O.F.M.Cap., *Conditiones demonstrationis metaphysicae existentiae Dei secundum J.P. Olivi*, in *Studi filo-*

sofici intorno all'« Esistenza », al Mondo, al Trascendente (Analecta Gregoriana, 67), Romae 1954, 305-309.

Prima condicio in demonstratione metaphysica exsistentiae Dei est ut inquiratur verus Dei conceptus isque maxime perfectus qui ab intellectu humano cogitari possit. Alia condicio exigit quod tota deductio et investigatio reducatur in principium contradictionis. His expletis condicionibus veritas propositionis *Deus exsistit* fieri potest per se nota. In alio argumento quod a posteriori procedit, OLIVI principiis metaphysicis ens contingens perscrutatur, consulto tamen evitat sermonem de relatione causali seu de causalitate efficienti inter ens absolutum et ens contingens, ut manifestius appareat quod sola natura contingens sufficienti evidentia *necessitatem* realis exsistentiae entis a se testatur. Has olivianas sententias A. desumpsit ex quaestionibus *De Deo cognoscendo*, q.3: An Deum esse sit per se notum aut per rationes necessarias demonstrabile an sola fide creditum (ed. B. JANSEN in *Bibl.Franc.Schol.MA.* VI, Quaracchi 1926, 517-554). S. ST. A.

1720. - HEYNCK Valens, O.F.M., *Zur Bußlehre des Petrus Johannis Olivi*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 39-65. 150-176.

Elucubratione hac magistrali A. in naturam ac vim sacramenti Paenitentiae ad mentem PETRI JOANNIS OLIVI uberrime inquirit. Istud studium circa Spiritualium ducis doctrinam effici potuit, postquam V. DOUCET, O.F.M., 80 quaestiones *IV Sent.* ipsius detexit (cf. *Arch. Franc.Hist.* 28[1935] 156-197. 408-442).

Statu quaestionis exhibito (p.39-41), A. prius argumenta Paenitentiae ibidem tractata, versione germanica ac textu originali adductis, enarrat (41-54). Sunt siquidem haec capita: efficacia absolutionis (41-44), signum ac signatum (44-46), confessionis habitudo ad iustificationem (46-50), nexus infusionis gratiae ad peccatorum remissionem (51), contritionis vinculum cum admissorum expulsione (51-53); reconciliatio cum Deo per satisfactionem (53s). - Tunc luce historiae theologiae hi singuli Paenitentiae adspectus systematice dilucidantur: 1) natura iustificationis (55-62). Ipsa tota pendet e meritis Christi, quae Passione sua sibi comparavit. Peccatum nimirum est « privatio et reatus et *obligatio*, qua propter peccatum tenetur quis obnoxius Deo » (p.51 adn. 28). « ...Remissio culpae nihil aliud est quam non imputatio eius propter meriti Christi participationem » (52 adn. 29). Admissis divinitus condonatis, Deus homini uno eodemque momento habitum gratiae ac caritatis confert, quo sibi fit acceptus atque ad meritorie agendum capax. - 2) Confessionis sacramentalis necessitatem salutarem Noster summopere urget (63-65). Sacramentum istud, sive in actu sive — casu impossibilitatis — in voto recipiatur, est pro peccatis gravibus post baptismum commissis sacramentalis communicatio meritorum Christi passi. - 3) Efficaciam absolutionis, tam culpam quam poenam aeternam directe attingentem, contra v.g. S. BONAVENTURAM strenue vindicat (150-152; cf. *supra* n.1657). - 4) Elementa, quae signum sacramentale formaliter ac principaliter constituunt, sunt solum confessio peccatorum et absolutio sacerdotalis, cui vis praecipua competit (152-158). - 5) Contritio — attritio in contextu nostro non recolitur —, etsi sit sacramenti pars, tamen in signum sacramentale minime intrat nec effectum medium Paenitentiae efformat (158-172). Hic dolor et horror peccatorum praeteritorum propter Deum non necessario gratia sanctificante formatus esse debet nec, eius summo momento non obstante, ex sese iustificationem et reconciliationem tribuit. - Ad epilogi instar asserta praecipua commode colliguntur ac critice diiudicantur (172-176). In pluribus doctrinis OLIVI potius ex AQUINATE quam S. BONAVENTURA pendet, in aliis J.D. SCOTUM, immo LUTHERUM ac quosdam theolo-

gos ante Tridentinum ac Patres et theologos ipsius Concilii praenuntiat. En iudicium Auctoris sententiose expressum: « Die Rechtfertigungs- und Bußlehre Olivis ist stärker als die eines anderen Scholastikers christologisch, sakramental und personal ausgerichtet » (175). Cf. etiam *Schol.* 32(1957) 320. O. R.

1721. - KAUP Julian, O.F.M., *Das Wesen des sakramentalen Charakters nach Petrus Johannis Olivi und Petrus de Trabibus*, in *Theologie in Geschichte und Gegenwart* (cf. *supra* n.726) 807-824.

Egregia pervestigatione J. GALOT, S.J. (*supra* n.943), non obstante, minime supervacaneum evasit, in singulorum mediae aetatis doctorum sententiam circa characterem sacramentalem inquirere. Quod A. scite praestat commentatione sua de PETRI JOANNIS OLIVI et PETRI DE TRABIBUS sensu.

Brevi conspectu historico opinionum anteriorum praemisso, A. 1) sententiam OLIVI singulatim indagat (p.809-817). Characteres trium sacramentorum siquidem ad mentem illius aliquid reale animae addunt, non tamen novam formam vel qualitatem, at relationem realem induunt qua, Dei voluntate disponente ac assistente, iura potestativa ad effectus muneraque sacramentorum conferuntur. Ad mentem Nostri penitius explorandam, A. praeter ipsius scripta etiam defensionem HUBERTINI DE CASALE commemorat. Ad originem « mysticam » huius sensus signanter iuridici detegendam, consulatur nunc dissertatio praelaudata GALOT, qui merito affirmat, ipsius absolutae paupertatis anhelitum esse radicem diminutionis quam veritati gratiae creatae intulit (*loco cit.*, 200-207). - 2) Ad vocem magistri fideliter respondet assecla PETRUS DE TRABIBUS (817-821), qui pro opinionibus tam veritatis absolutae quam relationis realis argumenta pro et contra colligit ac demum caute subdit: « Quae istarum positionum sit verior, discutiat studiosus inquisitor » (820). Quod assertum tamen non est nisi prudentiae velum, quo opinio merae relationis obtegitur. Quae commentarii pars subsidium prorsus novum attulit, cum GALOT ne PETRI nomen quidem recolat. - 3) Postrema parte A. duorum sodalium franciscalium placita in contextu historico reponere nititur (821-824). Hic denuo studium GALOT commendamus. Doctrinae de relatione antesignanus GUERRICUS DE SAINT-QUENTIN, O.P., esse videtur, quem ALBERTUS M., saltem ad tempus, secutus est (131-136. 139-144). - Quod sensus locutionis: « quaedam *mulcebris* passio » spectat, C.D. DU CANGE (*Glossarium* IV, Parisiis 1845, 567*a*) voces *demulcere, fovere* innuit (cf. p.819). O. R.

1722. - MANSELLI Raoul, *La « Lectura super Apocalipsim » di Pietro di Giovanni Olivi. Ricerche sull'Escatologismo Medioevale.* Istituto Storico Italiano per il Medio Evo. (Studi Storici, fasc. 19-21). Roma, nella Sede dell'Istituto, 1955. 24 cm., IV-243 pp.

Inquisiturus de rationibus eschatologicis, quae in *Lectura super Apocalipsim* PETRI JOANNIS OLIVI abundant, A. amplam praemittit tractationem de exspectatione item eschatologica penes homines mediae aetatis, quatenus colligere fas est praesertim in scriptis: S. GREGORII MAGNI, ISIDORI HISPALENSIS, BEDAE VENERABILIS, PS.-METHODII, ADSONIS, *Sibillae Tiburtinae* et ODDONIS CLUNIACENSIS, scil. ab exeunte saec. VI usque ad saec. IX (c.I, p.1-37); BERNARDI DI MORVAL, S. BERNARDI, ANSELMI DE HAVELBERG, GEROHI DE REICHERSBERG, OTHONIS DE FRISINGA, HILDEGARDIS DE BINGEN ac tandem et praecipue RICHARDI DE S. VICTORE, saec. XII (II, 39-80); JOACHIMI DE FLORE, GERARDI DE BORGO S. DONNINO, S. BONAVENTURAE (III, 81-134); duo vero postrema capita A. inquisitioni de OLIVI operibus reservat, ac definite: decernit statum studiorum circa celebrem doctorem Spiritualium Provinciae, eius commen-

tarios biblicos necnon epistolas ab eodem missas captivis CAROLI II Andagavensis filiis et CONRADO DE OFFIDA (IV, 135-176); tandem describuntur notae septem aetatum vel periodorum historiae Ecclesiae incipiendo a Christo usque ad mundi finem, qualiter ex *Lectura* resultant.

Quod rem franciscanam et praesertim OLIVI eschatologiam attinet, haec notanda sunt: 1) praeclari A. inquisitio minime ad solum campum eschatologicum restringitur, sed amplectitur historiam, quam PETRUS JOANNIS in septem periodos partitur, motum spiritualem ab ipso promotum ac tandem quaestionem de orthodoxia ipsius OLIVI, qui in ferendo iudicio de Ecclesia sui temporis severissimus est, sed tamen papae auctoritatem plene agnoscit atque vindicat; 2) auctores a quibus, pro dictanda sua *Lectura*, OLIVI potissimum accepit sunt RICHARDUS DE S. VICTORE, JOACHIMUS DE FLORE et S. BONAVENTURA; sed enixe animadvertendum est quod plura, quae consuevimus reputare JOACHIMI propria (ita, praesertim, conatus partiendi historiae tempus in periodos), erant iam in plurium saeculorum traditione; 3) aliter ac GERARDUS DE BORGO S. DONNINO (qui, JOACHIMUM secutus, in suo *Introductorius in Evangelium aeternum* — damnato ab Apostolica Sede die 25 oct. 1255 — scribit tertiam aetatem, scil. Spiritus Sancti, esse iam ortam et angelum sexti sigilli, *qui habet signum Dei vivi*, esse ipsum S. FRANCISCUM), PETRUS JOANNIS servat aptitudinem criticam erga JOACHIMI scripta; et multa, et quidem praecipua, quae JOACHIMUS habet propria, refellit, scil.: a) nexum ternarium inter processionem Personarum Trinitatis et progressum historiae ac trium aetatum appropriationem ad singulas Trinitatis Personas (et in hoc A. aliter omnino, et quidem merito, sentit ac E. BENZ, *Ecclesia spiritualis*, Stuttgart 1934); b) OLIVI minime amplectitur visionem joachimiticam de tertia aetate, in qua primas partes haberet famosus monachismus universalis; c) item, considerationem suam minime fert in res politicas, quas JOACHIMUS maximi facit; 4) OLIVI Ecclesiae historiam distinguit in septem aetates, sed maximam attentionem adhibet ad quintam aetatem (quae aliis longior est et ab exeunte saec. VI usque ad sua tempora decurrit), quae clericorum laxitudine et ortu antichristi mystici signatur; animadvertendum tamen est, quod OLIVI neque antichristum cum papa, nec Babylonem cum Ecclesia romana confundit; de reliquis vero duabus aetatibus ipse prudenter scribit; 5) A. vero plurima de interpretatione eschatologica personae et missionis S. FRANCISCI, de impugnatione magistrorum parisiensium contra Ordines Mendicantes (cf. HILARINUS FELDER VON LUZERN, O.F.M. Cap., *Geschichte der Wissenschaftlichen Studien im Franziskanerorden*, Freiburg 1904), de actuositate divina in humanis eventibus (iuxta *Collationes in Hexaemeron*) et significatione S. FRANCISCI in historia salutis (*Legenda* eiusdem) iuxta S. BONAVENTURAE mentem inquirit. M. A.

1723. - DAVIS Charles Till, *Dante and the idea of Rome*. Oxford, Clarendon Press, 1957. 19 cm., [VI]-302 pp.

Ex *Rev.Hist.Eccl.* 54(1959) 1107 colligimus quod A., dum de scriptoribus DANTIS ALIGHIERI aetatis inquirit, reservat « un rôle considérable à un joachimite tel que Pierre Jean Olivi »: at eundem OLIVI sic et simpliciter joachimitam minime haberi posse nuper ostendit R. MANSELLI (cf. *supra* n.1722; vide etiam *Arch.Franc.Hist.* 51[1958] 206s). M. A.

1724. - MAY William Harold, *The Confession of Prous Boneta, Heretic and Heresiarch*, in *Essays in medieval life and thought* (cf. *supra* n.1565), 3-30.

Na (scil. domina) PROUS BONETA, cuius confessio (quae hic typis integra editur p.6-30) publicata fuit per inquisitorem urbis Carcassonne die 6 aug. 1325, beguina illitterata et somnians, vixit in ambitu ferventis

venerationis erga PETRUM JOANNIS OLIVI et propter haeresim ab ipsa professam fuit combusta. M. A.

Guilelmus de La Mare, O.Min., † 1298 (?)

Vide etiam: n.139 bio-bibliographia; 127 correctoria; 546 studia graeca; 631 augustinismus; 683 materia spiritualis; 695 damnatio *1277*; 1607 habitus.

1725. - [PELSTER F., S.J., ed.], *Declarationes Magistri Guilelmi de La Mare, O.F.M., de variis sententiis S. Thomae Aquinatis* primum edidit Franciscus PELSTER, S.J. (Opuscula et Textus historiam Ecclesiae eiusque vitam atque doctrinam illustrantia. Series scholastica, fasc. 21). Monasterii Westfalorum, in Aedibus Aschendorff, [1956]. 19 cm., 31 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 108s. Nota tamen quod D.A. CALLUS, O.P., in *Bull.Thom.* IX, n.1803 non spernendis argumentis probare conatur has *Declarationes* non esse nisi abbreviationem seu extractum *Correctorii* GUILELMI et quidem secundae redactionis eiusdem. Ad quaestionem tamen plene solvendam maxime desideratur editio critica duplicis redactionis *Correctorii* GUILELMI. — De toto hoc argumento correctoriorum vide conspectum D.A. CALLUS in *Bull.Thom.* IX, p.643-655 et recentissimam tractationem etiam ambitus historico-doctrinalis HADRIANI A KRIŽOVLJAN, O.F.M.Cap., *Primordia Scholae franciscanae et thomismus*, in *Coll.Franc.* 31(1961) 133-175 (de correctoriis praesertim p.155-162). S. ST. A.

1726. - MULLER Jean-Pierre, O.S.B., *Le Correctorium corruptorii « Quaestione ». Texte anonyme du ms. Merton 267.* Édition critique. (Studia Anselmiana, 35). Romae, « Orbis Catholicus » - Herder, 1954. 24 cm., XXXII-160 pp.

In Ms. Oxford, *Merton College 267*, f.2*r*-88*v* invenitur integer fere textus *Correctorii fratris Thomae* GUILELMI DE LA MARE, scil. 109 ex 118 articulis. Ad primos 30 articulos adiunguntur *responsiones*, quas A. una cum 30 articulis GUILELMI ad fidem memorati codicis evulgat sub titulo *Correctorium corruptorii « Quaestione »*. Etsi auctor responsionum ignotus sit, certe tamen est anglicus et O.P. socius. Secundum D.A. CALLUS (cf. *Bull.Thom.* IX, p.653s) plura exsistunt argumenta quae GUILELMUM DE MACKLESFIELD ut auctorem suggerant. *Correctorium « Quaestione »* in pluribus dependet a *Correctorio « Quare »*, cuius probabilis auctor, RICHARDUS KNAPWELL, O.P., an. 1282-83 scripsisse videtur textum. - Liber ditatur indice auctorum in *Correctorio* adductorum et tabula alphabetica materiae. S. ST. A.

1727. - [GLORIEUX P., ed.], *Les premières polémiques thomistes*: II. *Le Correctorium Corruptorii « Sciendum »*. Édition critique par Mgr. P. GLORIEUX. (Bibliothèque thomiste, 31). Paris, Librairie Philosophique J. Vrin, 1956. 25 cm., 355 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 108-110. Copiosam quoque

vide tractationem criticam, quam L.J. BATAILLON, O.P. huic libro dedicavit in *Bull.Thom.* X, p.583-594, ordine dicens de traditione manuscripta et auctore huius *Correctorii* necnon de locis S. THOMAE in eo adductis. S. St. A.

1728. - PELSTER Franz, S.J., *Einige ergänzende Angaben zum Leben und zu den Schriften des Wilhelms de la Mare, O.F.M.*, in *Franz. Stud.* 37(1955) 75-80.

In *cod. Troyes 1788*, f.113*r*-116*v* invenitur sermo *de beato Petro apostolo fratris Guilelmi de la Mare regentis in theologia.* Ope notae collectionis sermonum (Oxford, *Merton College 237*) quae magna affinitate iungitur cum codice trecensi, A. stabilire conatur quo anno GUILELMUS « magister regens » Parisiis de beato Petro sermocinatus sit. Cum satis probabilem reputet an. 1275, logice concludit GUILELMUM an. 1272-1274 *Sententias* legisse. Deinde ostendit GUILELMI *Declarationes* et *Correctorium* non Parisiis sed in Anglia exarata esse, et quidem *Declarationes* paulo post 1277, *Correctorium* vero post 1282.

Animadvertendum est quod P. GLORIEUX ex iisdem sermonum collectionibus inter se collatis concluserat GUILELMUM DE LA MARE memoratum sermonem de beato Petro habuisse 29 iun. 1268 (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.486). Amborum tamen virorum peritorum argumentatio vitiatur ex eo quod *cod. Merton 237* non unius anni scholaris sermones continet, ut ii perperam putant (Glorieux: 1267-1268; Pelster: 1275-1276), sed saltem 4 annorum spatium comprehendit, probabiliter inter an. 1267-1275 (cf. *Bull.Thom.* IX, n.1804). — Quoad *Declarationes* et *Correctorium* GUILELMI cf. *supra* n.1725. Vide etiam *Enc.Fil.* I-II, Venezia/Roma 1957, s.v. *Correttòri* et *Guglielmo de la Mare.* S. St. A.

1729. - BAYERSCHMIDT Paul, *Die Stellungnahme des Heinrich von Gent zur Frage nach der Wesensgleichheit der Seele Christi mit den übrigen Menschenseelen und der Kampf gegen den averroistischen Monopsychismus*, in *Theologie in Geschichte und Gegenwart* (cf. *supra* n.726), 571-606.

In examinando HENRICI GANDAVENSIS responso ad quaestionem: « Utrum anima Christi, circumscripta omni dispositione corporis et circumscriptis donis gratuitis, scil. solum in puris naturalibus exsistens, sit nobilior qualibet anima cuiuslibet alterius », A. Scholam franciscanam pluries recolit, speciatim tamen considerat censuram GUILELMI DE LA MARE, O.Min., contra solutionem AQUINATIS in suo opere *Correctorium fratris Thomae* expressam (p.590-592). Ipse doctrinam Doctoris Communis — asseverante Auctore — recte omnino intellexit ac cum moderamine diiudicavit. O. R.

Petrus de Trabibus, O.Min., fl. 1299

Vide etiam: n.1710 *Comm. in Sent.*; 1721 character sacramentalis.

1730. - BETTONI E., *Pietro de Trabibus*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1382.

1731. - HEYNCK Valens, O.F.M., *Zum Problem der sakramentalen Gnade in der Scholastik. Der Olivi-Schüler Petrus de Trabibus über gratia sacramentalis und gratia virtualis,* in *Theologie in Geschichte und Gegenwart* (cf. *supra* n.726), 777-806.

Postquam G. GÁL, O.F.M., PETRI DE TRABIBUS, O.Min., *IV Librum Sent.* detexit et descripsit (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1114), A., qui notus est quaestionum sacramentalium pervestigator, in naturam gratiae sacramentalis ac virtualis penes PETRI JOANNIS OLIVI discipulum inquirit.

Exponitur prius crisis opinionum doctorum anteriorum (p.778-785). In respondendo quaestioni, utrum gratia sacramentalis sit virtus habitualis, PETRUS contra plures adversarios identitatem realem gratiae sanctificantis et caritatis qua problematis praesentis fundamentum urget. Quod quaestionem nostram attinet, alii propugnant gratiam sacramentalem et gratiam virtualem prorsus eamdem esse rem vel solummodo novum addere effectum (sic. v.g. S. BONAVENTURA); alii autumant ipsas ab invicem differre, sive quatenus separatim divinitus infundantur, sive quatenus eiusdem gratiae sanctificantis varios constituunt effectus. Noster, haud sine mentis acie, omnes opiniones praefatas crisi supponit refutatque. - Postea sententia ipsius fusius explicatur (786-797). Quamvis utraque gratia essentialiter distinguatur, in anima nonnisi unam efformant gratiam. Gratia *sacramentalis* est communicatio quaedam gratiae et meriti Christi, qua confertur aliqua potestas ad actus excellentes, quin tamen in anima forma vel qualitas absoluta ponatur. Est « quasi quoddam ius possessivum » (786 adn. 20). Gratia vero *virtualis,* quae nihil aliud est quam caritas, sacramento non per se, sed in adultis per concomitantiam et in parvulis secundum quandam aequipollentiam confertur. Ponit in anima quoddam spirituale pondus ad peccatoris conversionem ad Deum promovendam (788 adn. 22). Huius theoriae, praevalenter iuridicae ac nominalismum praenuntiantis, applicationes in variis theologiae campis considerantur (790-797). - Postea TRABENSIS necessitudo ad suum magistrum illustratur (797-803). Etiamsi OLIVI scripta partim tantum servata sint ac licet quaedam diversitates detegantur, tamen PETRI sententia nonnisi explicationem ac prudentem explicationem opinionum prioris constituit. - Pervestigationis exitus in extrema parte in fusum compendium revocatur ac critice diiudicatur (803-806). Theoria utriusque auctoris sane non undequaque probari potest. Attamen in ea aliqua semina pretiosa includuntur, puta momentum meritis Christi Passionis in iustificatione hominum attributum. Cf. etiam *BTAM* VIII, n.1687; *Franz.Stud.* 42(1960) 373s; *Schol.* 36(1961) 314s. O. R.

Jacobus de Milano, O.Min., fl. saec. XIII

Vide etiam: n.62. 66 incunabula; 982 textus mystici.

1732. - WILSON Edward M., T.O.F., *Meditation on the love of God,* in *The Cord* 6(1956) 371-375.

Opusculi *Stimulus amoris* inscripti JACOBI MEDIOLANENSIS vertitur c.17: *Qualiter homo debet se ad amorem Dei excitare, et quantum potest ignire cor suum* (*Bibliotheca Franciscana Ascetica Medii Aevi* IV, Quaracchi 1905, 94-104). Cf. etiam *Bibliog.Franc.* X, n.1117. O. R.

Servasanctus de Faenza, O.Min., fl. saec. XIII

Vide etiam: n.966 virtutes, vitia.

1733. - MEINOLFUS AB OBERHAUSEN, O.F.M.Cap., *Servasanctus de Faventia, O.Min., De duplici sanctificatione B. Mariae Virginis,* in *Coll.Franc.* 24(1954) 397-402.

SERVASANCTI DE FAVENTIA, quem Tuscum quoque nuncupant et qui exeunte saec. XIII eximius Scholae franciscanae theologus exstitit, caput perite editur *De duplici sanctificatione Beatae Virginis et de virtutibus utriusque* (p.399-402), ex ipsius opere *De laudibus Virginis Mariae* depromptum. Illud 4 manuscriptis traditur (398).

Ed. textum restituit ad fidem codicum Firenze, *Bibl.Laurenz.Plut.XXXV sin.4* necnon *Bibl.Naz.conv.soppr.B. 4.725.* - Doctrina hoc capitulo exposita momento minime caret, etsi ad litteram fere e *Summa Halesiana* mutuata sit. O. R.

Matthaeus de las Bosiguas, O.Min., fl. 1300

Vide etiam n.1708.

1734. - ZORZI Diego, *Testi inediti francescani,* in *Miscellanea del Centro di Studi Medievali,* Milano 1956, 249-324.

A. eodem anno eidem codici de quo *supra* n.224 describendo vacavit et quaedam opuscula in lucem edidit, quae continentur in eodem codice assisano penes La Chiesa Nuova adservato (cf. *Coll.Franc.* 27[1957] 214). Tamen illa scripta simul collecta fuisse videntur post conc. Viennae (1311), non vero ut putat Auctor an. 1298-1304, quo tempore videtur dictata fuisse *Confessio fidei* in codice recepta et in qua occurrit nomen fratris MATTHAEI DE LAS BOSIGUAS, O.Min., cultoris atque sectatoris PETRI JOANNIS OLIVI; qui MATTHAEUS probabiliter eadem scripta in unum collegit atque vulgavit. Cf. recensionem in *Rassegna Letteratura Ital.* 62(1958) 253s. M. A.

Matthaeus de Acquasparta, O.Min., † 29 oct. 1302

Vide etiam: n.744. 782 mss.; 623 textus selecti; 640 augustinismus; 642 Gundisalvi; 1607 habitus; 739 actus fidei; 759 utrum si Adam non peccasset; 940 contra Graecos; 943 character; 114 imago plumbo delineata.

1735. - *Fr. Matthaei ab Aquasparta, O.F.M., S.R.E. Cardinalis Quaestiones disputatae de productione rerum et de providentia.* Ad fidem codicum nunc primum editae cura P. Gedeonis GÀL, O.F.M. (Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, 17). Quaracchi, Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1956. 25 cm., 11*-424 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 317-318; videatur etiam *Franz.Stud.* 39(1957) 65-66.

1736. - *Fr. Matthaei ab Aquasparta, O.F.M., S.R.E. Cardinalis Quaestiones disputatae de fide et de cognitione.* Editio secunda cura PP. Collegii S. Bonaventurae. (Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, 1). Quaracchi, Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1957. 25 cm., 20*-483 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 30(1960) 108s.

1737. - *Fr. Matthaei ab Aquasparta, O.F.M., S.R.E. Cardinalis Quaestiones disputatae de Incarnatione et de lapsu aliaeque selectae de Chri-*

sto et de Eucharistia. Editio secunda cura PP. Collegii S. Bonaventurae. (Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, 2). Quaracchi, Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1957. 25 cm., 16*-339 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 30(1960) 108s.

1738. - GONDRAS, A.J., O.F.M., *Les « Quaestiones de anima VI ».* Manuscrit de la Bibliothèque Communale d'Assise n° 159. Attribuées à Matthieu d'Aquasparta, in *Arch.Hist.Doctr.Litt.M.A.* 32(1957) 203-352.

Ad fidem unius cod. Assisi, *Bibl.Com.159*, f.283*ra*-302*va* magna cum cura eduntur *Quaestiones de anima VI*, quae validis argumentis criticae externae atque internae MATTHAEO DE ACQUASPARTA, O.Min., adscribi possunt. Sedulo distinguendae sunt a *Quaestionibus de anima XIII*, quae probabiliter ante condemnationem an. 1277 a MATTHAEO disputatae sunt, dum quaestiones hic editae secundum A. sententiam probabiliter an. 1286-1287 in Curia Romana sunt tractatae.

In introductione (p.203-225), post brevem conspectum vitae et operum MATTHAEI, agitur de codice Assisiensi memorato, qui alia etiam opera MATTHAEI iam edita (cf. *Coll.Franc.* 30[1960] 108s) continet, de pessima textus redactione, de authenticitate *Quaestionum*, earundem individualitate, tempore compositionis, fontibus litterariis (praesertim S. THOMAS), stilo et doctrina. Omnino laudanda est A. sagacitas quae, adhibitis aliis MATTHAEI scriptis, textum lectori restituit intelligibilem docteque adnotatum. — Hac editione A. an. 1954 lauream obtinuit in Facultate philosophica lugdunensi (cf. *Bull.Fac.Cath.Lyon* 76[1954] n.17, 126s). S. ST. A.

1739. - BONAFEDE Giulio, *Matteo d'Acquasparta,* in *Italia Franc.* 31(1956) 369-379; 32(1957) 90-98. 225-233. 385-392; 33(1958) 73-82. 261-269.

Post introductionem de momento praesertim historico-doctrinali operum MATTHAEI DE ACQUASPARTA A. plano et sollerti suo exponendi genere nonnulla capita aggreditur tractare doctrinae MATTHAEI, quae sunt sequentia: problema cognitionis certitudinalis, rationum aeternarum visio, activitas animae in actu cognoscendi, cognitio rerum singularium, pluralitas formarum et immortalitas animae, exsistentia Dei. — Vide etiam eiusdem A. notitiam *Matteo d'Acquasparta,* in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 429s et NOVATUS [VAN ZEVENBERGEN], O.F.M.Cap., *Matthaeus van Aquasparta,* in *Theol.Woordenb.* II (cf. *supra* n.129), 3179-3182. S. ST. A.

1740. - BARTOLINI Franco, *Suppliche pontificie dei secoli XIII e XIV,* in *Bull.Ist.Stor.Ital.M.E.Arch.Murat.* 67(1955) 1-187.

Cum BONIFACIUS VIII sibi avocasset causam agitatam inter capitulum cathedralis ecclesiae spoletanae et duos clericos, ac dein MATTHAEO DE ACQUASPARTA commisisset tractandam, idem MATTHAEUS ope duorum documentorum (1296 iul. 7 et 14 ex Anagni datorum ac p.117-120 editorum) iubet BARTHOLOMAEUM DE POITIERS, auditorem, a negotio tractando cessare. M. A.

Rogerus Marston, O.Min., † 1303

Vide etiam: n.642 Gundisalvi; 759 utrum si Adam non peccasset; 940 contra Graecos.

1741. - BETTONI E., O.F.M., *Ruggero Marston*, in *Enc.Fil.* IV, Venezia/Roma 1957, 247.

Guilelmus de Ware, O.Min., fl. 1305

Vide etiam: n.612 mss.; 642 Gundisalvi; 692 quantitas; 695 cosmologia. physica; 759 utrum si Adam non peccasset; 843. 860s. 865. 869 Imm. Conceptio; 898s debitum; 900 redemptio praeservativa; 942 sacramenta; 943 character.

1742. - GÁL Gedeon. O.F.M., *Gulielmi de Ware, O.F.M., doctrina philosophica per summa capita proposita*, in *Franc.Stud.* 14(1954) 155-180. 265-292.

Propositum A. est doctrinam philosophicam GUILELMI DE WARE, O.Min. per multas quaestiones scripti sui super *IV Sent.* (Firenze, *Bibl.Laurent. Plut. 33. dext. I*) dispersam, summatim colligendo in ordinem redigere et ad compendii instar lectoribus proponere.

Praemissa igitur notula de vita et opere GUILELMI, ad mentem Doctoris Fundati et multis eiusdem textibus integre exscriptis haec capita exponuntur: 1) relatio inter philosophiam et theologiam (theologia Dei et nostra, theologia et metaphysica); 2) theoria cognitionis (cognitio sensitiva, processus cognitionis intellectivae, ratio et limites cognitionis humanae); 3) theologia naturalis (propositio *Deus est* demonstratione indiget, viae ad exsistentiam Dei probandam, attributa divina, distinctio formalis attributorum); 4) problemata ontologica (distinctio formalis inter *esse* et *essentiam*, principium individuationis); 5) creatio (ideae divinae ut rationes cognoscendi et regulae agendi, rerum creatio, problema creabilitatis rerum ab aeterno); 6) hylemorphismus (entitas et potentialitas materiae primae, forma corporeitatis, immaterialitas creaturarum spiritualium); 7) doctrina psychologica (divisio generalis potentiarum animae, distinctio formalis potentiarum, intellectus et memoria intellectiva sunt una potentia, primatus voluntatis, libertas voluntatis). Conclusionis instar A. quaedam innuit de GUILELMI ingenio subtili, eruditione, habitudine ad augustinismum, aristotelismum et SCOTUM. S. ST. A.

1743. - LATKO Ernest, O.F.M., *Two Franciscan precursors of Duns Scotus*, in *Tribute to Mary*. Edited by Fr. Theodore ZAREMBA, O.F.M., Pulaski, Wis. (cf. *supra*, n.821), 1955, 13-33.

A. tractat sententiam RAIMUNDI LULL, necnon GUILELMI DE WARE circa Immaculatam B.M.V. Conceptionem (13-20. 20-32). Commentationis inscriptione non obstante, utrique munus praecursoris relate ad J.D. SCOTUM nervose denegatur. O. R.

Jacoponus de Todi, O.Min., † 25 dec. 1306

Vide etiam: n.12. 495 generalia; 81 incunab.; 134 vita; 509ª realismus; 982 textus mystici; 1192 de B.M.V.; 1218 de B.M.V. Perdolente; 1654 mediatrix; 1689-1691 *Stabat Mater*.

1744. - JACOPONE DA TODI, O.Min., *Le Laude* a cura di Luigi FALLACARA. [Firenze], Libreria Editrice Fiorentina, [1955]. 20 cm., XV-377 pp., tab.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 26(1956) 437s.

1745. - *42 Laudi francescane del Laudario Cortonese,* trascritte da G. CANUTO; armonizzate da N. PRAGLIA. Roma, Edizioni N. Praglia (via Urbana, 50), 1957. In-4°, 54 pp.

Iam antea integrum laudarium cortonense in lucem ediderat F. LIUZZI, *La lauda e i primordi della melodia italiana,* 2 voll., Roma 1935 (cf. *Coll.Franc.* 8[1938] 290s); nunc autem ex eodem ms. (scil. Cortona, *Bibl.Accademia Etrusca, cod.91*) G. CANUTO exscripsit 42 laudes, quas N. PRAGLIA figuris melodicis ditavit. Cf. *Eph.Lit.* 72(1958) 83. M. A.

1746. - MANCINI Franco, *Di un antichissimo frammento jacoponico,* in *Rassegna Letteratura Ital.* 58(1954) 232-239.

In ms. asservato Todi, *Bibl.Comunale, cod. 172* inserta fuerunt duo folia extra vagantia, in quibus exarata fuit, exeunte saec. XIII vel ineunte XIV, laus jacoponica *Or ki averìa cordolglo.* A. vero eandem laudem fideliter inde exscribit, simul indicando lectiones variantes quae habentur in ed. Bonaccursiana an. 1490 et in mss. asservatis in London, *British Museum, cod. Addition.16567* et Chantilly, *Musée Condé, cod. 598.* M. A.

1747. - JACOPONE DA TODI, O.Min., *De la sainte Pauvreté et de son triple ciel.* Texte ombrien transcrit et traduit par C.D. et J.V. Introduction et annotations par M. DE CORBERON, in *Études traditionnelles* 56(1955) 288-308.

Editio critica et interpretatio gallica laudis jacoponicae n.LX: *O amor de povertate.*

1748. - MANCINI Franco, *I « Proverbia moralia » attribuiti al B. Iacopone da Todi, O.Min., secondo il ms.195bis della Comunale di Todi,* in *Misc.Franc.* 55(1955) 604-615.

Agitur de 66 sententiis, proverbiorum more dictatis ab anonymo auctore, qui illas ex populari sapientia accepit et probabiliter religiosus vir exstitit. Haec iterata editio fit ex parum noto codice, qui in regione aprutina conscriptus fuit quique congrue tamen emendatur atque adnotationibus exegeticis explanatur. A. vero jacoponicam paternitatem, iam ab aliis criticis superiore tempore exclusam, negandam esse censet etiam ex eo quod causae inibi expressae longissime absunt ab indomito spiritu ipsius JACOPONI. M. A.

1749. - CASNATI Francesco, *Una lauda jacoponica in un codice dei battuti comaschi,* in *La Martinella di Milano* 10(1956) 94-96.

Ex laudario quodam, an. 1420 exarato et in usu penes sodalitatem verberatorum a S. Maria nuncupatorum, exsistenti in Como, *Arch.Epi-*

scopii A. describit laudem jacoponicam *Quando t'alegri, omo de altura,* quae inter 48 laudes, quas codex continet, septimum locum obtinet. Etenim haec laus in laudariis penes verberatos receptis frequentius quam ceterae jacoponicae occurrit, et est ex sic dictis « pro defunctis », cum in ipsa sub dialogi forma vivus et mortuus ad invicem colloquantur. Notandum vero est, quod laudi in codice reportatae desunt postremae 4 strophae, in quarum loco tamen inseruntur aliae quatuordecim, quas JACOPONUS minime dictaverat. M. A.

1750. - SBRINZIOLO Lia, *Manoscritti contenenti laudi spirituali,* in *Lettere italiane* 9(1957) 195-197.

Ex hoc elencho mss., praesertim ex saec. XV, asservatorum in Venezia, *Bibl.Marciana,* A. describit plurimas collectiones laudum jacoponicarum, quae tamen iam recensitae fuerant ab A. MOSCHETTI, *I codici marciani contenenti laudi di Iacopone da Todi,* Venezia 1888, excepto solo eiusdem *Bibl.Marc.It.I, 61* (= *4973*). M. A.

1751. - DI BENEDETTO Virgilio, *Intorno ad una lauda attribuita a Iacopone,* in *Giorn.Ital.Filol.* 7(1954) 281s.

Inquisitio vertit circa laudem *Amor dolce senza pare,* quam editio Bonaccursiana tribuit JACOPONO, dum F. AGENO id negat. In vetusto ms. Cortona, *Bibl.Accademia Etrusca, cod. 91* eandem laudem legimus diverso modo retractatam. Etenim paternitas jacoponica minime spernenda est ex eo, quod idem codex cortonensis exaratus sit inter an. 1260-1297, quia iam tunc plures laudes jacoponicae circum legebantur. Etenim A. satagit decernere quaenam in ipsa editione Bonaccursiana variata vel adiuncta fuerint: et putat quod laudis cauda certo adiuncta fuit inde a versu *Daite a chi te vol avere.* M. A.

1752. - DI BENEDETTO Virgilio, *Iacopone e il Laudario urbinate,* in *Giorn.Ital.Filol.* 9(1956) 240-254.

In laudario, quo utebantur disciplinati S. Crucis oppidi Urbino (in lucem edito a G. GRIMALDI in *Studi romanzi* 12[1915]), una cum laudibus jacoponicis (quae sunt n.5), occurrunt plures aliae quae singulares sunt, scil. aliunde minime notae. Etenim ipsae, quod rem tractatam attinet, parum patent cum ad spiritualem sodalium verberatorum aedificationem destinentur, sed sunt expolitae, et quodam modo ab uno eodemque auctore dictatae videri possunt. At extra dubium est laudes « singulares » alii deberi auctori, qui laudes locutionesque jacoponicas optime noverat, quique felicem vividamque quandam inspirationem callebat. M. A.

1753. - MANCINI Franco, *Per talune interpretazioni delle laude di Iacopone,* in *Annali Sc.Norm.Super.Pisa* s.2 24(1955) 126-129.

Quasdam notas A. proponit pro interpretandis nonnullis locis obscuris laudum jacoponicarum, innixus praesertim fontibus non adhuc edi-

tis Bibliothecae Communis Tudertini et ipso vulgari eloquio ibidem penes ruricolas adhuc vigente, in quo plures locutiones idem ac antiquissimo tempore sonant. Ita, v.g., locum laudis XXXI, 13: « porratte puoi le 'nsidie / che moia a *Rendirinie* » censet quod, forsan, possit intellegi ac si scriptum legeremus *Ren der Inie*, scil. in regno Indiarum. M. A.

1754. - PEIRONE Luigi, *Per l'interpretazione della lirica jacoponica*, in *Giorn.Ital.Filol.* 7(1954) 68-71.

Considerationes ab A. propositae pro interpretandis laudibus jacoponicis infinitae indiligentesque omnino diiudicantur in *Rassegna Letteratura Ital.* 58(1954) 281. M. A.

1755. - AGENO Franca, *Un antico tipo di proposizione concessiva*, in *Lingua nostra* 15(1954) 6-8.

Adductis nonnullis exemplis ex scriptis auctorum saec. XIII, inter quos JACOPONUS, A. determinare satagit typum quendam archaicum propositionis concessivae, quem ipsa e lingua gallica derivatum putat, uti in locutione jacoponica « tu sani onne malina, non sia tanto aggravato », i.e. « tu sanas omne malum, quaevis sit eius gravitas ». M. A.

1756. - NIGG Walter, *Der christliche Narr*. Zürich und Stuttgart, Artemis-Verlag, [1956]. 23,5 cm., 411 pp., 7 tab.

Cf. rec in *Coll.Franc.* 27(1957) 434 et in *Stimm.Zt.* 160(1956/1957) 299-302.

1757. - BARBET Pierre, *Frei Jacopone de Todi*. Trad. por Frei Roberto LOPES, O.F.M. Petrópolis, Editôra Vozes Ltda., 1957. 19 cm., 94 pp.

Haec biographia gallice in lucem prodiit an. 1944 (cf. *Bibliog. Franc.* VII, n.1662). Ex *Itiner.* 4(1958) 414 accepimus eam in linguam lusitanam fuisse fideliter versam.

1758. - FRUGONI Arsenio, *Iacopone francescano*, in *Il Veltro* 1(1957) 39-44.

A. in unum colligit ea quae utilia sunt pro reconstruenda persona atque biographia JACOPONI.

Quae ita perstringi possunt: 1) facta vitae JACOPONI quaerenda sunt in eius laudibus, ex quibus colligere valemus quaenam exstiterit eius cultura et quinam eius mysticus nuntius; 2) traditionalis vero Legenda hagiographica de ipso JACOPONO minime attendenda est, quia ipsa desumpta fuit, et quidem methodo minime critica, ab eius operibus; 3) quoad vitam a JACOPONO in saeculo ante conversionem actam, notandum est quod lingua iuridica (tam evidens praesertim in quibusdam laudibus) certum praebet testimonium de eiusdem cum legibus consuetudine; quae tamen iurisperiti professio potuit simul cum poetae professione iam tunc una esse; 4) JACOPONUS minime haberi potest quasi Spiritualium praeco, quia ipse vir socialis minime exstitit; equidem ipse socius fuit in damnandis Ordinis franciscalis aberrationibus, sed non in proponenda quavis reformatione; 5) ascetica JACOPONI ascensio dubiis atque perpetuo tormento obnoxia manet, quia ipse numquam in summa perfectionis metam et ipsam nihilitatem comprehendisse se putat: « L'ascesa

al rapimento estatico che ha come meta la nichilità, è per Iacopone sempre legata ad una continua ascesi, né lo stato di nichilità raggiunto libera per sempre dalla responsabilità della volontà; ché se l'anima nell'unione con Dio è impeccabile, quell'estasi non è, dopo che sia stata raggiunta, definitiva. Iacopone conosce lo sconforto del paradiso perduto » (44). M. A.

1759. - GETTO Giovanni, *Il realismo di Iacopone da Todi*, in *Lettere italiane* 8(1956) 223-269.

A. rem aggreditur adnotando quam difficile sit laudes jacoponicas interpretari ex contextu ipsius Legendae, eo quod eadem Legenda collecta sit ex descriptionibus ipsarum laudum, saepe falso biographicis putatis et erronee intellectis. Etenim facta vitae JACOPONI fere integre sumenda sunt ex eiusdem carminibus (et sunt praesertim haec: repentina conversio, quam sequitur rusticum bellum indictum in veterem hominem, decennalis peregrinatio antequam penes Fratres Minores se recepit, mens atque consuetudo cum verbis iuridicis, studium casisticae moralis et, forsan, obstinatio in iudiciis ferendis) et ex historia motus Spiritualium.

Ceterum A. adnotat: 1) figuram S. FRANCISCI, quae ex laudibus jacoponicis resultat, nescimus e quibus fontibus historicis ipse acceperit; 2) item, JACOPONO, aliter ac S. FRANCISCO, creaturae omnino mutae sunt, sed totum eius studium fertur in solum hominem et in eius finem, in ambitu cuiusdam pessimistici contemptus mundi; 3) hunc vero humanitatis orbem JACOPONUS describit verbis realisticis et concretis, quibus utitur etiam cum vult res suprasensibiles repraesentare, ut illas intellegibiles reddat; tandem 4) A. examinandum suscipit modum, quo JACOPONUS scripserit de Maria, de Christo, de mystica experientia atque exinanitione. Haec inquisitio maximi facienda est pro intelligendo atque diiudicando vario JACOPONI dictandi modo. M. A.

1760. - CELLUCCI Luigi, *Le Laudi francescane di Iacopone da Todi*, in *Frate Franc.*, n.s. 1(1954) 159-167.

Pluribus ex laudibus locis adductis, A. sedulo demonstrat JACOPONUM, vi suae indolis atque educationis in saeculo, plurima in suis laudibus cantasse quae sincerum franciscanismi spiritum minime sapiunt: ipse enim humore tetro atque ad pessimismum proclivi laborat. Ex franciscanismo vero recipit ea tantum, quae suae indoli conveniunt. In iis vero celebrandis (v.g. in laudibus n.28. 29. 31. 55. 59. 60. 62. 84 etc., ubi sermo est de impatientia in tolerandis offensionibus, de scientia quae inflat, de paenitentia, paupertate, etc.) ipse eminet inspiratione poetica abundanti, aestuanti, absque modo et mensura, quam ceterum callet etiam in tractandis seu concinendis argumentis, quae rem franciscanam minime attingunt. M. A.

1761. - FERDINANDO DI S. MARIA, O.C.D., *Un mistico del Duecento (Jacopone da Todi)*, in *Riv. Vita Spir.* 11(1957) 69-90.

JACOPONI vitae curriculo breviter emenso A. summulam quandam congerit veritatum monitorumque, quae in laudibus (praesertim n.69. 88 et 89) attingunt rem theologicam, asceticam atque mysticam, et quarum consideratione JACOPONUS homines conatus est integre ad Deum reducere. M. A.

1762. - FIORE S., *Über die Beziehungen zwischen der arabischen und der frühitalienischen Lyrik*, in *Kölner rom. Arbeiten* (1956), n.8, 198 pp.

Inquisitio est de permutationibus quae intercesserunt inter carmina lyrica linguae arabicae et nascentis sermonis italici. In priore vero dissertationis parte A. imitationem strophae arabicae dictae *zagal*, scil. in qua versus habent diversi soni exitum, penes JACOPONUM DE TUDERTO recognoscit (cf. *Bull.Sign.* XII, n.13565). M. A.

1763. - CAMILLI Amerindo, *Note dantesche e iacoponiche*, in *Lettere italiane* 8(1956) 71-74.

De JACOPONO A. agit p.73s, et satagit decernere modum ipsius JACOPONI metricae, in qua, iuxta eius sententiam, ratio habenda est de pedibus numerosis potius quam de syllabis. M. A.

1764. - ROSSI Giuseppe Carlo, *Prime edizioni di testi portoghesi medioevali*, in *Convivium* 22(1954) 392-410.

Comparatio instituitur p.404-409 inter laudes et carmina poetae lusitani Andreae DIAS, O.S.B. (1348-?) et illas JACOPONI DE TODI, O. Min., quae magnam similitudinem inter se habent. S. St. A.

1765. - CANNATA Anna Maria, *Bonvesin de la Riva e Jacopone da Todi*, in *Aspetti Letterari*, ottobre 1955.

Gualterus de Brugge, O.Min., † 21 ian. 1307

Vide etiam: n.640 contra aristotelismum; 689 cognitio de Deo « quid est »; 711 ethica; 966 virtutes, vitia; 1607 habitus.

1766. - BONAFEDE G., *Gualtiero di Bruges*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 922s.

Richardus de Mediavilla, O.Min., † ca. 1308

Vide etiam: n.66. 100 incunabula; 662 nova editio; 548 influxus; 642 Gundisalvi; 683 materia spiritualis; 692 quantitas; 695 cosmologia, physica; 739 actus fidei; 755 generatio Filii; 759 utrum si Adam non peccasset; 939 potestas papae; 942 sacramenta; 943 character; 944s baptismus; 945 paenitentia; 968 simonia.

1767. - BETTONI E., O.F.M., *Riccardo di Mediavilla*, in *Enc.Fil.* IV, Venezia/Roma 1957, 98.

Joannes Duns Scotus, O.Min., † 8 nov. 1308

Vide etiam: n.3. 139 bio-bibliographia; 47. 55. 644. 722. 782 mss.; 62. 66. 81. 89. 100. 113 incunabula; 21. 662 editiones; 623. 659. 982 textus selecti; 474 influxus S. Francisci; 549 reportatio; 127. 616. 627s doctrina gen.; 631 augustinismus; 855 Anselmus; 1522 Richardus Rufus; 1743 Raimundus Lull, Guil. de Ware; 657 PHILOSO-

PHIA gen.; 645 linguistica; 698 conceptus scientiae; 654 haecceitas, formalitas; 674. 678 universale; 682 constitutio synheterica entis; 683 materia spiritualis; 687 praesentia rerum coram Deo; 688 structura logica in exsistentia Dei probanda; 695 cosmologia; 704 distinctio animae potentiarumque; 709 virtutes morales acquisitae; 713 conscientia; 717 usura; 718 ius; 624 habitudo philosophiae ad theologiam; 739 actus fidei; 755 generatio Filii; 756 processio Spiritus Sancti; 758-760 cur Deus homo; 761-768. 793. 1468 primatus; 780 MARIOLOGIA, bibliographia; 793 fundamenta; 798. 800 maternitas; 802-806 praedestinatio; 807-897 (passim) Imm. Conceptio; 897 dona iustitiae originalis; 898-913 (passim) debitum; 915-921 corredemptio; 927-929 regalitas; 935 visio beata B.M.V.; 936 matrimonium B.M.V.; 940 contra Graecos; 943 character; 944 baptismus infantium infidelium; 945 baptismus, paenitentia; 947 formula consecrationis; 950 necessitas confessionis sensibilis; 954 iustificatio; 968 simonia; 970-972. 1668 beatitudo; 1042 spiritualitas; 1229 S. Joseph; 561. 570. 669s. 695. 710. 716. 723. 731. 769-776 influxus; 817 iconographia Scoti.

1768. - SCHÄFER Odulfus, O.F.M., *Bibliographia de vita, operibus et doctrina Johannis Duns Scoti, Doctoris Subtilis et Mariani. Saec. XIX-XX*. Romae, Orbis Catholicus - Herder, 1955. 25,5 cm., XXIV-223 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 212s, *Theol.Rev.* 51(1955) 84 et praesertim relationem HEYNCK Valens, O.F.M., *Zur Scotusbibliographie,* in *Franz.Stud.* 37(1955) 285-291, ubi praeter descriptionem praeclari operis et iudicium de eo benevole latum elenchus exhibetur additionum (p.288-291).

1769. - *Doctoris Subtilis et Mariani, Ioannis Duns Scoti, Ordinis Fratrum Minorum, Opera Omnia, iussu et auctoritate Rmi P. Augustini Sépinski, totius Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis, studio et cura Commissionis Scotisticae ad fidem codicum edita...* III-IV. Civitas Vaticana, Typis Polyglottis Vaticanis, 1954/1956. 31 cm., XV-428. XII-48*-442 pp.

1770. - *Doctoris Subtilis et Mariani... Opera Omnia IV. Adnotationes ad nonnullas quaestiones circa Ordinationem I. Duns Scoti.* (Extractum). Civitas Vaticana, Typis Polyglottis Vaticanis, 1956. 31 cm., IV-48* pp.

Cf. recensiones in *Coll.Franc.* 25(1955) 323 et 31(1961) 109-110; videantur insuper: *Franz.Stud.* 37(1955) 299s; 40(1958) 256; *Stud. Franc.* 52(1955) 279-281, ubi scriptorum logicorum Subtilis novus codex innuitur; *Theol.Rev.* 52(1956) 68-70; 54(1958) 26s; *Arch.Franc. Hist.* 50(1957) 453-455 necnon A. MAIER, *ibid.* 51(1958) 393-405; *Riv. Fil.Neoscol.* 50(1958) 565-567; *Verd.Vida* 16(1958) 369s; *Wiss.Weish.* 22(1959) 223. O. R.

1771. - Balić Carolus, O.F.M., ed., *Joannes Duns Scotus Doctor Immaculatae Conceptionis.* 1. - *Textus Auctoris.* (Bibliotheca Immaculatae Conceptionis. Textus et Disquisitiones, 5). Romae, Academia Mariana Internationalis, 1954. 24 cm., XII-107 pp.

Recensionem cf. in *Coll.Franc.* 25(1955) 323-324. Plurimae recensiones commode inspici possunt in *Mar.* 20(1958) 68*, n.1292.

1772. - Masai François, *L'édition vaticane des œuvres de Duns Scot,* in *Script.* 8(1954) 136-142.

Abundanter et aeque diiudicatur nova editio *Operum Omnium* Scoti, qua Edd. maximam fere attigerunt perfectionem quae hoc in campo haberi possit.

Spem tamen A. alit ut Commissio Scotistica etiam magis decisa ingrediatur vias editionis diplomaticae et historiae textus. Ne haesitet, occasione data, e.g. pro reportationibus, donare lectoribus textus parallelos, quin velit eos per omne fas et nefas ad unitatem reducere. Talis enim effecta unificatio non esset plus rationabilis quam quatuor Evangeliorum in unum confusio. S. St. A.

1773. - Balić Karl, O.F.M., *Zur kritischen Edition der Werke des Johannes Duns Skotus,* in *Script.* 8(1954) 304-318.

Ipse praeses Commissionis Scotisticae prospere defendit rationem criticae editionis *Operum Omnium,* quam L. Meier in eodem ephemeride criminatus fuerat (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1152). Ordine enim argumenta contra potissimam auctoritatem *cod. A* (Assisi *137*) allata confutantur. S. St. A.

1774. - Meier Ludgerus, O.F.M., *The manuscripts of Duns Scotus in German and Austrian libraries,* in *Med.Renais.Stud.* 3(1954) 239-248.

Haec dissertatio, qua agitur de manuscriptis scotisticis in bibliothecis Germaniae et Austriae inventis, magna ex parte repetit ea, quae A. antea in commentario periodico *Antonianum* 23(1948) 500-520 exposuerat (cf. *Bibl.Franc.* VIII, n.9). Additiones tamen et correctiones priori relationi apponuntur. S. St. A.

1775. - Meier Ludger, O.F.M., *Codex Valencia 92 und die Geschichte des Skotus-Textes,* in *Arch.Kulturgesch.* 38(1956) 116-124.

Praemissa descriptione codicis scotistici Valencia, *Bibl.Catedr. 92, Ordin.* I continentis, A. intendit valorem et auctoritatem huius libri manuscripti statuere. Ex variis indiciis concludi potest codicem confectum esse in statione quadam continentis (Parisiis?) ab unico scriptore mercenario secundum operis Scoti exemplar quod aderat in statione. Hoc exemplar iam continebat *Additiones Magnas,* quas Guilelmus de Alnwick ex scholis magistri sui reportaverat. Utiles observationes A. adducit de redactore huius exemplaris, quomodo illud fuerit compositum et quibusnam elementis, quisnam ipsum approbaverit et curaverit evulgandum. Circa animadversiones quasdam cf. *Op.om.* IV, p.44*, nota 1. S. St. A.

1776. - PELSTER Franz, S.J., *Kleine Beiträge zur Literaturgeschichte der Scholastik.* Cod. 739 der Stadtbibliothek Toulouse mit teilweise unbekannten Quästionen des Thomas von Sutton, O.P., Johannes von Paris, O.P., Aegidius Romanus und Heinrich von Friemar, O.E.S.A., in *Schol.* 32(1957) 247-255.

Praeter scripta memoratorum auctorum in *cod. Toulouse 739* continentur etiam 21 quaestiones *Quodlibeti* SCOTI (f.148*r*-187*r*) necnon 16 quaestiones *Quodlibeti* PETRI AUREOLI (f.189*r*-224*v*). Scriptae sunt per manum fratris STEPHANI DE VILLA, O.S.A., conventus Monsflanqui (Montefiascone?), tempore quo fuit studens Perusii an. 1333.

S. St. A.

1777. - BALIĆ Carlo, [O.F.M.], *Giovanni Duns Scoto,* in *Grande Antologia Filosofica.* Vol. IV: *Il pensiero cristiano (la scolastica),* Milano 1954, 1335-1409.

Pretiosa haec et valde erudita dissertatio duabus partibus constat: 1) introductione (p.1335-54) qua breviter tractantur vita et opera SCOTI, abundantius vero exponuntur principia et fundamenta doctrinae eius philosophicae, diiudicatur eiusdem institutio, defenditur methodus qua A. in textibus seligendis et italice vertendis usus est, brevis sed essentialis bibliographia exhibetur; 2) collectione textuum ex sola *Ordinatione* SCOTI selectorum, adamussim recognitorum et italice fideliter translatorum, quibus diversa capita philosophica doctrinae scotisticae illustrantur (1355-1490).

Doctrinae capita quae peritus A. in introductione exponit et deinde ipsius SCOTI textibus in altera parte illustrat, haec sunt: problema cognitionis (origo, certitudo), elementa metaphysica entis (univocitas, distinctio formalis, materia et forma corporeitatis), Ens infinitum, doctrina moralis (primatus voluntatis, lex moralis, actus indifferentes). Ad diiudicandum SCOTI systema utiles animadversiones A. notandae sunt de momento studiorum historico-criticorum, de indole operum Subtilis, de eiusdem methodo tractandi quaestiones, de patrimonio communi scholasticae doctrinae et Scoti propriis innovationibus, de SCOTI ad THOMAM AQUINATEM habitudine (1345-52). S. St. A.

1778. - MIGLIORE Pietro, O.F.M.Conv., *Johannes Duns Scotus, Doktor der Philosophie und Theologie,* in *Johannes Duns Scotus und die Minoriten in Köln,* [Köln 1956] (cf. *infra* n.1859), 19-25.

Vastioris lectorum numeri intuitu A. breviter enarrat J.D. SCOTI vitae curriculum ac doctrinarum ipsius notas specificas, videl. primatum voluntatis, christocentrismum, mariologiam. Ad epilogi instar mens ac praestantia peculiaris Doctoris Subtilis paucis aestimantur. O. R.

1779. - AUER Johann, *Der theologische Genius des Johannes Duns Skotus. Vortrag zur Skotus-Gedenkfeier in der Universität Köln am 4. Juli 1954,* in *Wiss.Weish.* 17(1954) 161-175.

Acroasi de ingenio theologico J.D. SCOTI disserens A. eminentiores doctrinas ipsius luce collustrare contendit, ut eius excellentia historica appareat.

Ad introductionis instar quaedam notitiae de Nostri vita, loco specifico eiusdem investigationis necnon de indole peculiari praemittuntur (p.161-164). Haud immerito duo mentis scotisticae perperam interpretandae discrimina advertuntur: *Modernisierung*, quod scil. eiusdem intentio cum conaminibus philosophorum recentiorum violentia quadam componatur, necnon *Historisierung*, quod eiusdem opiniones contra historicam veritatem cum decessoribus nimis identificentur (164). - Postea A. tribus verbulis ortum philosophicum systematis theologici Subtilis enucleare satagit. Cuius radix reperitur nimirum in eiusdem realismo, formalismo, personalismo (164-167). Trium qualitatum influxus in mentem theologicam Nostri aestimatur, quatenus fidei nexus ad scientiam luce *Ordinationis* prologi exponatur (167-172). Theologiae notione Scoti praefinita, A. facilius intellegit quasdam doctrinas eidem proprias, scil. definitionem Dei qua entis infiniti, adductionem eucharisticam, acceptationem divinam in gratiae collatione, praedestinationem absolutam Christi, intemeratum conceptum B.M.V. (172-174). Investigationis theologicae indoles *orans* furtim adumbratur (174). In iudicio finali A. notam omnimodae orthodoxiae scriptis scoticis imprimit. Praeter alios doctores J.D. Scotus in historia Scholasticae locum honoris occupat. Eiusdem promerita ac proprietas theologica adaequatius intellegentur, si theologia saec. XIV completius pervestigata fuerit. - Hic recoluisse quoque iuvat: Gutwenger Engelbert, S.J., *Adduktionstheorie in der Eucharistie*, in *Lex.Theol. Kirche* I², Freiburg i. B. 1957, col. 137. O. R.

1780. - Bettoni Efrem, O.F.M., *Il « Duns Scoto » di Stefano Gilson*, in *Riv.Fil.Neoscol.* 46(1954) 178-192.

1781. - Béraud de Saint-Maurice [Lemieux R. seu Sor. Clotilda Angela de Jesu, O.S.U.], *À propos du « Jean Duns Scot » de Gilson*, in *Étud.Franc.* n.s. 5(1954) 65-70.

De pervestigatione É. Gilson, *Jean Duns Scot. Introduction à ses positions fondamentales*, Paris 1952 (*Bibliog.Franc.* X, n.1181-1185) plura iudicia mentis scoticae peritorum prodierunt. En duas voces, quae procul dubio audiri merentur.

1. Notula mentione digna circa studiorum scoticorum recentiore aevo cursum (p.178s), A. syntheseos historico-doctrinalis istius ortum (179s) necnon praecipua argumenta tractata adumbrat (180-186), ut postremo considerationes aliquas proprias adnectat (186-192). - Etsi A. iudicium Gilson probet, quod Subtilis philosophiae autonomae ius exsistendi negavit, tamen non omnes ipsius conclusiones pariter admittit: « ... se si porge l'orecchio al segreto ritmo dei pensieri più che alla lettera dei testi che li esprimono, è possibile intravedere sotto la molteplicità delle dottrine l'ispirazione unitaria che le vivifica » (189). - Alterius dissensus caput constituit doctrinae scoticae de univocitate entis explanatio. Censor sustinet sententiam illius multo magis intellectui perviam reddi, si non sub respectu ontologico, at gnoseologico attenditur: « In questa disposizione scotista ad ammettere un certo inevitabile grado di soggettività e, quindi, di imperfezione nella conoscenza astrattiva, io trovo la vera radice della teoria dell'univocità » (192).

2. Postquam A. opus magistrale magnis exornavit encomiis, defectum in eo inveniri affirmat, quod clarissimus scriptor indolem exsistentialem doctrinarum J.D. Scoti non qua par erat in lucem protulit. Etenim Gilson Subtili attribuit essentialismi notam. At « dans ce système, il ne s'agit pas d'essences existantes, mais il s'agit d'*individus existants* » (p.67). Munus exsistentiale totius philosophiae Subtilis — sic ait — pendet e momento exsistentiali abstractionis indifferentialis scoticae, toto caelo a respectiva Aquinatis doctrina distantis. « L'être en tant qu'être, c'est, nous disent S. Thomas et Duns Scot, de l'existible. S. Thomas le décrit en termes de puissance: 'id cui *competit* esse'; Duns Scot en termes d'indifférence: 'id cui *non repugnat* esse' » (69). Cf. quoque alios eiusdem Auctoris commentariolos in *Bibliog.Franc.* X, n.1191 significatos. - Inter alias censuras innuere liceat: Linbeck George, *A great Scotist study*, in *Review of Metaphysic.* A philosophi-

cal Quarterly (New Haven) 7(1954) 422-435; GUIMET F., *Actualité de Duns Scot.* in *Recherches de Philosophie* 2(1956) 315-328. - Magnus numerus recensionum in variis commentariis periodicis vulgatorum cf. in respectivis voluminibus *Rép. Bibliog.Phil.*, e.g. 6(1954) 465. O. R.

1782. - BÉRAUD DE SAINT-MAURICE [LEMIEUX R. seu Sor. CLOTILDA ANGELA DE JESU, O.S.U.], *John Duns Scotus: a teacher for our times.* Translated by Columban DUFFY, O.F.M. (Spirit and Life ser.). St. Bonaventure, N.Y., Franciscan Institute, 1956. In-8°, 348 pp.

1783. - Eadem, *Johannes Duns Scotus. Lehrer unserer Zeit.* Mit einem Geleitwort von Philotheus BÖHNER, O.F.M. Deutsch von Josef HOSSE. Paderborn, Verlag Ferdinand Schöningh, 1956. In-8°, 344 pp.

Cf. alterius editionis gallicae recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 88. Videantur insuper: *Franz.Stud.* 38(1956) 425s necnon *Schol.* 32 (1957) 158s.

1784. - RONCAGLIA Martiniano, O.F.M., *Giovanni Duns Scoto e l'Islàm,* in *Studia Orientalia* (Cairo) 2(1957) 52-58.

Commentario fragmentario A. sententiam J.D. SCOTI de aliquibus rebus islamiticis, in suis operibus certe authenticis emissam, illustrare nititur.

1) Iudicium Subtilis de AVICENNA latum haud longinquum ab historica veritate versatur. - 2) Ob litteraturam Crucesignatorum, mores Saracenorum ultra modum denigrantem, etiam Noster haud aeque de eorum vita morali sentit. - 3) Auctor vindicat genuinam doctrinam eschatologicam mahometanam contra occidentalium falsum intellectum. - 4) Ambitus historicus significatur asserti scotici de secta MAHOMETI mox corruenda. O. R.

1785. - FERREIRA João, O.F.M., *Humanismo e teologia. João Duns Escoto, mestre franciscano,* in *Itiner.* 3(1957) 691-697.

Commentario suo A. aestimare intendit momentum actuale doctrinae J.D. SCOTI in visione integrali ac christiana mundi competens.

Auctor propositum satis generice enuntiatum potius indigitavit quam exhausit. Notentur tamen ea, quae introductionis gratia de Subtilis vi apud philosophos lusitanos saeculorum decursu (p.691s) necnon apud recentiores (693) exercita disserit. O. R.

1786. - OBINO A., *O Sutil Duns Scot,* in *Estudos.* Orgaõ da Associação de Professõres Católicos (Porto Alegre) 17(1957) 95-103.

Vitae cursu J.D. SCOTI adumbrato, A. duo eiusdem doctrinae capita dilucidat, scil. voluntarismum atque formalismum, ut dein locum ipsius in philosophia mediaevali aestimet. Hoc desumpsimus e *Bull.Sign.* XII, n.84, quoniam commentationem periodicam prae manibus non habemus. O. R.

1787. - AZEVEDO David de, *Perspectivas...* Destino, Ser e Saber; O Homen e Deus - Humildade e Ousadia, in *Itiner.* 1(1955) 395-405; 2 (1956) 553-563.

Aliqui adspectus cogitationis SCOTI generali modo illustrantur, nem-

pe eiusdem doctrina de fine hominis, de cognitione, de metaphysica, de Esse Infinito, de theologia. S. St. A.

1788. - Martínez Juan M., O.F.M., *Vida breve y criteriología del Doctor Sutil Juan Duns Escoto.* Pontevedra, Paredes Valdés, 1957. 22 cm., 75 pp.

Haec dissertatio, antea vulgata in *Verd.Vida* 3(1945) 651-681 et 4(1946) 63-86, clare et concise exhibet criteriologiam ad genuinam mentem Scoti restitutam. Ei praemittitur brevis vita Doctoris Subtilis secundum ultimas investigationes historico-criticas exarata. Utilem hunc libellum tamen deturpant plura menda typographica. S. St. A.

1789. - Gabriel de Sotiello, O.F.M.Cap., *El punto de partida de la metafísica de Duns Escoto,* in *Nat.Gracia* 1(1954) 85-103.

Non novam interpretationem exponere A. intendit initii metaphysicae Scoti, sed clare conciseque exhibere conclusiones ad quas investigatores recentes huius quaestionis studio pervenerunt.

Ordine ergo tractantur obiectum primum intellectus, ratio communissima entis, obiectum metaphysicae et univocitas, univocitas et analogia necnon pantheismus, fundamenta univocitatis, contentum obiectivum entis univoci. S. St. A.

1790. - Damián de Láiz, O.F.M.Cap., *Postura inicial de Escoto en la elaboración de su metafísica,* in *Reflejos* 14(1954) n.15, 55-73.

Positionem fundamentalem metaphysicae Scoti explicaturus A. primum contendit ut systema metaphysicum Scoti ab illo Aquinatis sedulo distinguat et eorum incongruentiam ad invicem vigentem demonstret. Deinde tres status entis (ens reale concrete exsistens, ens rationis, ens in se ut realitas metaphysica) discernens, Scoti essentialismum considerat et quid sit ens in se ipso ad mentem Subtilis. Difficultates demum contra Scotum obiectas solvit, ontologiam Scoti cum Kantii doctrinam breviter comparat et aliquas obiectiones contra thomismum efformat. S. St. A.

1791. - Riesco Terrero José, *El objeto de la Metafísica y la analogía del ente según Escoto,* in *Sap.* 11(1956) 331-347.

Praemissis aliquibus considerationibus circa authentiam scriptorum Scoti, A. ad mentem Doctoris Subtilis aggreditur exponere obiectum metaphysicae, et quidem secundum *Opus Oxoniense* seu *Ordinationem* necnon secundum *Quaestiones subtilissimas in Metaph. Aristotelis.*

In *Ordinatione* obiectum metaphysicae sat clare determinatur ens commune reale, univocum Deo et creaturis, habens unitatem intermediam inter unitatem singularis et illam simplicis entis rationis seu universalis logici. In *Quaestionibus subtilissimis* autem aperta opposito ad sententam univocitatis notatur. Hic enim Scotus analogiam entis videtur propugnare. Distinguens metaphysicam ut scientiam *propter quid* et ut scientiam *quia,* Scotus in metaphysica (propter quid) considerat Deum ut causam. Si autem metaphysica sumitur ut scientia quia, tunc Deus haberi potest obiectum proprium metaphysicae. Notandum tamen est quod definitiva sententia Scoti haud dubie fuit univocitatis. S. St. A.

1792. - OROMÍ Miguel, [O.F.M.], *Una metafísica esencialista,* in *Verd. Vida* 13(1955) 23-93. 177-228. 297-323; 14(1956) 181-201. 431-441.

Intentum A. est exponere lineamenta generalia cuiusdam possibilis sed verissimae metaphysicae, quae praescindens ab exsistentia eamque considerans ut obiectum physicae unice occupatur circa essentias reales abstractas in se ipsis. Huius metaphysicae esset: iustificare et ultimam ostendere rationem omnis exsistentis, sive finiti sive infiniti, primum quantum ad eius essentiam et dein quantum ad eius exsistentiam. In hac metaphysica essentialistica delineanda A. sequitur positiones fundamentales SCOTI.

Post aliqua prolegomena A. defectus philosophiae exsistentialisticae nudat et possibilitatem fundamentaque metaphysicae essentialisticae adstruit [vol. 13, p.23-93]. Deinde univocitatem essentiarum abstractarum pertractat et de essentia et esse disserit [177-228]. Postea vero de distinctionibus metaphysicis in philosophia essentialistica necessariis loquitur [297-323] et quaestiones de essentia finita [14, 181-201] et infinita [431-441] exponit. S. ST. A.

1793. - OEING-HANOFF Ludger, *Wesensphilosophie und thomistische Metaphysik,* in *Theol.Revue* 50(1954) 202-218.

Abunde exponitur liber É. GILSON, *L'être et l'essence* (Paris 1948), cuius capite quarto *L'essence contre l'existence* inscripto tractabantur fundamenta metaphysicae scotisticae eiusque connexiones cum AVICENNAE sententiis. S. ST. A.

1794. - OWENS Joseph, C.SS.P., *Common Nature: A Point of Comparison Between Thomistic and Scotistic Metaphysics,* in *Med.Stud.* 19(1957) 1-14.

Doctrina AQUINATIS et SCOTI de *essentia in se* — separata ergo ab universalitate quam habet in intellectu humano, et ab individualitate quam possidet in mundo externo — accurate examinatur et ad invicem comparatur. Auctor enim quaerit utrum utriusque doctoris sententiae metaphysice componi possint an potius sint funditus diversae et incompatibiles. Cum ambo doctrinas suas evolvunt ab AVICENNA proficiscentes, A. primum exponit opinionem avicennianam de essentia, deinde naturam communem considerat iuxta THOMAM, postea demum SCOTI sententiam de natura communi aperit.

Radicalem differentiam inveniri inter systema thomisticum et scotisticum A. ostendit. Secundum THOMAM essentia finita de se nullum omnino esse vel entitatem habet et fundamentalis distinctio metaphysica THOMAE est inter essentiam et esse. Iuxta SCOTUM, e contra, essentia finita de se habet positivam entitatem et consequenter unitatem quandam, quae tamen est minor unitate numerica sive unitate propria singularis et per distinctionem formalem differt ab entitate individuante. Talis minor unitas et distinctio formalis concipi nequeunt terminis philosophiae thomisticae. Aliquibus exemplis adductis A. demonstrat quomodo haec fundamentalis diversitas systematum alias etiam doctrinales differentias secum ferat. S. ST. A.

1795. - BARTH Timotheus, O.F.M., *Individualität und Allgemeinheit bei J. Duns Scotus. Eine ontologische Untersuchung,* in *Wiss.Weish.* 16(1953) 122-141. 191-213; 17(1954) 112-136; 18(1955) 192-216; 19 (1956) 117-136; 20(1957) 106-119. 198-220.

Problema maximum ex metaphysica SCOTI A. sibi proposuit funditus et abundanter examinare, scil. de individualitate et universalitate. Ope enim omnium scriptorum authenticorum Doctoris Subtilis primum exponere intendit quid, ad mentem SCOTI, ontologice intelligatur *entitas individualis*, deinde quomodo *natura communis* ut entitas comprehendenda sit, postremo quomodo in reali subiecto concreto finito ad invicem se habeant entitas individualis et natura communis. Specialem attentionem A. vult dedicare doctrinali evolutioni si quae inveniatur in SCOTI sententiis. Prima pars huius dissertationis absolvitur prioribus quinque sectionibus an. 1953-1956 editis. Ceterae hucusque imperfectae manserunt.

Utilitatis causa hic singula referimus capita pertractata, inter uncos quadratos indicantes volumen et paginas ephemeridis ubi res disputantur. In parte prima, seu *de individualitate*, praemissis fundamentis criticis (fontes litterarii, animadversiones ad terminologiam individui, singularis, haecceitatis), hoc ordine examinatur ratio ontologica entitatis individualis: 1) individualitas et natura; 2) individualitas et negatio positioque; 3) individualitas et exsistentia actualis [haec omnia in vol. 16, p.122-141]; 4) individualitas et accidentalitas-substantialitas (accidentalitas, substantialitas, coordinatio praedicamentalis, quantitas, tempus, spatium) [16, 191-213]; 5) individualitas et materia (modernae interpretationes ARISTOTELIS, diversae solutiones apud Philosophum, eiusdem influxus varius in Scholasticam, positio SCOTI) [17, 112-136]; 6) diversae formulae SCOTI circa individualitatem (forma individualis, forma ultima completiva, ultima realitas formae, ultima realitas entis, unitas numeralis) [18, 192-216]; 7) unitas et evolutio doctrinae SCOTI (individuatio ex natura specifica, ex materia, ex quodam principio synthetico, evolutio doctrinae scotisticae de individuatione) [19, 117-136]. Circa partem secundam, seu *de universalitate*, A. tantum fundamenta critica exponendis SCOTI doctrinis sternit, agens siquidem: 1) de fontibus litterariis; 2) de hodiernis interpretationibus; 3) de problemate universalium an. 1240-1300 (tendentia praecipua, classificationes principales, determinationes modales et categoriales [20, 106-119], realitas universalium, unitas realitatis universalium [20, 198-220]). — Vide etiam brevem sed accuratam notitiam: BORGATO F., *Formalitas*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 494-495 necnon TOGNOLO A., *Ecceità*, *ibid.* I, 1787. S. ST. A.

1796. - MÜHLEN Heribert, *Sein und Person nach Johannes Duns Scotus. Beitrag zur Grundlegung einer Metaphysik der Person.* (Franziskanische Forschungen, 11). Werl (Westf.), Dietrich-Coelde-Verlag, 1954. 24 cm., XII-131 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 324s, *Wiss.Weish.* 18(1955) 76ss necnon relationem P. MIGLIORE, O.F.M.Conv. in *Misc.Franc.* 58 (1958) 110-116. De hoc praestanti libro etiam A. HAYEN, S.J., longiorem nuntium scripsit *L'Être et la Personne selon le B. Jean Duns Scot. À propos d'un livre récent* in *Rev.Phil.Louv.* 53(1955) 525-541. Cui addidit brevem doctrinarum SCOTI et THOMAE comparationem, quae — uti patet — in bonam AQUINATIS partem exit.

1797. - Ó HUALLACHÁIN Colman, O.F.M., *On Recent Studies of the Opening Question in Scotus's* Ordinatio, in *Franc.Stud.* 15(1955) 1-29.

His annis plures auctores scripserunt de famosa quaestione qua SCOTUS *Ordinationem* suam incepit: utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam supernaturaliter inspirari (cf. e.g. *Bi-*

bliog.Franc. X, n.1181s. 1226. 1229). Ipse etiam A., ad obtinendam lauream in Facultate philosophica Universitatis Lovaniensis, dissertationem elucubravit *Duns Scotus and the Philosophers According to the Opening Question of the Ordinatio* (summarium vide in *Rev.Phil.Louv.* 52[1954] 503s), cuius quarta pars hic fere resumitur.

Ope editionis criticae vaticanae et fontium locorumque parallelorum ibidem indicatorum A. acute exponit SCOTI opinionem de primo obiecto intellectus eiusdemque relatione cum metaphysica. Disputans cum É. GILSON momentum urget sequendi ordinem tractationis ab ipso SCOTO adhibitum et non praeponendi argumenta anti-rationalistica « theologorum » rationibus rationalisticis « philosophorum », ut fecit GILSON. Sic enim facile distorquetur recta SCOTI sententiae interpretatio. SCOTUS, ut theologus, sane confutavit argumenta rationalistica philosophorum, sufficientiam naturae propugnantium, non tamen adversatus est philosophiae ut scientiae rationali, a theologia distinctae et propriis methodis utenti, quae in suo campo certe definito autonoma progrediatur. — Summarium huius disquisitionis vide in *Est.Franc.* 56(1955) 430-434; nota etiam quod P.P. PONTOGLIO ad lauream assequendam in Facultate philosophica Universitatis S. Cordis Mediolani an. 1956 defendit thesim cui titulus *I limiti del discorso filosofico nel « Prologo » di Duns Scoto.* S. ST. A.

1798 Ó HUALLACHÁIN Colman, O.F.M., *A Scotist criticism of St. Thomas on the necessity of Revelation,* in *Ir.Theol.Quart.* 22(1955) 264-267.

Nota parvula A. explicare nititur, cur J.D. SCOTUS in *Ord., prol.,* n.79 (Ed.Vat. I, 47s) sententiam S. THOMAE in *S.Th.* I, q.1, a.1, ad 2 et I-II, q.54, a.2, corp., tam mire, immo perperam reddiderit. Auctor ad opinandum inclinat, quod Doctor Subtilis argumentum istud « in its puzzling form » ab aliis mutuavit. O. R.

1799. - PINTO REMA Henrique, *Existência da Teodiceia,* in *Itiner.* 1(1955) 577-593.

De nomine, conceptu, ambitu, momento, necessitate theodiceae agens A. etiam breviter exponit quaestionem utrum Deum esse sit per se notum, sententiis JOANNIS DUNS SCOTI utens. S. ST. A.

1800. - DAMIÁN DE LÁIZ, O.F.M.Cap., *El problema de Dios en Escoto,* in *Reflejos* 15(1955) 73-88.

Per tria capita A. scotisticam demonstrationem exsistentiae Dei illustrat. Primum enim necessitatem et possibilitatem talis demonstrationis examinat et recte extollit momentum quod hac in re tribuendum est naturae conceptus univoci entis. Deinde fundamenta metaphysica argumentationis SCOTI ostendit, dicens de fundamento proximo seu ordine essentiali necnon de ordine eminentiae et dependentiae. Ad ultimum plurimas exhibet conclusiones, ex *De primo principio,* cap. 1-2 excerptas, quae ab ordine essentiali derivantur et in exsistentia Dei probanda momentum habent. S. ST. A.

1801. - WOLTER Allen B., O.F.M., *Duns Scotus and the Existence and Nature of God,* in *Proc.Am.Cath.Phil.Ass.* 28(1954) 94-121.

1802. - BRADY Ignatius, O.F.M., *Comment on Dr. Wolter's Paper, ibid.* 122-130.

Sequendo ordinem et rationem textus *Ordinationis* I, d.2, p.1, q.1-3, WOLTER perite commentatur doctrinam SCOTI de esse Dei et eius unitate. Quam doctrinam ut clarius illustret, etiam *Lecturam primam, Reportationem examinatam* commentarii parisiensis et *De primo principio* adhibuit. Verum intentum dissertationis est ut SCOTI argumentationem ad exsistentiam Dei probandam ostendat, sed id evidenter fieri nequit quin plura de Dei natura pertractentur.

Exponitur primum quaestio utrum exsistentia Dei sit per se notum. Hac quaestione negative resoluta, maioris momenti argumentum proponitur: utrum in entibus sit aliquid exsistens actu infinitum. Accurate examinantur praecipua huius quaestionis capita, scil. argumentum triplicis primitatis (efficientis, finalitatis, eminentiae) et probatio infinitatis Dei. Deinde agitur de unitate Dei, et conclusionis instar A. aliquas criticas observationes de argumentatione SCOTI profert.

Pretiosas additiones I. BRADY contulit ad dissertationem confratris sui, quatenus scil. examinavit quomodo scotizantes saec. XIV JOANNES DE BASSOLIS, PETRUS THOMAE, ANTONIUS ANDREAS, GUILELMUS DE RUBIONE necnon Venerabilis Inceptor GUILELMUS DE OCKHAM critice aestimaverint SCOTI argumentationem eamque emendare conati sint.

Nullam difficultatem moverunt circa initium argumentationis SCOTI *aliquid est effectibile.* Plures tamen animadversiones respiciunt impossibilitatem processus in infinitum. Argumentationem SCOTI potius *probationem* quam strictam *demonstrationem* considerant. S. ST.A.

1803. - OWENS Joseph, C.SS.R., *The special characteristic of the Scotistic proof that God exists, in Studi filosofici intorno all'« esistenza », al mondo, al trascendente,* (Analecta Gregoriana, 67), Romae 1954, 311-327.

Proprietates argumentationis scotisticae in exsistentia Dei probanda clare et distincte exponuntur hoc fere ordine: praemissa scotistica tractatione seu coloratione quam dicunt argumenti anselmiani et structura externa demonstrationis patefacta, ipsa SCOTI argumentatio examinatur (natura causae primae, exsistentia causae primae, identitas causae primae cum Deo); deinde A. penitius inquirit in naturam illius « Entis infiniti » scotistici, ut demum speciali attentione illustret initium argumentandi a quo SCOTUS proficiscitur. Tale initium procul dubio est conceptus univocus entis, quod in intrinseco suo modo infinitatis necessarie — etsi sine immediata evidentia — includit exsistentiam.

De eodem argumento vide PUGA José Antonio, *La existencia de Dios, según Duns Escoto,* in *Duc in altum* (Tlalpan, Mexico) 19(1954) 39-69. Scotismum quoque, praesertim distinctionem formalem, adhibuit et aestimavit NINK Caspar, S.J. *Zur Frage der innergöttlichen Seinsbegründung. Versuch einer Analyse,* in *Schol.* 32(1957) 498-525. S. ST. A.

1804. - STELLA Prospero, S.D.B., *L'ilemorfismo di G. Duns Scoto.* Saggio. (Pubblicazioni del Pont. Ateneo Salesiano, II. Testi e studi sul pensiero medioevale, 2). Torino, Società Editrice Internazionale, 1955. 25 cm., LXIII-326 pp.

Genuinis textibus SCOTI critice examinatis A. usus est ad hylemorphismum Doctoris Subtilis docte et aeque exponendum. Praemittitur introductio qua principia et fundamenta metaphysica talis doctrinae tractantur, et dein per tres partes agitur 1) de materia prima (3-100), 2) de forma substantiali (103-163), 3) de composito (167-299). In conclusione unitas conceptionis scotisticae recte expenditur.

Omnes et singulae partes huius dissertationis probe digneque exarata sunt et analytica tractatio cum synthetica opportune componitur. In introductione examinatur scotistica notio potentiae (obiectivae et subiectivae), distinctio rationis inter essentiam et esse, structura metaphysica entis finiti. His generalioribus principiis dilucidatis, A. aggreditur aliqua problemata praeliminaria de materia prima et deinde accurate determinat SCOTI doctrinam de hoc argumento, debito modo etiam extensionem notionis scotisticae circa materiam illustrans. De forma substantiali disserens pertractat *formam partis*, originem formae et rationes seminales, *formam totius*. Postrema parte, de composito, dilucidat SCOTI sententias de mixto, de forma corporeitatis, de individuo. Auctor concludit hylemorphismum Doctoris Subtilis continuare traditionem neoplatonicam S. AUGUSTINI, AVICEBRON et AVICENNAE, quam traditionem SCOTUS ad summam artem perfectumque systema revocavit. — Vide etiam huius libri summam: BARTH Timotheus, O.F.M. *Der Hylemorphismus des Johannes Duns Scotus*, in *Wiss.Weish.* 22(1959) 215-217 et longam recensionem E. BETTONI, O.F.M. in *Studi Franc.* 53(1956) 171-180. Insuper conferatur DE VRIES Josef, S.J., *Zur aristotelisch-scholastischen Problematik von Materie und Form*, in *Schol.* 32(1957) 161-185, ubi praeter alia sententiae BONAVENTURAE, BACONIS et SCOTI examinantur. S. ST. A.

1805. - SOLERI Giacomo, *Studi scotisti di gnoseologia e di teodicea*, in *Sapienza* 9(1956) 70-83. 205-221.

Largiore compendio resumuntur tria scripta E. BETTONI: circa studia scotistica an. 1920-1940 exarata, doctrinam SCOTI de universalibus et cognitione, itinerarium scotisticum ad Deum. Cf. *Bibliog.Franc.* VII, n.72. 1713. 1714. - Memoramus hic etiam thesim hucusque ineditam, an. 1957 in Universitate S. Cordis Mediolani defensam: MARCHESI Angelo Tranquillo, *La teoria della conoscenza intellettiva secondo Duns Scoto.* S. ST. A.

1806. - BEUMER Johannes, S.J., *Erleuchteter Glaube. Die Theorie Heinrichs von Gent und ihr Fortleben in der Spätscholastik*, in *Franz. Stud.* 37(1955) 129-160.

Disserens de illustratione divina praerequisita iuxta HENRICUM GANDAVENSEM ad omnem veritatem sive naturalem, sive supernaturalem in genere et theologicam in specie cognoscendam, A. fusius habitudinem Scholae franciscanae erga hanc sententiam delibat (p.147-150).

Praeter theologos Scholae mediae, puta BARTHOLOMAEUM DE BOLOGNA, MATTHAEUM DE ACQUASPARTA, ROGERUM MARSTON, A. praesertim in censura acuta J.D. SCOTI exponenda immoratur. Sententiam Doctoris Solemnis insuper renuerunt nominalistae ut GUILELMUS DE OCKHAM. Inter eiusdem fautores e nostratibus A. RICHARDUM DE CONINGTON et JOANNEM DE RODINGTON memorat. PETRI AUREOLI mens anceps erat. O. R.

1807. - DAY Sebastian, O.F.M., *Intuitive Cognition. A Key to the Significance of the Later Scholastics.* (Franciscan Institute Publications.

Philosophy Series, 4). 2d Edition. St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute, 1957. 23 cm., XIII-217 pp.

Hoc opus, quo doctrina SCOTI et OCKHAM de cognitione intuitiva exponitur, antea recensitum fuit in *Bibliog.Franc.* VIII, n.671, cum prima vice editum est.

1808. - OROMÍ Miguel, O.F.M., *Principios básicos de la Etica de Escoto*, in *Verd.Vida* 13(1955) 393-434.

Breviter clarata positione metaphysica SCOTI mere essentialistica et nonnullis consequentiis methodologicis indicatis, A. plane exponit principia et fundamenta ethicae Doctoris Subtilis, ordine dicens 1) de libertate et ordine morali; 2) de fundamento ordinis moralis.

Secundum SCOTUM « prima divisio principiorum activorum est in naturam et voluntatem » (*In Metaph.* IX, q.15, n.4), ideoque A. in primo capite haec duo principia eorumque ad invicem habitudinem explanat, dicens etiam de necessitate naturali et voluntaria necnon de coniunctione voluntatis cum ratione. Recte urget SCOTI doctrinam quod nihil aliud a voluntate est causa totalis volitionis in voluntate. In altera parte haec argumenta tractantur: lex naturalis et voluntas divina, lex naturalis et lex positiva, lex naturalis necessaria et contingens, bonitas moralis et actus morales indifferentes. Haec altera pars fere resumi potest illo SCOTI « nullus actus est bonus in genere ex solo obiecto nisi amare Deum » (*Report.Paris.* IV, d.28, n.6). Omnia enim alia obiecta, extra Deum, habent a libera electione voluntatis divinae quod sint bona, quibus voluntas humana debet actus suos conformare secundum rectam rationem. - De hoc argumento M. PORCELLONI an. 1951 apud Universitatem S. Cordis Mediolani thesim defendit, hucusque ineditam, cui titulus *La legge morale in Duns Scoto*. Aliqua opuscula, ad captum iuvenum studentium adaptata, de doctrina SCOTI edidit D. SAVALL, O.F.M., ex quibus notamus *Ensayos de ética: Duns Escoto en Extremadura*, I-II. Por los Estudiantes de Filosofía del Colegio de San Antonio, Cáceres. Cáceres, [Tip. El Noticiero], 1954. 15 cm., 79, 119 pp.

S. ST. A.

1809. - BUDZIK Gratianus, O.F.M., *De conceptu legis ad mentem Joannis Duns Scoti*. (Pars theseos). (Pontificium Athenaeum Antonianum. Facultas Philosophica - Thesis ad lauream, 28). Burlington, Wisconsin, [St. Francis College], 1954. 24,5 cm., XII-67 pp.

Hac elucubratione A. « veram Doctoris Subtilis mentem quoad definitionem, constitutionem legisque extensionem » (p.1) dilucidare intendit.

Dissertationis partem quam A. hisce edidit in duas divisit sectiones. Prior siquidem respicit legis elementa constitutiva (5-31). Disseritur 1) de materiali legis elemento quod est *ordinatio rationis* seu id quod ordini rectae rationis congruit ac prudentiae virtute regitur (6-12). Unde facile perspicitur, quam iniuste scriptores passim affirmavere J.D. SCOTUM docuisse, quod nulla daretur actio per se obiectiveque bona quodque bonitatem vel malitiam ab extrinseco acciperet et a sola Dei voluntate penderet (7s). - 2) Elementum formale reperitur in *imperio voluntatis* legislatoris e veritatibus practicis illas eligentis, quibus vim legis impertit (12-20). - 3) Causa finalis constituitur *bono communi*, videl. gloria Dei, qui est bonum commune totius universi, necnon bono publico societatis (20-22). - 4) Contrarie ad AQUINATEM Subtilis propugnat legem per *solam institutionem* a legislatore in suo esse constitui, promulgationem vero tantummodo esse conditionem sine qua non, ut lex effectum suum obtineat (22-24).

Sectio altera dicatur legibus in specie, et quidem 1) legi naturali (31-42). Ad legem naturalem stricte sumptam solummodo ea pertinent quae primis principiis

practicis et eorum conclusionibus continentur; sensu lato vero eidem adnumerantur, quae his principiis sunt consona. Proinde A. agit a) de modo quo humana mens prima principia moralia sibi efformat (32-37), et b) de iis quae legi naturae sunt consona (37-42). - 2) Postea A. problema de dispensatione nonnullorum decalogi praeceptorum considerat (43-51). a) Tria primae tabulae praecepta, Deum ipsum respicientia, inquantum sunt negativa, i.e. oppositum prohibent, ad legem naturae stricto sensu pertinent (43-46); cetera vero ad legem naturae lato sensu spectant, exceptis tamen periurio ac luxuriae peccatis contra naturam (46-48). b) Deus idcirco dispensare valet: non quidem super legibus primae tabulae — nisi tempus cultus (sabbatum) excipis —, at super legibus tabulae alterius, cum exceptionibus iam dictis (48-51). - 3) Breviter mens Nostri exploratur circa legem divinam mere positivam et positivam confirmatoriam (51-54).

Quae A. dilucida claritate et serena obiectivitate exposuit in compendium revocantur (55-60). Nec desunt elenchi bibliographici — in quos tamen plures irrepserunt errores — (p.III-X), necnon indices nominum ac rerum (61-66). Dissertatio solido fundamento innititur, cum textus editionis veteris a confratribus Commissionis Scotisticae cum manuscriptis collati fuerint. Speramus fore, ut librorum manualium scriptores hanc faustam arripiant occasionem errorem tritum, tamen passim sparsum, de praesumpto voluntarismo caeco J.D. Scoti penitus expungendi. Cf. etiam *BTAM* VII, n.1533 et *Rev.Esp.Der.Can.* 13(1958) 213-215. O. R.

1810. - Mañas Ruiz José, *La pena de muerte a la luz de la doctrina de Juan Duns Escoto*, in *Revista de la Escuela de Estudios Penitenciarios* 11(1955) 49-56.

1811. - Balić Charles, O.F.M., *Duns Scot*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, col. 1801-1818.

En conspectum concinnum solidumque syntheseos spiritualis J.D. Scoti. Adumbratione vitae curriculi operumque genuinorum ipsius praemissa, A. de doctrina theologico-spirituali necnon de eiusdem in posteros influxu satis fuse accurateque disserit, adductis textibus ex editione critica vel e manuscriptis fide dignis.

In doctrina spirituali Subtilis exponenda, A. merito *Ordinationi* praesertim innititur. 1) Qua fundamenta theologica spiritualitatis scoticae puncta sequentia delibantur: Deus est dilectio per essentiam; Christus SS. Trinitatis perfectissimus glorificator humanisque generis Salvator; Matris Christi praecelsa dignitas; gratiae ad caritatem nexus necnon caritatis usus; sacramenta qua sanctitudinis subsidia efficacissima (col. 1805-1813). - 2) Momentum sensus ecclesialis iure urgetur (1813). - 3) Principiorum praevie expositorum repercussio in vita spirituali pluribus illustratur (1813-1817). Omnia e radice caritatis in laudem Dei procedant oportet per Jesum Christum salutis humanae mediatorem. Perfectionis studium tribus virtutibus theologalibus potissimum exercendum est. - Quod operum scoticorum diiudicationem attinet, cf. quae A. circa tractatum *De perfectione statuum* disserit (1804). - Conspectus iste nuper italice quoque prodiit in *Vita Min.* 32(1961) 36-58. 108-118. O. R.

1812. - Caggiano Aegidius M., O.F.M., *De mente Joannis Duns Scoti circa rationem Incarnationis*, in *Ant.* 32(1957) 309-334.

Consilium Auctoris est examinare ac emendare mentis J.D. Scoti ac Scotistarum interpretationem, prout eam olim Deodatus Marie de Basly, O.F.M., omni studio ac partim quoque Raimundus de Couceault, O.F.M.Cap., proposuere.

Deodatus enim propugnavit Subtilem quaestionem hypotheticam consulto fugisse. Eiusdem mentem id unice evincere nisam esse, videl. Christi praedestina-

tionem a peccato Adae independentem fuisse. In nostro problemate delibando SCOTUM tantum abesse a Scotistis quantum a Thomistis (p.312-314). Auctor dein quaerit 1) utrum Scotistarum quaestio versetur in campo historico an hypothetico (315-319). Discipuli maiores non secus ac magister ordinem actualem continuo prae oculis habuere. - 2) Involvitne doctrina scotica de Christi praedestinatione quaestionem de Incarnatione in omni hypothesi? (320-332). SCOTUS responsum non ad solam negationem dependentiae Incarnationis a peccato coarctavit, sed etiam Incarnationi insuper finem praecipuum (amor quo Deus vult diligi ad extra modo condigno) ac secundarium (generis humani redemptio) assignavit. Finis tanti est pretii, ut vim retinuisset, etiamsi homo non peccasset. - 3) In mente scotica aperienda licetne uti etiam *Reportationibus* (332-334)? Utique, saltem quoad *Reportationes Parisienses;* et si discrepantiae deteguntur inter ipsas et opus praecipuum *Ordinatio* nuncupatum, substantiam doctrinae minime afficiunt. - Miramur, quod A. nullibi ad pervestigationes recentiores de nostra re J.F. BONNEFOY, O.F.M., alludat (cf. v.g. *supra* n.759 et nunc insuper n.763). - Hic recoluisse etiam iuvat: CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *Scotus on Christ's Primacy*, in *Franc.Herald & For.* 34(1955) 170-173. Significamus insuper WOLTER Allan B., *Duns Scotus on the Predestination of Christ*, in *The Cord* 5(1955) 366-372, qui Doctoris Subtilis anglice transfert: *Ordinatio* III, d.7, q.3 (ed. C. BALIĆ, O.F.M., *Theologiae marianae elementa*, Šibenik 1933, 1-10). O. R.

1813. - BÉRAUD DE SAINT-MAURICE [LEMIEUX Sor. R., O.S.U.], *Comment Jean Duns Scot, dans sa doctrine, a sauvegardé la réalité de la Maternité divine*, in *Étud.Franc.* n.s. 5(1954) 183-203.

1814. - TOMBLER John W., *The teaching of John Duns Scotus on the nature of the divine maternity*, in *Franc.Stud.* 16(1956) 396-406.

Si Immaculatae Conceptionis privilegii defensio magnum sane J.D. SCOTI promeritum constituit, non unicum tamen, ne in campo mariologico quidem, fuit. Utriusque commentarii, independenter ab invicem exarati mutuoque se complentis, studium in eo sistit, ut doctrinam ipsius circa divinam maternitatem B.M.V. penitius examinent.

1. Tractationis analytico-systematicae Auctoris gressus sunt isti: 1) monstratur, quomodo SCOTUS in doctrina christologico-mariana scopulos et nestorianismi et apollinarismi prudenter evitaverit (p.183-186). - 2) Quod divinam maternitatem attinet, Doctor noster ostendit a) Virginem vere Matrem Christi, Dei et Hominis, esse, quatenus, contrarie ad S. THOMAM, munus eminenter activum Dei Genetricis exposuerit (186-192); b) veram Dei Genetricem non naturam philosophice inexsistentem, at ens verum genuisse, quod ob ipsam maternitatem divinam verus est Deus verusque Homo (192-202). Considerantur hic, praeter inseparabilitatem essentiae ab esse, SCOTI theologia de Homine assumpto necnon ipsius personae notio. - 3) Ad epilogi instar vis huius sententiae tam pro cultu erga Christum quam pro ipsa christologia urgetur (202s).

2. Auctor alter examen analyticum quaestionis respectivae scoticae instituit. Delibatur 1) refutatio quinque obiectionum, inter quas duae speciali mentione dignae sunt, videl. virginitas ac maternitas se invicem excludunt, necnon pars activa cuiuslibet matris (397-400). - 2) Cooperationis B.M.V. cum Spiritu Sancto in Jesu Christo generando duplex opinio discutitur (400-402), a) quod scil. Dei Genitrix materiam subministravit Spiritui Sancto, qui ante materiae actuositatem ex ea, in instanti, Christi corpus formavit; b) quod Spiritus Sanctus eidem virtutem supernaturalem contulit, qua ad cum ipso cooperandum idonea redderetur. - 3) Vera B.M.V. maternitas divina activa ad mentem Nostri ulterius dilucidatur (402-404). - 4) Quaestio agitatur, utrum Maria fuerit Mater Christi naturalis, an generatio fuerit miraculosa (404s). Etsi divina maternitas ratione potentiae activae Genitricis naturalis exstitit, miraculosa tamen evasit ob causam supernaturalem, qua in actum deducta est, necnon ob modum subitaneum quo processus obtigit. O. R.

1815. - SCHLÜTER Alfred, O.F.M., *Johannes Duns Scotus begründet « Die unbefleckte Empfängnis der seligen Jungfrau Maria »*, in *Sanctificatio Nostra* (Werl/Westf.) 19(1954) 447-451.

Parvulo prooemio praemisso, germanice vertitur Doctoris Subtilis *Ox.* III, d.3, q.1: *Utrum beata Virgo concepta fuerit in peccato originali* (cf. C. BALIĆ, O.F.M., *Theologiae marianae elementa*, Šibenik 1933, 17-43). O. R.

1816. - KOSER Konstantin, O.F.M., *Die Immakulatalehre des Johannes Duns Scotus*, in *Franz.Stud.* 36(1954) 337-384.

1817. - Idem, *A teologia da Immaculada em Duns Scotus*, in *Rev. Ecl.Bras.* 14(1954) 610-676.

Fusa dilucidaque Auctoris pervestigatio, idiomate germanico et lusitano edita, mentem J.D. SCOTI de Immaculata Conceptione utcumque complete reddere vult.

In introductione A. urget prospectum historico-geneticum problematis, quippe cum ob spretum hoc principium tempore retroacto sensus Subtilis pluries false intellectus sit (cf. J.M. ALONSO, C.M.F., in *Ilust.Clero* 42[1954] 194). Tum sequentia enodantur: 1) condicio sententiae immaculistae versus an. 1300 (339-342); 2) historia ac interpretatio doctrinae scoticae (343-372); Auctor hic examinat a) historiam textus (343-345); b) historiam interpretationis (345-347); c) interpretationem quaestionis scoticae de Immaculata Conceptione (347-366); d) eiusdem conspectum (366); e) principia praecipua ipsius (366-369); f) doctrinam SCOTI luce dogmaticae definitionis Bullae diiudicatam; plures thomistae siquidem olim asserere non veriti sunt Subtilis sententiam fidei definitae repugnare (369-372). - 3) SCOTUS principium praedestinationis absolutae, uti notum est, B.M.V. minime accommodavit. Auctor in causas inquirit ac solutionis conamen proponit (373-381). Conclusiones 8 punctis brevissime exhibentur (382-384). Auctor extra controversias adhuc versatur. O. R.

1818. - POMPEI Alphons, O.F.M.Conv., *Johannes Duns Scotus, Lehrer der Unbefleckten Empfängnis Mariens*, in *Johannes Duns Scotus und die Minoriten in Köln*, [Köln 1956] (cf. *infra* n.1859), 26-33.

Conspectu concinno J.D. SCOTI mens circa privilegium Immaculatae Conceptionis luce doctrinarum marialium tunc temporis delibatur.

Disseritur nimirum de historia festivae celebrationis B.M.V. Conceptionis, de oppositione theologorum Scholasticae aureae, de argumenti ex pietate tunc temporis usu, de promeritis Doctoris Subtilis in difficultatibus removendis. - Cf. insuper PLASSMANN Thomas, O.F.M., *Mary Immaculate*, in *The Cord* 4(1954) 203-210; MONTALVERNE Joseph, O.F.M., *Discussion. Duns Scotus the Doctor of the Immaculate Conception, ibid.* 6(1956) 376-379. O. R.

1819. - ARCANGELO DA ROĆ, O.F.M.Cap., *Il Dottore dell'Immacolata*, in *Regina Immaculata* (cf. *supra* n.815), 107-214.

Antequam pernota contentio orta est, A. hac elucubratione magna cum aequitate et eruditione J.D. SCOTI promerita in dogmatica intemeratae B.M.V. conceptionis definitione paranda examinavit.

Eo fine, ut statum quaestionis utcumque complete describeret, A. 1) iudicia positiva de Subtilis meritis volventibus saeculis emissa colligit (p.109-128); 2) exhibet

iudicia meritum ipsius vel diminuentia vel negantia (129-140). Difficultates eiusmodi coacervatas secundum ordinem systematicum disponit (141s) atque 3) singulatim retundit (142-212). Auctoris expositionis rationem, uti patet, hic minime sequi possumus. Id tamen recoluisse iuvat, quod articulo plures tabulae lucis arte expressae et mysterii ad Ordinem franciscalem necessitudinem illustrantes insertae sunt. Serenam amicamque obiectivitatem Auctoris laudavit R. LAURENTIN in *Vie Spir.Suppl.* 8(1955) 481. (Cf. insuper de controversia ipsa p.467-470).

Hic innuere quoque liceat commentarium breviorem: MAGRINI Egidio, O.F.M., *La posizione vera di Giovanni Duns Scoto nella storia del domma dell'Immacolata*, in *Studi Franc.* 52(1955) 3-18, quo A. affirmationes G.M. ROSCHINI varie retundere contendit. - Complementi causa hic insuper aestimationes breviores vel vulgo destinatas adiungimus: BURGIO Costantino, O.F.M., *L'Immacolata e Giovanni Duns Scoto*, in *Sicilia Seraf.* 1(1955) n.11, 1-5; CORREDOR GARCÍA Antonio, O.F.M., *El adalid de la Inmaculada. (Beato Juan Duns Escoto), 1265-1308.* (Pax et bonum, 12). [Barcelona, Tip. Cat. Casals, 1954]. 12 cm., 28 pp., ill.; CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *Scotus' doctrine: The Franciscan glory*, in *Franc.Her.& For.* 34(1955) 199-201. 208; FREHEN H., S.M.M., *Scotus onttroond?*, in *Standaard van Maria* 33(1957) 50-56. 110-114 (contra ROSCHINI: cf. *Est.Franc.* 58[1957] 441); MICHEL A., *Duns Scot et l'Immaculée Conception. L'Immaculée Conception, la fin de l'Incarnation, le couronnement des thèses scotistes*, in *Ami du Clergé* 64(1954) 353-362; PLASSMANN Thomas, O.F.M., *Duns Scotus and Mary Immaculate*, in *Our Lady's Digest* 9(1954) 237-245; PREZIOSO Faustino, O.F.M., *João Duns Scoto, precursor da Imaculada*, in *Vozes* (Petrópolis) 51(1957) 842-849; RYAN Ambrose, O.F.M., *Our Lady's champion, John Duns Scotus O.F.M.* (Australian Catholic Truth Society, April 10, 1954, n.541). Melbourne, The Australian Catholic Truth Society, 1954. 15,5 cm., 32 pp.; SÉRENT Antoine de, O.F.M., *Couronnement de l'intuition géniale du bienheureux Jean Duns Scot.* Conférence donnée au Studium des Frères Mineurs du couvent d'Orsay ... le 8 novembre 1956. Paris, Impr. de Giraud-Rivoire, 1956. 24 cm., 12 pp. O. R.

1820. - ROSCHINI Gabriele Maria, O.S.M., *Duns Scoto e l'Immacolata*, in *Mar.* 17(1955) 183-252, vel extractum: (Scripta professorum Facultatis Theologicae « Marianum » de Urbe Ordinis Servorum Mariae, 6). Romae, Edizioni « Marianum », [1955]. 24 cm., 75 pp.

1821. - Idem, *Riccardo da Bromwych o Duns Scoto?...*, in *Mar.* 18(1956) 206-211.

1822. - Idem, *Radulphus de Hotot, Immaculatae Conceptionis in Universitate Parisiensi primus assertor, ibid.* 19(1957) 142-146.

1823. - Idem, *Questioni su Scoto e l'Immacolata*, in *Eph.Mariol.* 7(1957) 401-436.

1824. - Idem, *Un articolo del P. Amorós su « Scoto e l'Immacolata »*, in *Mar.* 19(1957) 372-407.

Aspera dolendaque altercatio exorta circa meritum historicum J.D. SCOTI in Immaculatae Conceptionis praerogativa vindicanda, hic, uti patet, nonnisi secundum lineamenta generalia adumbrari potest.

1. Sententiae Auctoris capita praecipua sunt fere ista — in ceteris scriptis immutate iterum ac iterum proponuntur —: 1) Doctor Subtilis in operibus suis solum privilegii possibilitatem quamdam conditionatam, non vero — saltem non explicite — convenientiam ipsam docuit; 2) ideo minime inter assertores Immaculatae Conceptionis numerandus est; 3) argumenta ab eo allata quoad essentiam iam antea, et quidem in ipsa Universitate Parisiensi, nota erant; 4) argumentum, e perfectissimo Mediatore haustum, est « un'autentica bolla di sapone, bella in

apparenza, effimera nella sua realtà » (p.216. 38); 6) primus qui thesim immaculistam Parisiis tamquam probabilem proposuit fuit RADULFUS DE HOTOT, sicut primus HENRICUS GANDAVENSIS ibidem discussiones de hoc problemate suscitavit; 7) SCOTI influxus quod piam sententiam spectat incepit cum relatione legendaria anonymi sodalis franciscalis, qui inter an. 1425-1435 primus de disputatione Nostri Parisiis habita scripsit. - Qui sermo post editionem A. EMMEN, O.F.M., et C. PIANA, O.F.M., certo attribui potest FRANCISCO A RIMINI, O.F.M.Conv., tempusque originis inter an. 1424 et 1439 reponendum est (in *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione...*, Quaracchi 1954, 335-391; sermo fusior de hoc tractatu *infra* n.2139 instituetur).

2. Contra C. BALIĆ, O.F.M. (cf. *infra* n.1826), omni vi et studio adstruere enititur, quod argumentum e perfectissimo Mediatore depromptum RICHARDUS DE BROMWICH, O.S.B., prius adhibuit quam J.D. SCOTUS. - Hic adiungi potest commentariolus: LUSTRISSIMI Pietro M., *Scoto « Paladino » dell'Immacolata?*, in *Pal.Clero* 34(1955) 577-580, quo A. expositionem ROSCHINI (n.1) in compendium revocat. Cf. insuper: ROSCHINI Gabriele M., O.S.M., *Ancora su Scoto e l'Immacolata*, *ibid.* 35 (1956) 565-567; idem, *Risultanze sul dibattito su « Scoto e l'Immacolata »*, *ibid.* 1054-1061, quo tam contra C. BALIĆ quam contra L. BABBINI, O.F.M. (cf. *infra* n.1827) modo asperrimo insurgit.

3. Quae de prioritate RADULFI DE HOTOT iam antea expresserat, hic denuo inculcat; cf. tamen V. DOUCET, O.F.M., *infra* n.1842.

4. Contra P. ČAPKUN-DELIĆ, O.F.M. (cf. *infra* n.1835) A. denuo pennam prehendit atque affirmationes eiusdem non secus ac plurium aliorum qui tempore interposito eum impugnaverant, retorquere satagit. Disceptatio puncta sequentia complectitur: 1) prioritas interventus scotici (402-409); 2) genuina SCOTI doctrina (409-422); 3) pretia sententiae immaculistae scoticae (422-430); influxus SCOTI in progressum piae sententiae (431-436).

5. Quin nova argumenta proferat, A. contra elucubrationem L. AMORÓS, O.F.M. (cf. *infra* n.1829), plura adnotat, simulque discussionem definitive clausam declarat. Cf. p.407, quo commentationis periodicae directio litteras typis mandat, quas Aldus LAZZARINI G.M. ROSCHINI de auctore articuli olim in *Oss.Rom.* 7-8 dic. 1953 vulgati misit. O. R.

1825. - BALIĆ Carlo, O.F.M., *Il reale contributo di G. Scoto nella questione dell'Immacolata Concezione*, in *Ant.* 29(1954) 475-496.

1826. - Idem, *Ioannes Duns Scotus et historia Immaculatae Conceptionis*, *ibid.* 30(1955) 349-488; vel extractum: Romae, Via Merulana 124, 1955. 24 cm., 160 pp.

1827. - Idem, *De significatione interventus Joannis Duns Scoti in historia dogmatis Immaculatae Conceptionis*, in *Virgo Immaculata* VII/1, Romae 1957, 51-171.

1828. - Idem, *De regula mariologica Joannis Duns Scoti*, in *Euntes Docete* (Miscellanea in honorem Petri Parente) 9(1956) 110-133.

1829. - AMORÓS León, O.F.M., *La significación de Juan Duns Escoto en la historia del dogma de la Concepción Inmaculada de la Virgen Santísima*, in *Verdad Vida* 14(1956) 265-378; vel extractum: Madrid, Verdad y Vida, San Francisco el Grande, 1956. 23,5 cm., 119 pp.

Contra affirmationes a G.M. ROSCHINI, O.S.M., inde a pluribus annis hinc illinc vulgatas et nuper in opusculo collectas uterque A. commentationibus suis et amplis et eruditis insurrexere.

1. Acroasi ista praeses Commissionis Scotisticae asserta auctoris praedicti in opere ipsius *Compendium Mariologiae* (Romae 1946, p.354) necnon in articulo: *Immacolata Concezione* (in *Enc.Catt.* VI, Città del Vaticano [1951], col.1653s) exposita refutat.

2. Affirmationes G.M. Roschini (cf. *supra* n.1820) data opera magna cum peritia retunduntur. En elucubrationis partes praecipuae: 1) rationes quibus praedecessores J.D. Scoti impediebantur, ne privilegium admitterent (355-364); 2) modus, quo Subtilis rationes aurea aetate Scholasticae coacervatas solverit (364-385), et quidem in opere *Ordinatio* praenotato (366-376), in *Reportationibus* variis (376-385); 3) repercussio interventus Nostri an. 1300-1330 (385-440), confirmati testimoniis ex ambitu vel insulari, potissimum oxoniensi, sive a privilegii adversariis sive fautoribus (386-399) vel continentali, praecipue parisiensi (399-438). Auctor, uti patet, pluries de momento testimoniorum Richardi de Bromwich, O.S.B., necnon Radulfi de Hotot disserit. - 4) Origo indagatur dubiorum et controversiarum circa Subtilis genuinam mentem ac eiusdem interventus vim (440-482); innuuntur causae quae quodam fundamento fulciuntur (444-454) vel quae vix vel nullam veritatis speciem ostendunt (454-482). Examinantur insuper praefati asserta, quod, asseverante S. Bonaventura, sententia pia iam an. 1250 Parisiis minus communis erat quodque Guilelmus de Ware et Raimundus Llull J.D. Scotum quoad privilegium vindicandum in ipsamet Universitate Parisiensi praecessissent. Elucubrationis exitus sub 8 punctis commode exhibetur (483-488).

3. Elementa contentiosa prudenter praetermittens, A. elucubrationem praeviam hic auctam revisamque denuo in publicam protulit lucem. - Hic innui quoque valent: Babbini Leone, O.F.M., *Giovanni Duns Scoto e la storia dell'Immacolata Concezione*, in *Pal.Clero* 35(1956) 414-415; idem, *Verso la fine della controversia su Scoto e l'Immacolata, ibid.* 850-854; aliis commentariis aucti, articuli praelaudati separatim prodierunt: *Giovanni Duns Scoto, Dottore dell'Immacolata.* Risposta al Rev.mo P. G.M. Roschini, O.S.M. Genova, Centro di Studi Francescani Liguri, 1957. 24 cm., 48 pp. Quantum sciamus ex *Eph.Mariol.* 7(1957) 451s opusculum utile evadit, quatenus iudicia variorum theologorum italicorum et exterorum circa controversias collegerit.

4. Norma mariologica J.D. Scoti: « Si auctoritati Ecclesiae vel auctoritati Scripturae non repugnat, videtur probabile quod excellentius est attribuere Mariae », hic copiose periteque explanatur. Auctor enarrat 1) ambitum historicum in quo talis regula formata sit, videl. incensam erga Dei Genitricem affectionem necnon scripta in eius honorem edita in Ordine franciscali inde ab ipso Fundatore (112-116); 2) norma in suo contextu immediato consideratur (116-1122); cf. quae A. p.118s adn. 39 de argumento e perfectissimo Redemptore hausto disserit. - 3) Influxus seu usus atque abusus huius regulae aestimantur (122-128). - 4) Demum momentum actuale eiusdem normae urgetur (128-133).

5. Disceptatione amplissima, stilo fortassis nimis bellicoso conscripta, Amorós, qui rerum tum Scholasticae tum franciscalium vix dici potest tiro, sententiam G.M. Roschini funditus evertere suscipit. Parte prima siquidem Immaculatam Conceptionem secundum doctores Scholasticos saec. XIII definit (274-288). Parte secunda ipsam sententiam Subtilis fuse ac per varios gressus explicat (289-312). Tertio influxum ipsius in theologos coaevos ac posteros tam oxonienses quam parisienses dimetitur (313-357). Quarto problema disputationis parisiensis Scoti ac eiusdem necessitudo cum eius positione enodantur (357-375). Postremo praecipua asserta tamquam pervestigationis fructus porriguntur (375-378). Ad A. vituperia haud nimis blanda Roschini respondit (cf. *supra* n.1824). O. R.

1830. - Gagov Giuseppe, O.F.M.Conv., *L'ambiente liturgico e culturale inglese a favore dell'Immacolata e Giovanni Duns Scoto, O.Min.*, in *Virgo Immaculata* V, Romae 1955, 74-89.

1831. - MIGLIORE Pietro, O.F.M.Conv., *La dottrina dell'Immacolata in Guglielmo de Ware, O.Min., e nel B. Giovanni Duns Scoto, O.Min.*, in *Misc.Franc.* 54(1954) 433-538.

1832. - POMPEI Alfonsus, O.F.M.Conv., *Sermones duo Parisienses saec. XIV de Conceptione B.V.M. et Scoti influxus in evolutionem sententiae immaculistae Parisiis, ibid.* 55(1955) 480-557.

Ut genuina mens J.D. SCOTI circa Immaculatam Conceptionem recte diiudicetur, minime parvipendantur oportet momenta influxus anteriorum in ipsum ac ipsius in posteros. Ad quod duplex negotium tres eiusdem familiae franciscanae filii subsidia haud spernenda attulere.

1. GAGOV locum huius mysterii mariani in liturgia Angliae aestimat, cui respectu ceterarum nationum prioritas cultus competit. Per varias aetates A. dein devotionem ac doctrinam immaculistam generali perlustrat obtutu, ut ambitum propitium innuat sententiae scotisticae ortus.

2. MIGLIORE indagationem amplam momentosamque proponit, qua magistri et discipuli doctrina de praerogativa mariali copiose ad invicem confertur. 1) Ad modum introductionis elementa significantur, quibus uterque vel conveniunt vel differunt (p.434-452). Auctor hic etiam dubia G.M. ROSCHINI hinc illinc sparsa impugnat (447-450). - 2) Theoriae GUILELMI DE WARE et SCOTI possibilitas speculativo-philosophice (452-482) ac theologice (482-507) vindicatur ac diiudicatur. Inter cetera capita doctrinarum Subtilis haec dilucidantur: nexus inter iustitiam originalem et peccatum originale; peccati protoparentum causae; gratia qua elementum iustitiam substituens; prioritas filiationis adamiticae respectu infusionis gratiae, etc. - 3) Postremo doctrinam utriusque circa debitum peccati originalis examinat (508-535). Auctor opinatur J.D. SCOTUM, quamquam praedestinationis theoriam B.M.V. non accommodaverit, nullum debitum admisisse. - Hic adiungi poterit LYNCH Kilian, O.F.M., *The doctrine of William of Ware on the Immaculate Conception*, in *Vox Regis* 19(1954) 2-3. 18-22.

3. POMPEI Bruxellis in *Bibl.Regali cod. 11817-40*, f.66*r*-82*r* duos sermones saec. XIV de Conceptione B.M.V. disserentes detexit, videl. canonici leodiensis Gerardi RONDELLI, *Quasi aurora consurgens* (ed. partialis: 535-545) necnon PSEUDO FRANCISCI DE MEYRONNES, O.Min., *Audite sompnium meum quod vidi* (item: 545-557). Perinde 1) auctor indagatur utriusque sermonis (481-504). Pro sermone secundo sodalis franciscalis proponitur, qui vix post FRANCISCUM DE MEYRONNES vixit atque ex ipsius *III Sent.*, d.3, q.2 hausit (cf. tamen J. JURIĆ, O.F.M., in *Studi Franc.* 53[1956]) 22 adn. 1). - 2) Doctoris Subtilis influxus in sententiae piae expositionem evolutionemque Parisiis consideratur (504-524). Auctor argumenta affert, quibus historicitatem disputationis parisiensis roborat. - 3) Certitudinis gradum determinat, quo sententiae SCOTI saec. XIV adhaerebant. Asseruerunt siquidem, neutram sententiam esse de fide tenendam, neutram esse impiam, immo sententiam immaculistam esse magis piam (524-534). In commentario eruditissimo plures affirmationes G.M. ROSCHINI peremptorie excluduntur. O. R.

1833. - LONGPRÉ Éphrem, O.F.M., *Duns Scot et l'Immaculée Conception. À propos du théorème XIV, 27*, in *Étud.Franc.* n.s. 7(1956) 36-44.

1834. - BONNEFOY Jean-Fr., O.F.M., *Duns Scot, défenseur de l'Immaculée Conception de Marie*, in *Virgo Immaculata* VII/1, Romae 1957, 172-219.

Duplex commentarius in quaestione vexata de vera J.D. SCOTI mente quoad Immaculatam Conceptionem dirimenda, momento peculiari minime caret.

1. Optime meritus Scholae franciscanae pervestigator *lapidem offensionis*, locum scil. operis *Theorematum* a G.M. Roschini ad propriam thesim firmandam acerrime invocatum examini subicit. Explicationibus Archangeli de Roć, O.F.M.Cap., necnon P. Migliore, O.F.M.Conv. (cf. *supra* n.1819. 1831) delibatis, A. in traditionem manuscriptorum textus inquirit, atque statuit secundum codices meliores *dicitur quod* desiderari. Qua formula, opinantibus auctoribus praelaudatis, Scotum non proprio loqui nomine. Auctor firmiter renovat sententiam iam mature expressam opus praedictum esse omnino spurium. Cf. etiam p.43s adn. 22 Auctoris iudicium circa statum controversiae.

2. Vastiore prospectu A. promerita scotica pervestigat. Laudando serenitatis studio 1) contextus historicus describitur (173-194). Vitae curriculo ac operibus cum elementis marianis Scoti adumbratis, A. insignis disputationis publicae Parisiis indolem historicam defendit (177-181) ac statum doctrinae immaculistae tempore Subtilis perpendit, sive in Anglia, sive in Gallia (181-194). Parte altera ipsam doctrinam scoticam, prout eam Subtilis Oxonii versus an. 1300 (195-208) necnon Parisiis (208-215) proposuerat, ad trutinam vocat, sincere lacunas eiusdem solutionis indigitans (215-219). Praeter plura alia cf. ea, quae A. de vero sensu *probabilis* tempore Scholasticae tam contra G.M. Roschini, O.S.M., quam contra Franciscum de Guimarães, O.F.M.Cap. (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.694; 204-208) scribit. - Cf. denique commentariolos intentione serena plurium lectorum intuitu conscriptos: Vogt Berard, O.F.M., *Duns Scotus defender of the Immaculate Conception. An historical-dogmatic study*. Paterson, New Jersey, St. Anthony Guild Press, [1955]. 19 cm., IX-30 pp., 1 tab. Idem studium eadem inscriptione quoque prodiit: in *Studia mariana* IX, San Francisco/California 1954, 161-175; in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 79-86; in *Virgo Immaculata* VII/1, Romae 1957, 220-240. Cf. etiam Grajewski Maurice, O.F.M., *The Immaculate Conception according to Duns Scotus*, in *Tribute to Mary*. Edited by Fr. Theodore Zaremba, O.F.M., Pulaski, Wis., 1955, 35-48. O. R.

1835. - Čapkun-Delić P[etrus], O.F.M., *Quaedam recentiora iudicia circa Joannis Duns Scoti positionem in quaestione de Immaculata Conceptione*, in *Eph.Mar.* 6(1956) 425-449; vel extractum: Madrid, « Ephemerides Mariologicae », 1956. 24,5 cm., 25 pp.

1836. - Kaup Julian, O.F.M., *Die Bedeutung des Duns Scotus für die Entwicklung der Lehre von der Unbefleckten Empfängnis*, in *Franz. Stud.* 38(1956) 78-85.

1837. - Azevedo David de, *Controvérsia sobre Escoto*, in *Itiner.* 2(1956) 377-380.

1838. - [García Garcés N., C.M.F.], *Una disputa acalorada*, in *Eph.Mar.* 6(1956) 492-493.

1839. - Idem, *Sinopsis y final de una disputa*, *ibid.* 7(1957) 437-452.

Ad visionem serenam ac obiectivam contentionis notae exitus obtinendam praelaudati conspectus haud parum adiuvare poterunt.

1. Čapkun-Delić plurium auctorum recentiorum scripta perlustravit, videl. Francisci de Guimarães, O.F.M.Cap. (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.694), A. Emmen, O.F.M. (cf. *supra* n.793), G.M. Roschini, Archangeli de Roć, O.F.M.Cap., C. Balić, O.F.M., A. Pompei, O.F.M.Conv. (cf. *supra* n.1820. 1819. 1826. 1832), atque sereno aequitatis studio vera a falsis seligere nititur, et quidem 1) quoad prioritatem interventus scotici (p.427-429); 2) quoad veram doctrinam Scoti (430-440); hic A. etiam sermonem instituit de genuitate *Theorematum*, sententiam É. Longpré, O.F.M. (cf. *supra* n.1833) renuens (437-440). 3) Pretia doctrinae immaculistae Subtilis aestimantur (440-444); 4) influxus in progressum piae sententiae adumbratur (445-449).

Cf. etiam p.449 adn. 128, qua summariae relationes aliorum scriptorum significantur.

2-3. Tum D. DE AZEVEDO tum J. KAUP fuse referunt de elucubratione C. BALIĆ, O.F.M., in *Ant.* 30(1955) 349-488. Quod censorem secundum attinet, cf. spec. p.79 adn. 4, ubi verum effati A. EMMEN, O.F.M., sensum contra G.M. ROSCHINI, O.S.M., vindicat.

4-5. Postquam N. GARCÍA GARCÉS iam in *Rev.Esp.Teol.* 16(1956) 401-406 ample subtiliterque de contentione retulit, hic eiusdem ulteriorem progressionem sequitur. In conspectu altero A. occasionem arripuit responsi ultimi ROSCHINI contra ČAPKUN-DELIĆ (cf. *supra* n.1823), ut non solum quaedam principia generalia de huiusmodi controversiis fructuose ducendis innueret, sed etiam ROSCHINI quaedam quaesita nondum soluta submitteret. - Ulteriora iudicia inspici valent apud *Mar.* 20(1958) 67*-69*; *Coll.Franc.* 28(1958) 5-32. 129-154; *Franc.Stud.* 17(1957) 312-316; *Franz. Stud.* 41(1959) 426-428; *Greg.* 40(1959) 158s; *Rev.Sc.Phil.Théol.* 41(1957) 166s; *Wiss. Weish.* 20(1957) 150s. O. R.

1840. - BRLEK Michael, *O.F.M., Legislatio Ordinis Fratrum Minorum de Doctore Immaculatae Conceptionis B.M. Virginis,* in *Ant.* 29(1954) 497-522.

1841. - Idem, *De historia et valore iuridico legislationis Ordinis Fratrum Minorum circa Doctorem Immaculatae Conceptionis,* in *Virgo Immaculata* VII/3, Romae 1957, 188-226.

Consilium quod A. utraque pervestigatione sibi exsequendum proposuit est aestimare, quale momentum potestas legislativa Ordinis franciscalis saeculorum decursu J.D. SCOTO, Immaculatae Conceptionis Doctori, attribuerit qualemque vim obligandi eiusmodi decretis immiserit.

1. Utraque commentatio partim coincidunt. Describitur 1) quales magistros Ordo in propriis scholis secutus sit atque commendatos habere voluerit (498-506). Licet potestas legifera Ordinis auctoritatem SCOTI vario tempore prae ceteris doctoribus urserit, tamen generatim libertatem investigationis ac institutionis reliquit. - 2) Magisterium J.D. SCOTI pressius definitur. Quaeritur siquidem, a) qualia nomina qualesque tituli honorifici eidem tributi sint: Doctor Subtilis, Marianus, etc. (506-508); b) quomodo eiusdem doctrina vel textus adhibiti sint (508-510); c) quod doctrinam philosophicam spectat, legislatio magnam libertatem concessit (510-512); d) pro doctrina theologica praescripta respectiva a maiore rigore ad largiorem libertatem procedunt (512-518). - 3) Legislatio de Doctore Immaculatae Conceptionis «sub fine saec. XV incipit, saec. XVI incrementum sumit et sub fine saec. XVI necnon toto quasi saec. XVII primatum gerit» (518-521. 518).

2. In alterius elucubrationis parte prima legislatio de Doctore Immaculatae Conceptionis exponitur (189-207), et quidem 1) ut supra de positione Subtilis in Schola franciscana (189-196); 2) de eodem ut Immaculatae Conceptionis Doctore (196-207). - Parte secunda, respectu prioris nova, A. in vim iuridicam legislationis ac in S. Sedis necessitudinem ad legislationem franciscanam inquirit (207-225). Quaeritur nimirum, qualis sit vis obligans varii generis Ordinis decretorum, si doctrinam scoticam praescribunt. Auctor per varios gressus caute procedit: a) enumerantur litterae encyclicae supremorum moderatorum Ordinis (208-210); b) Capituli et Congregationes generales (210-213); c) Constitutiones et Statuta generalia (213-225), quatenus de auctoritate Nostri sermonem instituunt. Texitur eorum elenchus simulque indagatur eorum valor iuridicus. Uti A. argumentis firmat, leges Constitutionum et Statutorum in forma specifica approbatorum vim quasi legis pontificiae induunt. - Cf. quae A. p.202s adn. 40 de opinione G.M. ROSCHINI, O.S.M., exprimit. O. R.

1842. - DOUCET Victorin, O.F.M., *Raoul le Breton défenseur de l'Immaculée Conception*, in *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 447-450.

RADULFI RENAUD BRITONIS *III Sent.* servatur Paviae, *Bibl.Univ., cod. 244*, cuius tempus originis 15 martii 1309 innuitur. Quoniam ms. perardue legitur, A. paulum antea (*ibid.*, p.158) contra P. GLORIEUX affirmaverat, praedictum magistrum saecularem ea de causa eumdem ac RADULFUM DE HOTOT non esse, quia Immaculatam Conceptionem ibidem negasset (cf. *supra* n.1822). Novo examine a C. PIANA, O.F.M., peracto, A. propriam opinionem retractat.

Ut illius sententiam immaculistam, consulto ambigue expressam, patefaceret, quaestionem de nostro privilegio disserentem transcripsit (f.46*b*: 448-450). Ex ea profluit, quantum RADULFUS influxum J.D. SCOTI subierit. - Pro habitudine Joannis BACONTHORPE, O.Carm. († ca. 1348) ad argumenta scotica ad intemerati Deiparae conceptus praerogativam demonstrandam, cf. COUTO Gabriel P. Bueno, *Doctrina Joannis Baconthorpe de Immaculata Conceptione*, in *Carmelus* 2(1955) 54-84, necnon SAGGI Ludovicus M., O.Carm., *Joannis Baconthorpe textus de Immaculata Conceptione, ibid.*, 216-303. O. R.

1843. - EMMEN Aquilinus, O.F.M., *Joannes de Romiroy sollicitator causae Immaculatae Conceptionis in concilio Basileensi. Attributio trium opusculorum hucusque anonymorum Magistro Joanni ex Le Puy-en-Velay*, in *Ant.* 32(1957) 335-368.

Actuositatem JOANNIS DE ROMIROY, thesaurarii ecclesiae de Le Puy-en-Velay, in concilio Basileense nova collustrans luce, A. eidem contra indebitam triplicationem *Magistri Joannis* tria scripta restituit.

Nostrae res spectantur in aestimatione influxus Scholae franciscanae in doctrinam JOANNIS (p.359-363). Doctrina J.D. SCOTI columen ac firmamentum constituit eiusdem solutionis speculativae. Haud pauca mutuavit e S. BONAVENTURA et elementa praesertim positiva e JOANNIS VITALIS, O.Min., *Defensorio* assumpsit. Influxus Petri PORCHER, (Porquerii), O.Min. provinciae Aquitaniae ministri necnon in eadem causa Basileae defendenda collegae, nec defuisse merito suspicatur. - Significamus insuper PIETKUN Witold, *Dwie drogi rozwoju dogmatu o Niepokalanym Proczęciu Najświętszej Maryi Panny*, in *Coll.Theol.* 25(1954) 423-438, qui mentem S. THOMAE et J.D. SCOTI quoad Immaculatae Conceptionis sententiam comparat, asserens Subtilem ad eiusdem veritatem explanandam elementa ab Aquinate mutuasse ideoque Doctorem Communem minus recte inter privilegii adversarios numerari (cf. summarium latinum p.437s). O. R.

1844. - VISSER A.J., *De efficacia sacramentorum bij Bonaventura en Duns Scotus*, in *Nederlands Archief voor Kerkgeschiedenis* N.S. 40(1954) 75-86.

En examen quorumdam textuum S. BONAVENTURAE et J.D. SCOTI theoriam de efficacia sacramentorum illustrantium (p.77-82. 82-85).

Ad vocem voluntarismi S. FRANCISCI Ordinem Minorum et Scholam franciscanam enixe respondere affirmat Auctor. Uterque doctor discrimen conceptionis magicae signi sacramentalis audacter superavere, quatenus summum momentum voluntatis divinae (assistentia divina et pactio) tribuerint. Dum S. BONAVENTURA opinionem theologorum anteriorum prudenter memoravit ac minime severe exclusit, Doctor Subtilis omnino explicitus exstitit. Ad modum conclusionis demum influxus sententiae scoticae penes catholicos ac protestantes adumbratur. - Auctor rem potius sub angulo quodam angusto consideravit. Insuper commentarios antea vulgatos minime ad trutinam vocavit. O. R.

1845. - OCTAVIANUS A RIEDEN, O.F.M.Cap., *Sacerdotis Novi Testamenti consecratio et dignitas apud Ioannem Duns Scotum,* in *Tert.Ordo* 16(1955) 111-115; 17(1956) 6-12. 62-70.

Ad lectorum aedificationem A. ex scriptis SCOTI praecipuos locos selegit, quibus agitur de natura et dignitate sacerdotii. Quos textus breviter commentatur et pro vita spirituali aestimat. Textus per tria capitula disponuntur: 1) sublimis sacerdotis dignitas; 2) admirabilis potestas sacerdotis; 3) exhortatio ad munus sacerdotale digne exsequendum. S. ST. A.

1846. - PANNENBERG Wolfhart, *Die Prädestinationslehre des Duns Skotus im Zusammenhang der scholastischen Lehrentwickung.* (Forschungen zur Kirchen- und Dogmengeschichte, 4). Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht, 1954. In-8°, 149 pp.

Hoc opus de praedestinationis doctrina ad mentem J.D. SCOTI in luce theologiae Scholasticae anterioris exposita nobis transmissum non fuit. Opportune tamen V. HEYNCK, O.F.M., in *Franz.Stud.* 37(1955) 432-435, idem fuse descripsit et aeque diiudicavit. Ex hac recensione desumimus quod sequitur.

Dilucidatur 1) conceptus scoticus praedestinationis (p.28-43). Respectu decessorum, uti PETRI LOMBARDI, *Summae Halesianae,* S. BONAVENTURAE, S. THOMAE, GUILELMI DE WARE, Noster praedestinationem voluntati divinae assignat; ut eius effectum praecipuum gloriam Dei communicandam urget et electionem idem esse ac praedestinationem declarat. Dum AQUINAS ideam praemotionis divinae extollit, fundamentum SCOTI conceptionis, voluntarismo bonaventuriano innixae, exsistit divina acceptatio, qua creatura ad finem suum consequendum admittitur. - 2) Modus realis (Wirklichkeitsmodus) actus divinae praedestinationis aestimatur (44-68). Quaeritur nimirum, utrum praedestinatus damnari possit. Subtilis iterum semitas Seraphici premit, quatenus praeprimis absolutum Dei dominium salvare studeat. Eo quod *sensum divisum* diverse determinat atque psychologiae divinae voluntatis accommodat, ex coexsistentia Dei aeternitatis cum variis modis temporalibus possibilitatem — licet numquam ad effectum adductam — damnationis electi statuere valet. - 3) Sectione hac praecipua A. in causas praedestinationis ac reprobationis inquirit (69-119). Ad mentem Nostri praedestinatio est omnino gratuita, dum reprobatio quidem a Deo ab aeterno praevidetur, at homini ipsi accensetur, qui in peccatis libere permanet. Hic A. ostendere nititur, quod solutio scotica in *Ordinatione* et *Reportationibus Parisiensibus* proposita profunde differunt. - 4) Dei habitudo ad liberum arbitrium hominis enucleatur (120-139). Praeter alia hic aestimationes magni momenti de potentia absoluta et ordinata penes SCOTUM inveniuntur. - Censor praelaudatus, etsi asserat se non omnino cuncta subsignare, librum tamen magnis exornat laudibus, immo eumdem gravioribus studiis ultimis annis circa Doctorem Subtilem vulgatis accenset. Non semel A. interpretationibus H. SCHWAMM et P. VIGNAUX aperte adversatur (cf. *Coll.Franc.* 6[1936] 90-95; 7[1937] 257-262). O. R.

1847. - DETTLOFF Werner, O.F.M., *Die Lehre von der* acceptatio Divina *bei Johannes Duns Scotus mit besonderer Berücksichtigung der Rechtsfertigungslehre.* (Franziskanische Forschungen, 10). Werl/Westf., Dietrich Coelde-Verlag, 1954. 23 cm., XVIII-234 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 318-320; videatur insuper relatio in *Münch.Theol.Zschr.* 7(1956) 218-220.

1848. - CUMMINGS Juniper, O.F.M.Conv., *Theology of love. Franciscan bibliography on grace,* in *Franc.Educ.Conf.* 38(1957) 246-261. 262-270.

Commentariolo isto doctrina, non quidem caritatis, at gratiae ad mentem J.D. SCOTI breviter delibatur. Praemissa ratione, cur disquisitio hoc nomine inscripta sit, A. collustrat gratiae *causam finalem,* i.e. praedestinationem ad gloriam et gratiam, gratiae sanctificantis naturam ac munera, factum ac obiecta meriti supernaturalis, gratiae actualis species ac scopum; necnon eiusdem *causam efficientem*: i.e. Deus per Christum gratiam in homine ad eam debite respondente operatur. Quam brevissime natura ac divisiones gratiae adumbrantur. Memoria dignus demum est elenchus bibliographicus satis fusus, quo veterum ac recentiorum opera circa gratiam ad mentem doctorum franciscalium exhibentur. Dolemus vero, quod in scripta adducta nimis frequenter menda irrepserunt. O. R.

1849. - MULLANEY Aidan, T.O.R., *The infused virtues according to the Franciscan School,* in *Franc.Educ.Conf.* 38(1957) 176-180.

Pauca adumbrantur de SCOTI praesertim definitione virtutis ac infusionis virtutum moralium negatione. O. R.

1850. - HEERINCKX James, O.F.M. - WOELFFER Marvin, O.F.M. (Transl.), *The importance of charity in Franciscan spirituality,* in *The Cord* 6(1956) 136-146. 170-177. 201-209. 279-288. 342-351.

Insignis elucubratio J. HEERINCKX, *De momento caritatis in spiritualitate franciscana,* in *Ant.* 13(1938) 19-32. 135-170. 475-488, qua praeter S. FRANCISCUM et S. BONAVENTURAM praesertim ad mentem J.D. SCOTI attenditur, hisce in anglicum idioma, et quidem modo adaptato, convertitur (cf. *Bibliog.Franc.* VI, n.1715). O. R.

1851. - FINKENZELLER Josef, *Erbsünde und Konkupiszenz nach der Lehre des Johannes Duns Scotus,* in *Theologie in Geschichte und Gegenwart* (cf. *supra* n.726), 519-550.

En examen penetrans mentis J.D. SCOTI circa peccati originalis naturam intimiorem necnon nexum ad concupiscentiam. Quoniam Doctor Subtilis in expositione problematis sententiam augustinismi rigidioris HENRICI GANDAVENSIS continuo prae oculis habuit, A. simul eiusdem sensum explicat.

Novis solutionis tentaminibus ac evolutione sententiae augustinianae ante Subtilem praelibatis (p.519-523), 1) A. utriusque magistri interpretationem adagii noti examinat: « Spoliatus in gratuitis, vulneratus in naturalibus » (523-537). Contrarie ad Doctoris Solemnis placita Noster affirmat iustitiam originalem minime primarie in rectitudine naturali constitisse, qua amissa voluntas humana accidentaliter vulnerata fuisset, at in solo dono gratiae infusae. Concupiscentia siquidem qua discordia interna inter naturam superiorem et inferiorem in ipsa humana natura fulcitur. Naturae debilitatio vero peccatis actualibus multiplicatis obtingit. - 2) Naturam peccati originalis quod spectat (537-545), SCOTUS omnino respuit HENRICI

distinctionem inter reatum culpae ac reatum poenae non secus ac compositionem inter carentiam iustitiae, qua elementum formale, ac concupiscentiam, qua materiale, ab AQUINATE propositam, at statuit carentiam iustitiae constituere elementum formale, debitum ad eam habendam vero elementum materiale. - 3) Pro modo peccati originalis in Adae posteros derivandi (545-549) Doctor noster quodlibet genus qualitatis morbidae generatione traductae nervose renuit. Ad mysterium propagationis explanandum ad voluntatem divinam refugit. Propter modum, quo Deus Adae iustitiam contulit, quivis filius Protoparentis naturaliter progenitus est debitor iustitiae. - Nemo est, qui non videat solutionem scoticam plura elementa mentione omnino digna, immo sententia S. THOMAE perfectiora, includere (cf. *BTAM* VIII, n.1697). Ad profundiorem quaestionis perarduae solutionem Subtilis idcirco haud parum contribuere valet, licet in eius sententia lacunae detegantur (cf. V. HEYNCK, O.F.M., in *Franz.Stud.* 42[1960] 374). O. R.

1852. - BAK Felix, O.F.M.Conv., « *Scoti Schola numerosior est omnibus aliis simul sumptis* », in *Franc.Stud.* 16(1956) 144-165.

Ab auctoribus florentem saec. XVII Scholam scotisticam describentibus saepissime affertur textus ille *Scoti Schola numerosior est (omnibus) aliis simul sumptis,* qui attribuitur Joanni CARAMUEL Y LOBKOWICZ, O.Cist. († 1682). Cum vero C. BALIĆ textum minime reperisset in loco qui solet indicari, scil. *Theol.Fund.*, lib. II, disp. 10, eum inter commentitias legendas delegandum esse decrevit (cf. *Wiss.Weish.* 4 [1937] 205). Sed A. iterum ex omni parte examinans quaestionem, ipsum celebrem textum invenit in loco qui deinceps accuratius et absque erroris dubio adducendus est: *Theologia Intentionalis,* lib. 2, cap. 3, disp. 10, 1264 (ed. Lugduni 1664, p.273; imago huius paginae refertur p.160). Textus authenticus habet verbum *omnibus,* quod saepe ab auctoribus minus recte omittitur. S. ST. A.

1853. - SÉPINSKI Augustinus, O.F.M., *Causa Joannis Duns Scoti,* in *Wiss.Weish.* 17(1954) 217-221.

Prolusione ista, occasione memoriae publicae in honorem Doctoris Mariani die 4 iulii 1954 Coloniae dicta, supremus moderator O.F.M. statum causae ac editionis criticae J.D. SCOTI aestimavit.

Prima parte nimirum processus beatificationis varia tentamina usque ad primum decennium saec. XX breviter adumbrantur. Postea fusius historia, ratio ac ordinatio editionis criticae operum Doctoris Subtilis delibantur. Operam hanc immanem aggrediendam Capitulum generale O.F.M. an. 1927 decrevit. Scriptis scoticis ad severam artem criticae in publicam lucem prolatis, mens accurata Scholae franciscalis capitis ac principis secure dignosci poterit. Simulque facilius evadet examen operum ipsius instituere ad calumnias contra eum oppositas dissipandas. - Cf. insuper YOUNG Valentine, O.F.M., *The holiness of John Duns Scotus.* - *The veneration of John Duns Scotus,* in *The Cord* 4(1954) 334-338. 378-782. O. R.

1854. - GRAJEWSKI Maurice, O.F.M., *Duns Scotus: Beatification, Canonization and Doctorship,* in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 108-120.

1855. - ODOARDI Giovanni, O.F.M.Conv., *Die Verehrung des gottseligen Johannes Duns Scotus im Laufe der Jahrhunderte,* in *Johannes Duns Scotus und die Minoriten in Köln,* [Köln 1956] (cf. *infra* n.1859), 43-53.

Duplici commentatione historia cultus ac causae beatificationis J.D. Scoti luce collustratur.

1. Anni Mariani occasionem nactus, A. prius historiam processus beatificationis tentaminum explanat (p.108-118). Adducuntur siquidem quaedam encomia coaevorum; innuuntur exhumationes ac translationes exuviarum volventibus saeculis peractae; significantur processus conamina ac status praesens causae. Ad fabulas innumeras contra Subtilem sparsas auferendas praevie editio critica eiusdem operum paranda est. - In commentarii parte altera agitur de titulo honorifico Doctoris qui eidem a variis viris praeclaris passim attributus est. Antequam vero causa ad eiusdem Doctoris dignitatem promovendam institui possit, felix processus beatificationis ac canonizationis exitus praecedat oportet.

2. Modo accurato eruditoque A. venerationem enarrat, qua J.D. Scotus labentibus saeculis fruebatur. Disseritur siquidem 1) de eius fama sanctitatis saec. XIV (43s); 2) de laudibus quibus eum Sancti, theologi ac artifices saec. XV-XVI exornaverunt (44-46); 3) de egregiorum virorum encomiis adhuc ferventioribus Subtili saec. XVII tributis (46-48); 4) de processibus informativis, et quidem a) Coloniae die 13 nov. 1706 incepto iudicioque negativo clauso (48s); b) Nolae die 12 apr. 1710 cultus exsistentiam comprobante (49); 5) de novis gressibus saec. XIX ac XX peractis (49-53). - Causae novum feliciter impulsum dederunt anniversarium quinquagesimum a dogmatica Immaculatae Conceptionis definitione an. 1904 necnon centenarium mortis Nostri an. 1908. Speciali mentione dignum est, quod exsistentia cultus in dioecesi Nolana inde ab immemorabili tempore patet (52s).

Complementi causa hic significamus: Walz Angelus, O.P., *Andreas Kardinal Frühwirt (1845-1933). Ein Zeit- und Lebensbild.* Wien, Verlag Herder, 1950. 22 cm., VII-619 pp. In hac vitae enarratione (praesertim p.391-393. 415) sermo fit de praedicti Cardinalis habitudine ad causam Scoti ac de rationibus eiusdem iudicii negativi. In eodem opere tamen de amica eius necessitudine cum variis familiis franciscanis quoque disseritur. O. R.

1856. - *Recognitio corporis B. Joannis Duns Scoti Coloniae,* in *Comm.O.F.M.Conv.* 51(1954) 175-179.

1857. - *Restitutio exuviarum B. Joannis Duns Scoti et nostrorum reditus in coloniensem « Minoritenkirche », ibid.* 53(1956) 220-231.

Ob bellicos tristes eventus ecclesia O.F.M.Conv. S. Francisci Coloniae an. 1943 diruta est, urna cum exuviis J.D. Scoti vero fere incolumis remansit ac Capitulo Metropolitano adservanda tradita est.

1. Die 14 maii 1954, instante Procuratore generali O.F.M.Conv. necnon consensu Sacrae Rituum Congregationis praehabito, Card. archiep. Josephus Frings, adstante Victorio Costantini, O.F.M.Conv. tunc ministro generali, exuvias Doctoris Subtilis canonice recognovit. Eadem occasione extracta est insignis reliquia ossis, quod *radius* vocatur, ac coenobio O.F.M. tradita est.

2. Coetu Catholico Germanico (Deutscher Katholikentag) Coloniae coacto, die 31 aug. 1956 sodales O.F.M.Conv. ad ecclesiam Minoritarum redierunt. Simulque transtulerunt exuvias J.D. Scoti de ecclesia cathedrali in ecclesiam renovatam Minoritarum. Ob faustam hanc occasionem, annuente Pio XII praeclarae S. Francisci reliquiae, videl. tunica, benedictio ad Fr. Leonem, textus *Regulae bullatae* in Germaniam advectae sunt. Tam verbis quam imaginibus praedicti prosperi eventus fuse describuntur. In fine potiores partes allocutionis Josephi Frings necnon oratio latina supremi O.F.M.Conv. moderatoris exhibentur (p.225s. 226-228). - Cf. etiam Odoardi Giovanni, O.F.M.Conv., *Il ritorno di Scoto nella « Minoritenkirche » di Colonia,* in *Ecclesia* 9(1956) 421-425. O. R.

1858. - CLASEN Sophronius, O.F.M., *Der Kölner Lehrer der Immaculata. Berichte über die Joh.-Duns-Skotus-Gedenkfeier in Köln am 4. Juli 1954*, in *Wiss.Weish.* 17(1954) 221-222.

Post recognitionem canonicam exuviarum J.D. SCOTI sodalibus O.F.M. coenobii Coloniensis tradita est insignis reliquia Doctoris Mariani. Anno Mariano recurrente necnon ad reliquiae depositionem condigne celebrandam publicam peregerunt memoriam Immaculatae Conceptionis defensoris, amplissimis auctoritatibus religiosis et civilibus concurrentibus.

Caeremoniae hic singulatim describuntur. Cf. quoque idem, *Der erste Verteidiger der Immaculata. Zur Übertragung der Gebeine des Johannes Duns Skotus in die neuerstandene Franziskanerkirche zu Köln*, in *Bruder Franz* 7(1954) 69-70, necnon: *In honorem Doctoris Mariani Joannis Duns Scoti, die 4 iulii 1954, Coloniae sollemniter peractae caerimoniae*, in *Acta O.F.M.* 73(1954) 416-418; *Duns Scotus in Glanz des Marianischen Jahres*, in *Vita Seraphica* 35(1954) 164*b*-170*a*. - Hac occasione Augustinus SÉPINSKI, O.F.M. minister generalis, prolusionem dixit (cf. *supra* n.1853).

1859. - *Johannes Duns Scotus und die Minoriten in Köln - Der gottselige Johannes Duns Scotus Ordinis Minorum. Sein Grab in der Minoritenkirche und die Minoriten in Köln.* Herausgegeben aus Anlaß der Rückkehr der Minoriten in das neuerrichtete Kloster in Köln und der Rückführung der Reliquien des gottseligen Johannes Duns Scotus in die Minoritenkirche während des 77. Deutschen Katholikentages am 30./31 August 1956. [Köln, Druckerei Wienand, 1956]. 23,5 cm., 54 pp., 8 tab.

Faustam occasionem arripientes, qua sodales O.F.M.Conv. die 31 aug. 1956 ad ecclesiam Minoritenkirche nuncupatam, e qua an. 1802 eiecti fuerant, redierunt, secum ferentes exuvias J.D. SCOTI, varii scriptores plures adspectus vel historicos vel systematicos illustraverunt. De singulis commentariolis huius opusculi, pluribus imaginibus lucis arte expressis ditati, in locis respectivis sermo redibit. O. R.

1860. - STANO Gaetano, O.F.M.Conv., *Das Grab des gottseligen Johannes Duns Scotus in der Minoritenkirche zu Köln*, in *Johannes Duns Scotus und die Minoriten in Köln*, [Köln 1956] (cf. *supra* n.1859), 34-42.

Vicissitudines J.D. SCOTI sepulcri in ecclesia Minoritarum Coloniae saeculorum decursu hic vivide sciteque exponuntur.

Delibantur enim primus tumulus in capella SS. Trium Regum; prima exuviarum translatio versus an. 1390; recognitio corporis an. 1509 atque praeclari sepulcri erectio; solemnissima translatio ossium an. 1619, iubente Jacobo MONTANARI de Bagnacavallo, O.F.M.Conv. supremo moderatore; nova translatio an. 1642/3; sepulcri recognitiones an. 1706, 1858, 1870, 1954. - Cf. etiam G. ABATE, O.F.M.Conv., *La tomba del Ven. Giovanni Duns Scoto, O.Min., nella chiesa di S. Francesco a Colonia. Note e documenti*, in *Misc.Franc.* 45(1945) 29-79. O. R.

2. - *A Joanne Duns Scoto ad fundationem Ordinis Fr. Minorum Capuccinorum (1308-1528)*

B. Angela de Foligno, T.O.F., † 4 ian. 1309

Vide etiam: n.128 vita, opera; 2188 editio; 995 abstractio et realismus; 1140 cognitio mystica Dei; 999 influxus.

1861. - *Il Libro della Beata Angela da Foligno. Visioni e ascensioni. Messaggi di salute. L'apoteosi di un transito.* Presentazione e passi scelti con note tradotti da P. Giuseppe DE LIBERO. [Modena], Edizioni Paoline, [1955]. In-8°, 220 pp.

Hanc alteram versionem scriptorum B. ANGELAE iterum iuxta fidem *cod.Sublacensis CXII* perfectam a G. DE LIBERO, C.Or., videre nequivimus. De huiusmodi codicis valore dictum fuit in *Coll.Franc.* 4(1934) 248-251. Interpretatio vero ob suam fidelitatem laudatur in *Osserv.Rom.* 1956 maggio 14-15, 3. M. A.

1862. - ANGELA VON FOLIGNO, *Zwischen den Abgründen* Ausgewählt, übertragen und eingeleitet von Berthe WIDMER. (Sigillum, 5). Einsiedeln, Johannes-Verlag, [1955]. 19 cm., 123 pp.

Scripta latina B. ANGELAE FULGINATENSIS, prout ea Paulus DONCŒUR, S.J., an. 1926, necnon M.-J. FERRÉ an. 1927 in publicam lucem protulerunt, partim in idioma germanicum transferuntur. Introductione prius lineamenta vitae et itinerarii mystici eiusdem proponuntur (p.7-15).

Quod elenchum bibliographicum attinet (14s), valde miramur, quod elucubrationes peritae A. BLASUCCI, O.F.M.Conv. (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n. 723. 725) praetermittuntur. - In versione Interpres repetitiones ac visiones minoris momenti non convertit. Ut tamen lectores textus conversos absque difficultate cum editionibus latinis comparare valeant, opportune tabula synchronistica apponitur (123). En scripta translata: *Memorial* (16-49); *Die Frucht der doppelten Erkenntnis* (50-68); *Der Geist der wahren und der falschen Liebe* (69-85); *Der Weg des Kreuzes* (86-111); *Das Sakrament der Liebe* (112-120); *Letzte Worte* (121-122). O. R.

1863. - VALUGANI Pasquale, O.F.M., *La Madonna e la Beata Angela da Foligno,* in *Frate Franc.* n.s. 1(1954) 117-120. 174-178.

Ex versione italica scriptorum B. ANGELAE DE FOLIGNO (cf. rec. in *Coll.Franc.* 4[1934] 248-251) A. exscribit atque brevi commentariolo explanat locos in quibus B. ANGELA B.V. Mariam memorat, et cuius in singulis gressibus seu visionibus et revelationibus considerantur dolores, intercessio, amor pro Christi fidelibus, privilegia et dona, necnon vita ab omnibus credentibus in exemplum accipienda. Etenim, etsi B. ANGELA de B. Virgine non crebro et quasi obiter hic et illic scribat, tamen ex allatis locis luculenter ostenditur quas partes ipsa occupet in spiritualitate eiusdem mysticae fulginatensis. M. A.

1864. - LA BEATA ANGELA DA FOLIGNO, T.O.F., *Bella e utile dottrina,* in *Prosatori minori del Trecento* (cf. *supra* n.241), 857-867.

Brevis haec italica prosa, quae forsan a *Libro* B. ANGELAE minime derivata fuit, quaeque compendium quoddam eiusdem doctrinae praebet, in lucem iam edita fuerat a G. BATTELLI: BEATA ANGELA DA FOLIGNO, *La via della Croce*, Firenze 1919. M. A.

Guilelmus de Lanicia, O.Min., † ante 1310

1865. - OLIVAR Alexandre, O.S.B., *Note sur l'incunable GW 4723*, in *La Bibliofilia* 59(1957) 119-120.

Inter opera apocrypha S. BONAVENTURAE magnam divulgationem habuit opusculum inscriptum *Diaeta salutis*, quod secundum traditionem litterariam et manuscriptam tribuendum est GUILELMO DE LANICIA, O.Min. (cf. J.H. SBARALEA, *Supplementum* III, 165-7). In *Gesamtkatalog der Wiegendrucke* IV, Leipzig 1930, describuntur 16 editiones (cf. nn. 4720-35) operis saec. XV foras datae; ea quae in n.4723 significatur prodiit Rothomagi cura typographi Martini MORIN circa an. 1495 et in uno exemplari imperfecto Placentino prostat. Nunc autem recentiore tempore aliud integrum exemplar acquisivit Monasterium Montisserrati O.S.B. illudque impraesentiarum A. accurate describit eiusque facsimile frontispicii offert. M. P.

Matfredus Ermengau de Béziers, O.Min., fl. 1312

1866. - BRUNEL C., *Encore un fragment de manuscrit du « Breviari d'amor »*, in *Romania* 76(1955) 89-93.

Iam pridem A. publici iuris fecerat fragmenta quaedam deperditi *Breviari d'amor* (scripti ca. an. 1312) MATFREDI ERMENGAU DE BÉZIERS, O.Min., in *Romania* 56(1930) 236-252 et 62(1936) 385s. Hic typis editur aliud novum fragmentum, quod A. invenit in pergameno quodam, quo contectum fuerat registrum quoddam status civilis urbis Vacqueyras (Avignon, *Arch. Département de Vaucluse, G.G.16*). M. A.

Robertus Cowton, O.Min., fl. 1313

Vide etiam: n.139 bio-bibliographia; 863 Henricus Gandavensis; 709s virtutes morales acquisitae; 943 character sacramentalis.

1867. - LOTTIN O., O.S.B., *Robert Cowton et Jean Duns Scot*, in *Rech.Théol.Anc.Méd.* 21(1954) 281-294.

Textibus de connexione virtutum adductis et ad invicem comparatis, A. statuere potest 1) ROBERTI COWTON *Commentarium in III Sent.* esse anteriorem *Ordinationi* SCOTI; 2) eundem tamen ROBERTI commentarium dependere ex institutione orali Doctoris Subtilis. COWTON apparet sat notabilis primae horae discipulus, qui eleganter et limpide evolvit magistri doctrinam et etiam ordinem logicum tractationis SCOTI nonnumquam perpolivit. S. St. A.

1868. - SCHMAUS Michael, *Zur Diskussion über das Problem der Univozität im Umkreis des Johannes Duns Scotus*. (Bayerische Akade-

mie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse. Sitzungsberichte. Jahrgang 1957, Heft 4). Vorgetragen am 10. Juni 1955. München, Verlag der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, 1957. 22 cm., 132 pp.

In prima parte huius opusculi seu in prolusione ab A. die 10 iun. 1955 apud Academiam Bavaricam habita (p.3-23) exhibetur conspectus historicus de conceptu et problemate univocitatis quatenus praesertim SCOTUS id evolverit ut problema theologico-gnoseologicum. Cui tamen repugnavit THOMAS ANGLICUS et (seu?) THOMAS DE SUTTON, O.P., quorum argumenta A. exponit et deinde, in altera libri parte, ad fidem codicum evulgat (24-132).

Notandum est quod THOMAS DE SUTTON, cuius *Quaestiones ordinariae* 32-34 ab A. eduntur (24-123), satis diverso studio obstitit doctrinae scotisticae de univocitate quam THOMAS ANGLICUS in suo *Libro Propugnatorio*, cuius excerpta ad rem pertinentia videsis p.124-132. Ex doctrina de univocitate A. confirmat sententiam Fr. PELSTER quod THOMAS DE SUTTON revera habendus est auctor *Quaestionum contra Robertum Cowton, O.Min., in Sententias.* COWTON certam quandam probabilitatem tribuerat SCOTI doctrinae de univocitate, etsi ipse aequivocationem conceptus entis — analogiam intelligens — docuit. S. St. A.

Gonsalvus Hispanus, O.Min., † 13 apr. 1313

Vide etiam: n.129 vita, opera; 642 Gundisalvi.

1869. - BETTONI E., *Gonsalvo di Spagna*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 860.

Alexander de Alexandria, O.Min., † 5 oct. 1314

Vide etiam: n.744 mss.; 642 Gundisalvi; 710 virtutes morales acquisitae; 716 eleemosyna; 717 usura; 943 character sacramentalis; 959 gratia.

1870. - HAMELIN Alonzo-M., O.F.M., *Le* Tractatus de Usuris *de Maître Alexandre d'Alexandrie.* Observations historiques et littéraires. (Partie de la dissertation). (Pontificium Athenaeum Antonianum, Facultas S. Theologiae, Theses ad Lauream, 104). Reproduit de *Culture* 16(1955) 129-161. 265-287. 24,5 cm., XVIII-61 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 218s.

B. Raimundus Lull (Llull), T.O.F., † 29 iun. 1315

Vide etiam: n.3. 12 bibliographia; 43. 45. 72. 91. 108. 784 mss.; 66. 72ª. 81 incunabula; 50. 75. 744. 982 scripta varia; 616 doctrina gen.; 695 Avicebron, condemnatio 1277, cosmologia; 739 fides; 742 auctoritas S. Scripturae; 861. 864. 1826 Imm. Conceptio; 931 regalitas B.M.V.; 943 character; 966 virtutes, vitia; 1006-8 mystica; 1064 dialogus spiritualis; 1129. 2199 influxus.

Vita - opera

1871. - GARCÍAS PALOU S., *Boletín de estudios medievales en sus relaciones con el lulismo*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 115-122.

Recentiora opera vel scientificae lucubrationes recensentur quae rem lullianam directe vel indirecte pertractant.

In iisdem commentariis periodicis (p.123-124) elenchus exhibetur bibliographicus auctorum germanicorum qui an. 1945-1956 lucubrationes de re lulliana ediderunt. Pariter ibidem (p.303-306) A. Reyes (*El movimiento luliano en la América latina*) plura recenset opera, commentariola et acroases in America latina his ultimis annis de re lulliana edita vel prolata, de quibus tamen pleniorem descriptionem bibliographicam habere non potuimus. Tandem, brevis notitia bibliographica operum maioris momenti circa personam et operam Raimundi Lull post an. 1936 typis editorum comparari potest ex R. Aramón i Sierra, *Publicacions lul·lianes*, in *Butll.Soc.Catal. Est.Hist.* (Barcelona) 2(1953[1955]) 90-92. I. V.

1872. - Iriarte Mauricio de, S.J., *Vida y carácter. (Tres ensayos).* (Colección 21, 1). [Madrid], Escelicer, [1955]. 19 cm., 207 pp., tab.

Examen instituitur psychologicum trium eximiarum personarum, nempe: Raimundi Lull, S. Francisci Xaverii et Francisci Suárez. De Raimundo Lull agitur in primis octo capitibus, eiusque penitus perpenduntur lineamenta physica, efformatio evolutiva characteris, habitudo erga mundum et homines, temperamenti tonus et tendentiae, cyclothymia, dotes mentales, formae religiositatis, valores et exemplaritas vitae. I. V.

1873. - Sabater Mut José, S.J., *San Ignacio y el beato Ramón. Analogías biográficas,* in *Stud.Monogr.Recens.* fasc. 12-13(1955) 239-264; *Misc.Lullian.* I (cf. *infra* n.1895).

1874. - Idem, *Analogías doctrinales entre S. Ignacio y Ramón Llull,* in *Manresa* 28(1956) 371-384.

In primo commentario A. plura quae videntur communia inter S. Ignatium et Raimundum Lull quoad utriusque conversionem, vitam apostolicam et characterem quaerit et explanat; in altera lucubratione de similitudinibus quoad doctrinam inter utrumque intercedentibus pervestigationem non minus accurate instituit: primum spiritualitatem eorum confert (uterque autodidacta in scientia spiritus, eorumque systema religiosum simplicissimum est et spiritualitas christocentrica, apostolica seu mixta, integralis); deinde, fuse disserit de similitudinibus circa celebrem doctrinam *principii et fundamenti* Exercitiorum S. Ignatii.

De spiritualitate Raimundi Lull synthesis et valde aestimabilis interpretatio traduntur in cap. I operis I. Behn *supra* n.1006 recensiti. I. V.

1875. - Seguí Gabriel, M.SS.CC., *La influencia cisterciense en el Beato Ramón Llull,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 351-370; 2(1958) 245-272.

De influxu disserens monasterii O.Cist. S. Mariae « de La Real » Palmae Maioricensis in efformationem spiritualem, philosophico-theologicam et apostolicam Raimundi Lull post huius conversionem ad meliorem frugem, i.e. ab an. 1262 ad 1277, A. testimonia excerpit ex *Vida coetànea* eiusdem Raimundi, textibus latino et catalaunico ad invicem collatis et commentatis; locumque explanat quem hoc monasterium obtinet in opere *Libre de Blanquerna,* et tandem relationem enodat quae inter doctrinam lullianam et benedictino-cisterciensem intercedit. I. V.

1876. - SUGRANYES DE FRANCH Ramon, *Raymond Lulle, docteur des missions.* Avec un choix de textes traduits et annotés. Préface du R.P. Jean P. de MENASCE, O.P. (Neue Zeitschrift für Missionswissenschaft. Supplementa V). Schöneck-Beckenried (Suisse), Nouvelle Revue de Science Missionnaire, 1954. 23 cm., 152 pp.

Optima haec dissertatio accuratam expositionem et aequam aestimationem praebet doctrinae missiologicae RAIMUNDI LULL. In prima parte imago Doctoris Illuminati verbis describitur; in parte altera huius biographia a quodam discipulo, probabiliter Thoma LE MYÉSIER, exarata, dilucidatur et perficitur; in parte tertia mens et actuositas missionaria RAIMUNDI LULL fuse exponuntur. Quia RAIMUNDUS LULL auctor est magis notus quam lectus, optimo consilio principaliores textus missiologici, ex *Doctrina pueril* et ex *Blanquerna* excerpti et in linguam gallicam versi, in appendice exhibentur; quibus adiungitur versio pariter gallica opusculi *Tractatus de modo convertendi infideles* inscripti et an. 1291-1292 Romae a RAIMUNDO exarati. Accedit selecta bibliographia.

Cf. recensionem et synthesim huius dissertationis apud M.M. SALCEDO, *Ramón Lull,* in *Arbor* (Madrid) 32(1955) 555-557, necnon apud A.-M. H., *Un missionnaire mystique: Raymond Lulle,* in *Vie Spir.* 92(1955) 662-664. - De doctrina et actuositate missionaria RAIMUNDI LULL evulgaverunt commentariola: E. SERRA RÁFOLS, *La missió de R. Llull i els missioners mallorquins del segle XIV,* in *Stud.Monogr.Recens.* fasc. 11(1954) 169-175 et in *Misc.Lullian.* I (cf. *infra* n.1895); A. MUÑOZ ALONSO, *Perfiles de la vocación misionera en la mentalidad y escritos del beato Ramón Llull,* in *Mis.Extranj.* 5(1956) 67-70.

1877. - TARRÉ Josep, *El darrer quinquenni de la vida de Ramon Llull (1311-1315),* in *Stud.Monogr.Rec.* fasc. 14(1955) 33-42 [vel in extracto: ...Madrid, Librería Científica Medinaceli, 1955. 10 pp.].

Schema conficitur chronologicum quinque postremorum annorum vitae RAIMUNDI LULL; plurima afferuntur testimonia ex suis scriptis necnon documenta tabulariorum.

Ad biographias vel commentariola biographica de RAIMUNDO LULL quod attinet, et divulgationi potius dicata, haec recensemus: CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *Penitent, missionary, martyr,* in *Franc.Herald & Forum* 33(1954) 134-137; D. GRUNLOH, O.F.M., *Blessed Raymond Lull,* in *Franc.Herald & Forum* 36 (1957) 231-232. 245; STANISLAUS SIERS [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *The restless lover: Blessed Raymond Lull,* in *Round Table Franc.Res.* 22(1957) 134-137; M. SENDRAIL, *Ramon Lull le docteur illuminé,* in *Mém.Acad.Scien.Inscrip.Belles-Lettres* (Toulouse) 8(1949-1956) 95-122; DANIEL-ROPS, *Aberteurer Gottes,* Wien-München, Herold, 1954, 244 pp. (versio germanica operis *Les aventuriers de Dieu,* Paris 1951); R. ROSS, *Raimundus Lullus. Ein Boot aus Genua,* in *Die Großen der Kirche* (cf. *supra* n.133), 266-269; W. LAMPEN, O.F.M., *Een heilige middeleeuwse medicus, de z. Raymundus van Palma,* in *R.K. Artsenblad,* Mei 1954, 2 pp. (extractum); A. REYES, *En la Isla Dorada,* Caracas, s.e., 1953, 133 pp., ill. (descriptio Maioricae et itinera cum evocatione vitae RAIMUNDI); J. DE OLEZA, *Un incidente luliano en 1773,* in *Studia* (Palma de Mallorca) 27(1955) 99-117 (notitiae historicae, cum documentis, de cultu exhibito RAIMUNDO LULL, et de lite inter thomistas et lullianos exorta quum ep. J. DÍAZ DE LA GUERRA aliquid statuit an. 1772 circa cultum et memoriam RAIMUNDI); A. MARTÍNEZ TOMÁS, *Raimundo Lulio. Una vida de mártir,* Barcelona, Edit. Araluce, 1956, XI-148 pp.; A. POMPEI, O.F.M.Conv., *Lullo Raimondo,* in *Enc.Filos.* III, Venezia/ Roma 1957, 192-196; A. CLAUSEN, *Lullus, muhammedanernes apostel,* København, G.E.C. Gad, 1955, 157 pp. I.V.

1878. - GUITER Henri, *L'œuvre de Ramon Lull*, in *Cahiers Notre-Dame del Pessebre* (Prades) fasc. 4(1951) 14-22.

Elenchus exhibetur operum litterariorum ac philosophicorum a RAIMUNDO LULL versibus scriptorum, cum brevi commentario.

Ad mss. lulliana quod attinet in Bibliotheca Nat. Parisiensi asservata, cf. B. DE GAIFFIER, S.J., *Une lettre de Claude Chastelain au bollandiste Du Sollier au sujet des manuscrits parisiens de Raimond Lulle*, in *Stud.Monogr.Recens.* fasc. 11(1954) 1-10, et in *Miscell. Lullian.* I (cf. *infra* n.1895), 89-98 (epistola editur an. 1707 quae in *ms. 1100* bibliothecae Bollandistarum continetur, cui adiungitur commentarium et elenchus criticus manuscriptorum lullianorum ibidem citatorum). - Haud paucae schedulae operum medicorum RAIMUNDI LULL vel pervestigationum de illius promeritis in historia medicinae inveniuntur descriptae apud SÁNCHEZ GRANJEL Luis - SANTANDER María Teresa, *Bibliografía española de historia de la medicina*. I. Salamanca 1957. 24 cm., 242 pp. I. V.

1879. - STEGMÜLLER Friedrich, *Lullus latinus. Zur kritischen Gesamtedition der lateinischen Werke des Raimundus Lullus*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 91-95.

Brevis notitia vulgatur variarum editionum operum sive latinorum sive catalaunicorum RAIMUNDI LULL, quae hucusque prodierunt; necnon propositum et ratio adaperitur novi *Corporis lulliani latini*, cuius nova editio critica, curis magistrorum Maioricensis Scholae Lullisticae, incepta est. Duorum priorum voluminum recensionem cf. in *Coll.Franc.* 32(1962) 179-181. I. V.

1880. - STÖHR Johannes, *Literarkritisches zur Überlieferung der lateinischen Werke Ramon Llulls*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 45-61.

Criticae adnotationes circa transmissionem operum latinorum RAIMUNDI LULL. Recensentur: 8 partes operum, quae ut opera a se signantur in *Electorio* (seu compilatione operum lullianorum an. 1325); errata duplicatio operum (4), quae unum idemque sunt; fusio pariter errata diversorum operum (2) in unum; 4 opera deperdita. I. V.

1881. - RAMON LLULL, *Obres essencials*. I. (Biblioteca Perenne, 16). Barcelona, Editorial Selecta, 1957. 21 cm., 1364 pp., tab.

Ex principalioribus RAIMUNDI LULLI operibus vel opusculis, haec seliguntur, in lingua originali catalaunica, cum hodierna orthographia, eduntur atque adnotationibus illustrantur curis virorum rei litterariae catalaunicae et lullianae peritorum: *Libre d'Evast e d'Aloma e de Blanquerna* (p.111-307: J. PONS MARQUÉS); *Libre de meravelles* (309-511: M. BATLLORI, S.J.); *Libre qui és de l'orde de cavalleria* (513-545: P. BOHIGAS); *Arbre de ciencia* (547-1046: T. et J. CARRERAS ARTAU); *Libre del gentil e los tres savis* (1047-1142: S. GARCÍAS PALOU); *Libre de Sancta Maria* (1143-1242: A. CAIMARI); *Libre dels mil proverbis* (1245-1269: A. COMAS); *Poesies* (1273-1348: J. ROMEU FIGUERAS).

Praemittitur introductio generalis in qua J. CARRERAS ARTAU summarium historicum vitae RAIMUNDI LULLI texit (19-29); M. BATLLORI opusculum *Vida coetànea* iuxta editionem catalaunicam cum latina collatam edit et commentariis refercit (31-54).

T. Carreras Artau momentum et vim doctrinae lullianae declarat (55-68); J. Carreras Artau historiam influxus lulliani in posteros per summa capita enodat (69-84); tandem, J. Rubió de merito litterario Raimundi Lulli disserit (85-110). I. V.

1882. - Ramon Llull, *Libre de Evast e Blanquerna.* Vol. III. A cura de Salvador Galmés. Vol. IV. Anotació per mossèn Andreu Caimari. Aparat crític, bibliografia, apèndix i glossari per Rosalia Guilleumas. (« Els nostres clàssics », Col. A, 74-75). Barcelona, Editorial Barcino, 1954. 17 cm., 187, 177 pp.

Pulchra editio operis Raimundi Lull *Libre de Evast e Blanquerna* completur hoc tertio volumine, quod opuscula continet *Libre d'Amic e Amat* et *Art de contemplació,* quae partem libri V et epilogum totius operis efformant. In vol. IV exhibentur adnotationes ad tria volumina, auctore A. Caimari; sequuntur apparatus criticus variarum lectionum, elenchus bibliographicus et, appendicis instar, lucubratio de versiculis apocryphis opusculi *Libre d'Amic e Amat* necnon glossarium a R. Guilleumas confecta.

Commentationes vel notulae de hoc praecellenti opere lulliano nuper prodierunt: F. Pierce, *« Blanquerna » and « The Pilgrim's Progress » compared,* in *Estudis Romànics* (Barcelona) 3(1951-52) 89-98 (comparationes quaedam inter Raimundi Lull et Joannis Bunyan personam et opera citata); Idem, *Some notes on Llull's Medieval Novel,* in *Quaderni Ibero-Americani* (Torino) 3(1955) 49-51; I. Macabich, *Leyendo el Blanquerna,* in *Bol.Soc.Arqueol.Lul.* (Palma de Mallorca) 31(1955-56) 278-279 (adnotationes de hodierno usu, in lingua familiari maioricensi, aliquorum verborum quae in opere *Libre de Blanquerna* reperiuntur); A. Arias, *Comentarios al Blanquerna,* Quito 1956 (de quo cf. *Est.Lulian.* 1[1957] 303. 306). I. V.

1883. - Brummer Rudolf, *Zur Datierung von Ramon Lulls « Libre de Blanquerna »,* in *Festschrift V. Klemperer,* Halle 1957, 98-117.

De tempore compositionis operis *Libre de Blanquerna* inscripti disserens, A., argumentis exhibitis, statuit librum compositum esse post an. 1278, et quidem an. 1283 explicitum iam fuisse; unde reicitur sententia plurimorum auctorum qui tenent opus hoc scriptum fuisse vel an. 1283-85 vel post an. 1294.

Huius disquisitionis brevior textus exhibetur, eodem titulo, in *Est.Lulian.* 1(1957) 257-260; summarium hispanicum amplioris dissertationis cf. in iisdem commentariis periodicis 3(1959) 325-330. I. V.

1884. - Beato Raimundo Lulio, *Libro del Amigo y del Amado.* (Neblí, 2. Clásicos de Espiritualidad). Madrid, Ediciones Rialp S.A., 1956. 15 cm., 144 pp.

Editio, communi vulgo dicata, opusculi *Libre d'Amic e Amat,* quod pars est operis *Libre de Evast e Blanquerna,* iuxta textum versionis castellanae huius amplioris operis, probabiliter a Ludovico a Flandes, O.F.M.Cap. curatum et an. 1749 typis mandatum (Palma de Mallorca, Viuda de Frau). I. V.

1885. - Raimondo Lullo, *Lo Sconforto.* [A cura di Mario Ruffini]. (« Il Melagrano », 111-113). Firenze, Edizioni Fussi - Casa Editrice Sansoni, 1953. 17 cm., 111 pp.

Ex optimo codice saec. XIV, curis Marii RUFFINI editur poema epico-narrativum cui titulus *Desconort* a RAIMUNDO LULL catalaunice compositum; in opposita pagina exhibetur versio italica, eruditis adnotationibus illustrata.

In introductione Ed. disserit de indole franciscana poematis et poetae, de loco (non Romae, ut communiter tenetur) et anno compositionis (a mense iun. ad 29 sept. 1295), de RAIMUNDI vita an. 1294-1295, deque influxu ex opere *Hayy ben Yaqdhān* philosophi hispano-arabi IBN TOPHAIL accepto. I. V.

1886. - GARCÍAS PALOU S., *El « Liber de quinque sapientibus » del Bto. Ramón Llull, en sus relaciones con la fecha de composición del « Libre de Blanquerna »*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 377-384.

Contra sententiam propugnantem saltem postremos libros (i.e. IV et V) operis *Blanquerna* compositos fuisse post an. 1294, A. argumentum desumit ex silentio quod RAIMUNDUS LULL tenet circa opusculum suum *Liber de quinque sapientibus* inscriptum et certe iam an. 1294 absolutum, cum mos sit RAIMUNDO in illo opere afferre et alios libros in quibus aliquam similem materiam pertractavit. Iam vero, in libro IV materiam explanat, novam scil. methodum missiologicam, quam tradidit in libro *De quinque sapientibus* necnon in « petitionibus » quas CAELESTINO V mensibus oct.-dec. anni 1294 et BONIFATIO VIII an. 1295 una cum hoc opusculo porrexit. Unde concludit librum IV operis *Blanquerna* multo ante an. 1294 compositum fuisse. I. V.

1887. - FARAUDO DE SAINT-GERMAIN Luis, *El texto de los « Mil Proverbis » de Ramón Llull atribuído a Salomón en un códice valenciano del siglo XIV*, in *Homenaje a Millás-Vallicrosa* I, Barcelona 1954, 551-586.

E codice miscellaneo *ms. 216* Bibliothecae Universitatis Valentiae editur textus opusculi *Mil Proverbis*, quod Ed., optimis argumentis, RAIMUNDO LULL tribuit. I. V.

1888. - RAMON LLULL, *Das Ave Maria des Abtes Blanquerna*. Aus dem Spanischen übersetzt von Joseph SOLZBACHER. (Kleine marianische Bücherei, 4). Paderborn, F. Schöningh, [1954]. 17 cm., 59 pp.

Prima versio germanica cap. 61-66 operis *Libre de Evast e Blanquerna*, quae commentarium exhibent salutationis angelicae. Versio efficitur super editionem hispanicam (Madrid, B.A.C., 1948; cf. *Bibliog. Franc.* VIII, n.695), cum aliis editionibus catalaunicis collatam. I. V.

1889. - ZORZI Diego, *Un frammento provenzale della « Doctrina Pueril » di Raimondo Lull*, in *Aevum* 28(1954) 345-349.

Ex *ms. Nouv.Acq.Franç. 6182* Bibl. Nat. Parisiensis, ut opere auctoris ignoti recensito, quod quatuor capita exhibet in lingua Provinciae redacta primi operis RAIMUNDI LULL *Libre de la doctrina pueril*, editur caput *De Bafumet* (i.e. de Mahometo) inscriptum, et adnotationibus illustratur collatis redactionibus provinciali et catalaunica. I. V.

1890. - RAIMUNDUS LULLUS, *Quomodo Terra Sancta recuperari potest; tractatus de modo convertendi infideles.* Transcripsit Prof. Jacqueline RAMBAUD-BUHOT, in *Beati magistri Raimundi Lulli Opera latina a magistris et professoribus edita Maioricensis Scholae Lullisticae.* Palma de Mallorca 1954, fasc. III, 93-112.

Editur hic tractatus an. 1293 NICOLAO IV porrectus, in quo RAIMUNDUS LULL ideas suas de cruciata et de conversione infidelium exponit. Praemittitur brevis introductio bibliographica. I. V.

1891. - [RAMÓN LLULL], *El « Liber predicationis contra Judeos » de Ramón Llull.* Primera edición crítica, con introducción y notas de José M. MILLÁS VALLICROSA. Madrid-Barcelona, C.S.I.C., Instituto Arias Montano, 1957. 22 cm., 155 pp., tab.

Exhibetur prima editio critica operis RAIMUNDI LULL *Liber praedicationis contra Judaeos* (52 conciones) ex duobus manuscriptis inter se in apparatu critico collatis, nempe: *Ms. 1061 Int. II,* f.1-17 (saec. XVI) Bibl. Prov. Palmae Maioricae et *Ms. 12,* f.235-277 (saec. XVII) institutionis « Causa Pia Lul·liana » eiusdem civitatis.

Praemittitur ampla introductio, quatuor capitibus constans, in qua A. diserte explanat habitudinem missionariam RAIMUNDI LULL ad musulmanos et iudaeos, indolem apologeticae huiusque generis operum RAIMUNDI, rationem editionis et studium analyticum operis nunc editi. - Cf. criticas animadversiones quas contra hanc editionem movet Abrahamus SORIA, O.F.M., in *Est.Lulian.* 2(1958) 335-338. I. V.

1892. - PLATZECK Erhard W., O.F.M., *Raimund Lull's Quaestio de Congruo* [*adducto ad necessariam probationem*], in *Münch.Theol.Zschr.* 8(1957) 13-32.

Critica editio exhibetur opusculi lulliani cuius plena inscriptio sonat: *Quaestio utrum illud, quod est congruum in divinis, ad necessariam probationem possit adduci salvo merito fidei.* Praemittitur nota erudita de paternitate lulliana opusculi, de manuscriptis et de ratione editionis, cui accedit perspicua explanatio tractatus et recti usus argumentationis « rationum necessariarum » in apologetica lulliana. I. V.

1893. - VENDRELL DE MILLÁS Francisca, *La tradición de la Apologética luliana en el reino de Fez,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 371-376.

Textus commentatur cui inscriptio *La disputa que fue fecha en la çibdad de Feç delante del rey e de sus sabios,* e thesauro carminum (cancionero) Joannis FERNÁNDEZ DE IXAR mutuatus, quique exscriptus est ex alio florilegio poetico Nicosiae an. 1469 composito. Textus ille narrationem tradit cuiusdam disputationis religiosae an. 1394 in urbe Fez habitae coram rege eiusque sapientibus, qua perdurante rex sibi afferre iussit quendam librum RAIMUNDI LULL. Inquisitione peracta de hoc eventu, A. concludit librum illum fuisse *Librum de Trinitate et Incarnatione,* vel rectius *Librum de secretis sacratissimae Trinitatis et Incarnationis* lingua arabica a RAIMUNDO LULL an. 1302 vel 1312 exaratum et deinde ab ipso in linguam catalaunicam et latinam versum; regi vero nomen

fuit ABU FARES ABD-EL-AZIZ. His aliisque enodatis, eruitur substantialis authentia historica illius disputationis.

Circa hunc textum, italice versum et foliis 52*v*-56*r* *ms. XII F 3* Bibl. Nat. Neapolitanae (saec. XV) exhibitum, disquisitionem instituit philologicam M. RUFFINI, *Una disputa a Fez nel 1344 sul « Libro de Trinitate » di Raimondo Lullo in un Ms. inedito del sec. XV*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 385-407. In fine editur textus huius versionis italicae; disputatio vero ponitur an. 1344. I. V.

1894. - RAYMOND LULLE, *Le Codicille*. Nouvellement traduit du latin par L. BOUYSSOU. (La haute science, 2). Paris, Cercle du Livre, 1953. In-12°, 175 pp.

Typis editur nova versio gallica opusculi, cui titulus *Codicillus*, circa an. 1400 exarati, quod pars est postrema celebris *Corporis chymici* RAIMUNDO LULL falso adscripti. Versio, fidelis et accurata, facta super editionem latinam Coloniae 1563, collata est cum alia versione gallica *ms.* Paris, *Arsenal Sc. et A. 160* (hodie *Maz. 3024*).

Introductio ad hanc versionem separatim vulgata est. Cf. *infra* n.1900. I. V.

1895. - *Miscellanea Lulliana*. Vol. I. A magistris et professoribus edita Maioricen. Scholae Lullistica in memoriam Rev. Dom. Salvatoris Galmés. Maioricis, 1955. 24,5 cm., XVI-228 pp.

Studia et commentarii huius operis miscellanei, quod nunc separatim editur, vulgata iam fuerant in *Studia Monographica et Recensiones* edita a Maioricen. Schola Lullistica Studiorum Mediaevalium, fasc. VII-XIII (1952-1955).

Praemittuntur curriculum vitae et bibliographia Salvatoris GALMÉS Y SANXÓ (1876-1951) de re lullistica meritissimi viri. Dein, in parte prima (p.1-54) sex opuscula latina inedita RAIMUNDI LULL publici iuris fiunt (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1264). In parte altera decem studia magistrorum et professorum Scholae Lullisticae Maioricensis evulgantur. Quae directe rem lullianam pertractant iam recensita fuerunt (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1269, 1269ª, 1279) vel suo loco recensentur. I. V.

1896. - [RAMÓN LLULL], *Pensamientos de Ramón Llull*. Selección y notas de Antonio C. GAVALDÁ. (Col. Literatos y Pensadores, 29). Barcelona, Editorial Sintes, 1957. 17 cm., 67 pp.

Selectio, cum commentariis, diversorum textuum ex variis RAIMUNDI LULL operibus excerptorum.

Apud GUY Alain, *Les philosophes espagnols d'hier et d'aujourd'hui. Époques et auteurs*, préface de G. BASTIDE. *Textes choisis*. Toulouse, Privat Éditeur, 1956. 18,5 cm., 409 et 300 pp., inter 51 philosophos hispanos quorum vita, opera, doctrina, auctoritas in primo volumine exponuntur, notamus RAIMUNDUM LULL a quo A. tractationem suam diligentem et utilem incipit. In altero volumine optime selecti textus vulgantur. - Textus potius litterarii delecti habentur in volumine primo anthologiae catalaunicae L. NONELL, *Antología de la prosa catalana*. (*De Llull a Josep Pla*). (Biblioteca Selecta, 223). Barcelona, Ed. Selecta, 1957. I. V.

Doctrina - influxus

1897. - PLATZECK Erardo W., O.F.M., *La combinatoria luliana*. Publicado en la *Revista de Filosofía* (tomo XII, núms. 47-48). Madrid. Instituto « Luis Vives », 1954. 24 cm., 80 pp.

Extractum dissertationis publici iuris factae in periodico commentario *Revista de Filosofía* (Madrid) 12(1953) 575-609; 13(1954) 125-165. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1268.

Definitio, notitia et commentarium de arte combinatoria lulliana accurate etiam traduntur a M. SANCIPRIANO, *Ars combinatoria*, in *Enc.Filos.* I, Venezia/Roma 1957, 384-385. - Vide etiam PLATZECK E., O.F.M., *La Evolución de la lógica griega en el aspecto especial de la analogía desde la época de los Presocráticos hasta Aristóteles*. In appendice: *La mentalidad del B. Raimundo Lulio y la teoría moderna de las formas del pensar* (Consejo Sup. de Invest. Cient. Instituto Luis Vives de Filosofía. Delegación de Barcelona. Serie general, N. 1), Barcelona 1954, 135 pp. I. V.

1898. - PRING-MILL Robert D.F., *El número primitivo de las dignidades en el « Arte general »*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 309-334; 2(1958) 129-156.

Quaestio enodatur cur RAIMUNDUS LULL in omnibus versionibus suae *Artis generalis* sexdecim « dignitates » posuerit, dum post *Artis inventivae veritatis* redactionem novem tantummodo enumerat. Diserte copioseque examinantur usus et significatio harum sexdecim dignitatum in peculiari RAIMUNDI doctrina et in singulis huius operibus circa astrologiam, geometriam, medicinam et theoriam quatuor elementorum; unde clare apparet natura elementaria combinatoriae lullianae illo in opere (*Art general*). I. V.

1899. - YATES Frances A., *The Art of Ramon Lull. An approach to it through Lull's Theory of the Elements*, in *Journ.Warburg and Courtauld Inst.* 17(1954) 115-173.

Valida investigatio, figuris illustrata, de primis partibus quas doctrina lulliana de quatuor elementis obtinet in evolutione et significatione operis *Art general*. I. V.

1900. - AMADOU Robert, *Raymond Lulle et l'alchimie*. Introduction au *Codicille*, avec notes et glossaire. (La haute science, 3). Paris, Cercle du Livre, 1953. In-12°, 76 pp.

In hac erudita introductione ad gallicam versionem opusculi *Codicillus*, RAIMUNDO LULL falso adscripti (cf. *supra* n.1894), alchimia illius libelli fuse describitur necnon habitudo perpenditur RAIMUNDI erga hanc occultam artem, quam ille minime professus est, sed aperte condemnavit. I. V.

1901. - CARRERAS Y ARTAU Joaquín, *Ramón Llull y la Cábala*, in *Las Ciencias* (Madrid) 22(1957) 146-150.

RAIMUNDUS LULL ab accusatione professionis kabbalae purgatur, siquidem affinitas minime adest inter symbola artis lullianae et artis kabbalae; immo, liber *De auditu kabbalistico* RAIMUNDO non est adscribendus, ut luculenter A. demonstrat.

Summarium huius dissertationis, in XXIII Congressu luso-hispanico pro scientiarum progressione diebus 1-5 iun. an. 1956 Conimbrigae prolatae, videre iuvat apud *Bol.R.Acad.Buen.Letr.Barcelona* 26(1954-1956) 316-317, et *Est.Lulian.* 1(1957) 274-275. I. V.

1902. - PRING-MILL Robert D.F., *The Trinitarian world picture of Ramon Lull,* in *Romanistisches Jahrb.* 7(1955-1956) 229-256.

A. putat RAIMUNDI LULL visionem universi potius trinitariam quam quaternariam dicendam esse, illamque RAIMUNDUM ex traditione augustiniana desumpsisse; quam tamen Doctor Illuminatus modificavit doctrina sua peculiari de « dignitatibus et correlativis ». Tandem genesim et progressionem huius doctrinae et influxum in terminologiam lullianam adaperit.

Huius dissertationis optimam synthesim et explanationem cf. apud *Est.Lulian.* 2(1958) 108-111. I. V.

1903. - TUSQUETS Juan, *Ramón Llull, pedagogo de la cristiandad.* Prólogo del Excmo. Dr. Víctor GARCÍA HOZ. Madrid, C.S.I.C., Instituto « San José Calasanz », 1954. 20 cm., 437 pp.

Ratio et promerita enucleantur ac perpenduntur RAIMUNDI LULL in campo paedagogiae, quae, ut restauratio christianitatis intellecta, totam pervadit operam et actuositatem Doctoris Illuminati. In parte prima adiuncta religiosa aetatis tam in mundo christiano quam iudaeo-arabico illustrantur; in parte altera, interpretatio generalis systematis paedagogici lulliani texitur; demum, in parte tertia adspectus principales considerantur philosophiae educationis lullianae, nempe: idea de homine, temperatio institutionis, methodi logicae et psychologicae, educatio moralis.

Huius libri optimam synthesim et commentarium exhibet J.M. MILLÁS VALLICROSA, *En torno a la pedagogía de Ramón Llull,* in *Arbor* (Madrid) 28(1954) 368-372. I. V.

1904. - CARRERAS Y ARTAU Tomás, *Ética de Ramón Llull y el lulismo,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 1-30.

Enucleatis principiis metaphysico-theologicis, psychologicis et mysticis systematis seu « artis generalis » RAIMUNDI LULL, A. ethicae lullianae principia et notas peculiares diserte exponit; deinde horum applicationem ad mundum moralem, paedagogicum, iuridicum, politicum et socialem enodat, et tandem adspectus mysticos ethicae lullianae considerat.

Notiones evulgat et aestimationes haud semper rectas profert de mente RAIMUNDI LULL quoad ius naturale, politicum et quoad ethicam A.F. BRICE in sua acroasi *Raimundo Lulio: su pensamiento jurídico,* in *Rev.Fac.Der.Univ.Centr.Venezuela* n.6(1956) 191-208, prius separatim edita (Caracas, Tip. « Enaes », 1951. 24 pp.). Cf. *Est.Lulian.* 1(1957) 127. I. V.

1905. - PLATZECK Erhardus W., O.F.M., *De valore ad mentem B. Raimundi Lulli,* in *Anton.* 30(1955) 151-184.

Textibus diligenter perpensis ubi RAIMUNDUS LULL mentem suam de « valore » (vox a poesia curiali illius temporis accepta) aperuit, A. demonstrat valorem, uti a RAIMUNDO intellectum et usurpatum, valorem esse boni et valorem bene agendi in campo sive ontologico, sive physico sive ethico-religioso; hancque ethicam lullianam valorum cum gratia Christi Salvatoris intime connecti. I. V.

1906. - Salvá Bartholomaeus, T.O.R., *Qualiter fidei articuli sint ratione demonstrabiles ex B. Raymundi Lulli sententia,* in *Stud.Monogr. Recens.* fasc. 12-13(1955).

Haec lucubratio edita iam fuit in *Anal.T.O.R.* 1(1935) 285-287. 312-315. 352-356. Cf. *Coll.Franc.* 8(1938) 303. 307 (n.12).

1907. - Garcías Palou S., *San Anselmo de Canterbury y el Beato Ramón Llull,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 63-89.

Saepe saepius apud auctores crimen rationalismi S. Anselmo et Raimundo Lull infertur, argumenti causa « rationum necessariarum » ab iisdem adhibiti in expositione dogmatum SS. Trinitatis et Incarnationis. Nisus defensione quam de S. Anselmo nuper fecerat M. Garrido, O.S.B., A. noster eadem via et ratione defendere aggressus est Raimundum Lull, qui saepe utitur operibus S. Anselmi; unde, si hic Sanctus Doctor ab omni rationalismi labe vindicatur, et Doctor Illuminatus iure meritoque absolvi debet, cuius antirationalismus, pluribus locis operum lullianorum allatis atque explanatis, liquido apparet.

Similem propugnationem suscipit atque enodat B. Mendía, O.F.M., *El bienaventurado Maestro Ramón Lull vindicado de la nota de racionalismo,* in *Stud.Monogr. Recens.* fasc. 11(1954) 11-28; *Miscell.Lulliana* I (cf. *supra* n.1895). I. V.

1908. - Kamar Eugène, O.F.M., *La controverse sur la Procession du Saint-Esprit dans les écrits de Raymond Llull,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 31-43. 207-216.

Raimundus Lull corde habuit non tantum conversionem islamitarum sed et reintegrationem graecorum ad unitatem fidei catholicae. In pervestigatione solutionis quam Doctor Illuminatus excogitaverat ad hanc unionem perficiendam, A. habitudinem Raimundi ad causam schismatis, nempe, ad quaestionem de processione Spiritus Sancti, explorat; ex variis operibus lullianis hoc argumentum evolventibus mentem illius exquirit et methodum demonstrativam (dignitates seu divina attributa et rationes necessarias) luculenter describit. I. V.

1909. - Nicolau Bartolomé, T.O.R., *El primado absoluto de Cristo en el pensamiento luliano,* in *Anal.T.O.R.* 7/25(1957) 267-282.

Mens adumbratur Raimundi Lull quoad Christi primatum absolutum, quem is ab an. 1285 in suis operibus iam clare affirmare videtur. Principaliores textus evolvuntur in quibus Christus praedicatur finis primarius creationis, quae quidem, et non redemptio, motivum fuit Incarnationis. I. V.

1910. - Andrés de Palma de Mallorca, O.F.M.Cap., *La Inmaculada en la Escuela Lulista,* in *Est.Franc.* 55(1954) 171-194.

In parte prima huius dissertationis Raimundus Lull defensor Immaculatae Conceptionis asseritur: influxus praesertim franciscales in efformatione illius doctrinae adaperiuntur et textus principaliores

suorum operum afferuntur et explanantur. In parte altera promerita Scholae lullisticae in defensione Immaculatae Conceptionis perpenduntur, quae elucent in habitudine aulae regalis Aragoniae in favorem mysterii marialis, ingravescente illa insectatione Nic. EYMERICH, O.P., altera saec. XIV medietate contra doctrinas lullianas, et in scriptis apologeticis et defensoriis discipulorum Doctoris Illuminati. I. V.

1911. - GINARD BAUZÁ Raffaele, T.O.R., *L'Immacolata Concezione di Maria nelle opere del Dottore Arcangelico Beato Raimundo Lullo, Terziario Francescano,* in *Anal.T.O.R.* 6/22(1954) 498-514.

Ex operibus RAIMUNDI LULL sex affirmationes excerpuntur et explanantur, quibus Doctor ille Archangelicus iam ab an. 1272 praeservationem Beatae Mariae ab omni labe peccati originalis docuit ac tradidit; unde ille habendus est inter priores qui in Occidente Immaculatam Conceptionem propugnaverunt et, multum probabiliter, praedecessor etiam JOANNIS DUNS SCOTI in explicita asseveratione et probatione huius dogmatis.

Promerita Doctoris Archangelici et Illuminati in defensione Immaculatae Conceptionis evulgat et satis extollit in sua contione B. GUASP GELABERT, *El bienaventurado maestro y doctor Ramón Lull.* Sermón predicado el día 3 de Julio de 1954, Año Mariano Universal,... en la basílica de las Sagradas Llagas de San Francisco. Palma 1954, 22 pp. I. V.

1912. - CIRAC Sébastien, *Raymond Lull et l'union avec les Byzantins,* in Πεπραγμένα τοῦ Θ' Διεθνοῦς βυζαντινολογικοῦ συνεδρίου II (Athenai 1956), 73-96.

Haec communicatio, ab A. lecta in IX Congressu Internationali Studiorum Byzantinorum Thessalonicae mense apr. 1953 habito, et nunc in vol. II *Actorum* huius Congressus vulgata, ampliore forma hispanice edita iam fuit in commentario periodico *J. Zurita* (Zaragoza) 3(1952 [1954]) 7-66 (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1277; *Est.Lulian.* 1[1957] 128s). I. V.

1913. - GARCÍAS PALOU S., *Omisión del tema del Primado Romano en los tratados y opúsculos orientalistas del beato Ramón Llull,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 245-256.

Mirum fortasse videtur quod RAIMUNDUS LULL in suis tractatibus ad evincendos reducendosque schismaticos orientales ad unitatem catholicae fidei nec verbum quidem fecerat de alia schismatis quaestione, scil. de primatu Romani Pontificis. Quod A. explicare conatur ex sensu potius politico qui, circa hanc quaestionem, apud orientales tunc temporis praevaluerat; unde, ne difficilior horum ad Ecclesiam reditus efficeretur, Beatus noster silentio praeterire illud argumentum peropportunum duxit. I. V.

1914. - MOLL Francesc de B., *Notes per a una valoració del lèxic de Ramon Llull,* in *Est.Lulian.* 1(1957) 157-206.

In hac philologica disquisitione de lexico RAIMUNDI LULL, « patris linguae catalaunicae », quam syntaxi et forma litterario-artistica dignis-

sime cumulavit, hae sectiones enodantur: 1) elementum populare lexici lulliani, seu de verbis ex latino vulgari in loquelam gentis catalaunicae versis et adaptatis; 2) elementa cultiora, seu verba ex lingua latina vel ex alia mutuata, quando lingua popularis catalaunica iam constituta erat; 3) efformatio verborum derivatorum; 4) vocabula extranea vel technica a RAIMUNDO inventa et formata ut aptius ideas suas exprimeret.

Praeter illa quae de merito litterario operum RAIMUNDI iam exposuerat J. RUBIÓ in introductione ad *Obres essencials* I (cf. *supra* n.1881), aestimationes varias de particulari materia protulerunt: J. MOLAS, *La poesia de Ramon Llull i l'amor cortés*, in *Stud.Monogr.Recens.* fasc. 14(1955) 43-55 (de significatione spirituali verborum « amoris urbani » in operibus praesertim poeticis RAIMUNDI LULL); J.H. PROBST, *Langage imagé et symboles du B. Ramon Lull*, in *Stud.Monogr.Recens.* fasc. 12-13 (1955), vel in *Miscell.Lull.* I (cf. *supra* n.1895), 151-176 (de usu et valore imaginum et symbolorum apud RAIMUNDUM LULL); R. BRUMMER, *L'importance de la prose dans la formation de la langue littéraire catalane*, in *Atti del VIII Congresso di Studi Romanzi (Firenze, 3-8 aprile 1956)*, Firenze 1956, 91-96 (de notis peculiaribus prosae orationis RAIMUNDI LULL et de partibus principalissimis eiusdem in efformatione linguae litterariae catalaunicae); R.D.F. PRING-MILL, *Some Lullian contributions to the Catalan technical lexicon with special reference to the terminological structure of Ramon Llull's world picture* (dissertatio inedita quae praemium « Pompeu Fabra » obtinuit in ludis litterariis « Jocs Florals de la Llengua catalana » Cantabrigae mense maio an. 1956). Tandem aequa aestimatione promerita litteraria RAIMUNDI LULL ponderantur apud J. RUIZ CALONJA, *Història de la literatura catalana*, Barcelona, Edit. Teide, 1954, pp.40ss. I. V.

1915. - SCADUTO Mario, S.J., *Laínez e l'Indice del 1559. Lulio, Sabunde, Savonarola, Erasmo*, in *Arch.Hist.S.J.* 24(1955) 3-32.

Partes pervestigantur quas egit J. LAÍNEZ, S.J., in iudiciis ferendis de doctrina praesertim H. SAVONAROLA, O.P., qua de causa huius opera in Indicem librorum prohibitorum, auctoritate PAULI IV evulgatum an. 1559, includuntur, non secus ac scripta aliqua ERASMI ROTERODAMI, RAIMUNDI LULL et RAIMUNDI DE SABUNDE (SIBIUDA). Notitiae exhibentur de expostulationibus eruditorum virorum contra has condemnationes necnon de habitudine Societatis Jesu erga illos auctores.

Positio antilulliana S. Officii iterum vehemens apparet ineunte saec. XVII, quum scil. promotore S. ROBERTO BELLARMINO, processus instituitur contra Placidum PERILLI, O.Cael., lullismi fervidum sectatorem et propagatorem, et hac de causa an. 1607 damnatum ut « fortiter haeresis suspectum », ut scite enarrat M. BATLLORI, S.J., *Entorn de l'antilul·lisme de Sant Robert Bellarmino. El procés del Sant Ofici contra el monjo celestí Don Placido Perilli, 1607*, in *Est.Lulian.* 1(1957) 97-113. In appendice sententia exscribitur processus e *ms.* Dublin, *Trinity College Library, 1229 (Roman Inquisition II 6)*, ff.245*r*-255*r*. I. V.

1916. - BATLLORI Miquel, S.J., *El lul·lisme del primer Renaixement.* (IV Congreso de Historia de la Corona de Aragón. Ponencias, 8). Palma de Mallorca, Diputación Provincial de Baleares, 1955. 24 cm., 16 pp.

Describuntur propagatio et fortuna lullismi, praesertim tempore ALFONSI V Magnanimi (1416-1458), et quidem in Italia (Venetiis et Patavii), ubi haud paucum contulit ad renascentium litterarum instaurationem. Praeterea luctae adumbrantur circa orthodoxiam doctrinae lullianae et falsitates de professione alchimiae a RAIMUNDO LULL.

Influxus doctrinarum et operum RAIMUNDI LULL in progressionem scientiarum et litterarum italicarum necnon in motum « humanismum » dictum aeque etiam perpenditur apud E. GARIN, *Medioevo e Rinascimento.* (Biblioteca di Cultura Moderna, 596). Bari, Laterza, 1954.

Rationes vero et convenientiae quas tempore renatarum artium lullismus habuit cum kabbala, praesertim in opere Pauli SCALIGER, exponuntur apud F. SECRET, *La tradition du « De omni scibili » à la Renaissance: l'œuvre de Paul Scaliger,* in *Convivium* 23(1955) 492-497.

De cultoribus lullianae doctrinae necnon de institutis pervestigationi de re lullistica promovendae, commentariola aliqua nuper vulgata sunt, nempe: M.D. BESPÍN, *Raimundo Lulio y Arnaldo de Vilanova,* in *Estudios de Edad Media de la Corona de Aragón* (Zaragoza) VI (1953-1955) 518-519 (elenchus bibliographicus cum brevi summario recentiorum lucubrationum). M. BATLLORI, *Dos nous escrits espirituals d'Arnau de Vilanova: el ms. Joaquimític A.O.III.556.A. de l'Arxiu Carmelità de Roma,* in *Anal.S.Tarrac.* 28(1956) 45-70 (praeter alia A. in lucem profert mentionem RAIMUNDI LULL in his scriptis ARNALDI DE VILANOVA factam, quae ut unica connexio documentaria amborum nominum fortasse habenda est); NICOLAI DE CUSA, *De Pace Fidei cum epistola ad Joannem de Segobia* ediderunt commentariisque illustraverunt Raymundus KLIBANSKY et Hildebrandus BASCOUR, O.S.B. (Medieval and Renaissance Studies, Supplement III). Londini, in Aedibus Instituti Warburgiani, 1956, LVIII-135 pp. (ubi plura de influxu RAIMUNDI LULL in NICOLAUM DE CUSA adaperiuntur); F.A. MIQUEL, *Un gran lul·lista de Santes Creus: fra Jaume Gener,* in *Santes Creus* 3(1956) 117-156 (illustrationes biographicae circa Jacobum GENER, annis 1489-1506, qui in editione operum RAIMUNDI LULL adlaboravit et fundator aestimatur Scholae lullianae Valentiae); R. GUILLEUMAS, *La biblioteca de Joan Bonllavi, membre de l'Escola lul·lista de València al segle XVI,* in *Rev.Valenc.Filolog.* 4(1954) fasc. 1, 23-73 (praeter alia documenta editur catalogus librorum vel manuscriptorum bibliothecae J. BONLLAVI [† 1526]; ex 204 titulis allatis, 62 sunt opera vel manuscripta RAIMUNDI LULL et sex huius Scholae); L. PÉREZ MARTÍNEZ, *Fray Lucas Wadding, postulador de la causa de beatificación de Ramón Llull (1638),* in *Est. Lulian.* 1(1957) 262-268 (notitiae ineditae de nominatione L. WADDING, O.F.M.Obs., in postulatorem causae beatificationis RAIMUNDI LULL a Magno et Generali Consilio Maioricensi die 19 febr. 1638, deque habitudine WADDINGI ad Doctorem Illuminatum); A. PH. BRÜCK, *L'Institut lulliste de Mayence au XVIII^e siècle,* in *Stud.Monogr. Recens.* fasc. 14(1955) 1-32 (notitiae et documenta de promeritis et actuositate Instituti moguntini rei lullisticae excolendae, cuius princeps inceptum fuit editio latina operum RAIMUNDI LULL curis I. SALZINGER, O.S.A., et dein ab aliis clarae famae viris continuata); J. MUNTANER BUJOSA, *Una carta inédita del lulista Ivo Salzinger (1728),* in *Est.Lulian.* 1(1957) 269-272 (litterae vulgantur hispanice exaratae cum autographa signatione Ivonis SALZINGER et Moguntiae die 19 apr. 1728 ad decuriones urbis et regni Maioricae datae, in quibus meritissimus operum latinorum R. LULL editor gratulatur de illorum virorum devotione erga Beatum RAIMUNDUM et gratias agit pro reliquia sibi ab iisdem missa); J.M. COLL, O.P., *Fr. Felipe Puigserver, O.P., solicita del convento dominicano de Gerona el « Fascinatio Lullistarum » de Eymerich,* in *Anal.Inst.Est.Gerundenses* 11(1954) 163-170 (litterae vulgantur a Ph. PUIGSERVER e conventu S. Dominici Palmae Maioricarum an. 1773 ad sodales O.P. urbis Gerona missae, in quibus transcriptionem tractatus Nic. EYMERICH de RAIMUNDO LULL et de quaestione lulliana expostulabat; in paragraphis introductoriis Ed. personas identificare conatur, quarum nomina illis in litteris veniunt); F.J. da Gama CAEIRO, *Revivescências setecentistas do lulismo em Portugal,* in *Actas do I Congresso Nacional de Filosofia,* in *Rev.Portug.Filos.* 11(1955) 607-612 (adnotationes de EMMANUELIS A CENACULO VILLAS BOAS, T.O.R. [† 1814], studio in systema lullianum excolendum). J. RUBIÓ BALAGUER, *Menéndez y Pelayo y Ramón Llull,* Barcelona 1956, 20 pp. (accessiones illustrantur quas insignis polygraphus Marcellinus MENÉNDEZ PELAYO [† 1912] in pervestigationem et aequam aestimationem doctrinae lullianae contulit); textus seu loci principaliores circa RAIMUNDI LULL spiritualitatem, philosophiam et merita litteraria ex operibus M. MENÉNDEZ PELAYO excerpti videri possunt in his recentioribus anthologiis: M. MENÉNDEZ PELAYO, *La mística española* (cf. *supra* n.1007), et J.M. SÁNCHEZ DE MUNIAIN, *Antología general de Menéndez Pelayo.* Reco-

pilación orgánica de su doctrina. 2 voll. Madrid, Biblioteca de Autores Cristianos, 1956 [I, 345-355; II, 583-587].

Tandem, promerita Scholae Lullisticae Maioricensis et Societatis Archaeologicae Lullianae in studia de re lulliana excolenda commemorantur respective apud: F. S[UREDA] B[LANES], *L'Escola Lul·lista Mallorquina remembra modestament sa restauració en el vigèsim aniversari de sa constitució jurídica*, Palma de Mallorca 1955, 12 pp.; B. GUASP GELABERT, *Sermó predicat a Sant Francesc, el 30 de gener de 1955, amb motiu de les Noces de Diamant de la Societat Arqueològica Lul·liana*, in *Bol.Soc.Arqueol.Lul.* 1(1955-1956) 320-328. I. V.

Joannes Aegidius de Zamora, O.Min., † p. 1318

1917. - CASTRO Y CASTRO Manuel de, O.F.M., *Fray Juan Gil de Zamora, O.F.M. De preconiis Hispanie.* Estudio preliminar y edición crítica. (Universidad de Madrid, Facultad de Filosofía y Letras). Madrid, [Facultad de Filosofía y Letras], 1955. 21 cm., CCXXIII-429 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 340-341; *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 488-489.

1918. - VÍLCHEZ María Rosa, *El « Liber Mariae » de Gil de Zamora*, in *Eidos* (Madrid) 1(1954) 9-43.

Summariis notitiis praemissis de vita et operibus JOANNIS AEGIDII Zamorensis, A. describit *ms. 9.503* Bibl. Nat. Matritensis quod continet illius opus *Liber Mariae*. Ex libro XVI, qui plura miracula a B. Maria patrata tradit, unum excerpit, transcribit, hispanice vertit et commentario instruit. Versio tamen non est satis bona nec fidelis. I. V.

Dantes Alighieri, T.O.F. (?), † 13/14 sept. 1321

Vide etiam: 1567. 1636. 1665 influxus Bonaventurae; 1723 influxus Olivi.

1919. - SECCHI Claudio Cesare, *Dante Frate?*, in *Frate Franc.* n.s. 4(1957) 22-29.

Iterum ad trutinam revocantur fontes in quibus DANTES ALIGHIERI: 1) dicitur tiro penes Fratres Minores, quin tamen sacra vota profiteretur (ita scribit FRANCISCUS DE BUTI in suo commentario ad *Divina Comedia*, ca. an. 1380); 2) affirmatur sodalis ex T.O.F. auctoritate cuiusdam tectorii operis a GIOTTO in basilica inferiore Sacri Conventus assisiensis efficti et de DANTE interpretati; et tandem 3) ex testimoniis MARIANI DE FIRENZE (saec. XVI) et ANTONII TOGNOCCHI DE TERRINCA: quibus tamen addendum est testimonium cuiusdam catalogi sodalium T.O.F., ex saec. XV, in quo legimus « Dante da Fiorenza dicto poeta vulgare » (relatum in *Arch.Stor. per le Marche e per l'Umbria* 1[1884] 686).

Quae tamen testimonia A. censet minime rem evincere. Etenim ipse videtur nimis insistere in affirmando valore *argumenti ex silentio*, dum parvipendit traditionem, utique scriptam, quodammodo constantem et ex plurimis diversisque fontibus scaturientem, iuxta quam DANTES sodalis T.O.F. re vera exstitit. In hunc sensum scripsit F.S. ATTAL, *Per Dante terziario francescano*, in *Frate Franc.* n.s. 4(1957) 88s. M. A.

1920. - Di Mino Calogero, *La Vergine Santissima e la missione francescana di Dante*, in *Anal.T.O.R.* 6/22(1954) 346-371. 421-447.

Prolixa commentatione A. praeter alias res, quae ad *Bibliog.Franc.* non pertinent, influxum franciscanum in percelebre Dantis Alighieri poema *Divina Comedia* innuit, et quidem quod munus B.M.V. spectat.

Conferatur pars *Il Purgatorio e la virtù della Vergine* (p.367-371), ubi Conradi de Saxonia, O.Min., *Speculum B.M.V.*, lect. IV, (Bibl. Franc. Asc. Medii Aevi, 2), Ad Claras Aquas 1904, 44 adducitur. Ibidem agitur siquidem de septem vitiis capitalibus, a quibus Deipara penitus immunis exsistit. Res valde mira est, quod A. *Speculum*, a tot iam decenniis vero scriptori restitutum, adhuc S. Bonaventurae tribuit! - Inspici insuper potest capitulum: *I « due principi »*, quo eximius locus S. Francisci et S. Dominici celebratur (428-437). O. R.

1921. - Mellone Attilio, O.F.M., *Dante Alighieri e l'Immacolata*, in *Virgo Immaculata* XV, Romae 1957, 231-241.

Commentarioli intentio in Dantis Alighieri mentem de Immaculata Deiparae Conceptione aestimandam fertur. Plures nimirum asseruerunt poetam insignem sub influxu S. Thomae Aquinatis marianam praerogativam aperte negasse. Alii plurimi e contra eumdem assertorem fervidum immunitatis Dei Genitricis fuisse statuere.

Auctor rem serene et perite examinat atque concludit Dantem privilegium marianum nec docuisse nec renuisse; id quod dato controversiarum statu eidem in magnam cedit laudem. Factum istud eo facilius intellegitur ex ambitu florentino suae institutionis scientificae. Florentiae siquidem tam sodales O.E.S.A. quam theologi O.P. et lectores franciscani, scil. Petrus Joannis Olivi et Petrus de Trabibus ardentes maculistae exstitere. O. R.

Petrus Aureoli, O.Min., † 10 (?) ian. 1322

Vide etiam: n.63. 744. 1776 mss.; 616. 647 doctrina gen.; 863 Henricus Gandavensis; 687 praesentia rerum coram Deo; 695 cosmologia; 692 quantitas; 698 scientiae conceptus; 709s virtutes morales acquisitae; 966 virtutes, vitia; 1996 neo-pelagianismus; 716 eleemosyna; 742 auctoritas S. Scripturae; 755 generatio Filii; 866-70 Imm. Conceptio; 900 redemptio praeservativa; 943 character; 944 baptismus infantium infidelium; 954 praedestinatio; 959 gratia; 966 virtutes, vitia; 972 visio beata.

1922. - Bettoni E., *Aureoli* Pietro, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 489.

1923. - Peter Aureoli, *Scriptum Super Primum Sententiarum*. II. *Distinctions II-VIII*. Edited by Eligius M. Buytaert, O.F.M. (Franciscan Institute Publications. Text Series, 3). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, Belgium, E. Nauwelaerts - Paderborn, Germany, F. Schöningh, 1956. 22 cm., p.465-1053.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 29(1959) 112-113.

1924. - Buytaert E.M., O.F.M., *Aureoli's Unpublished Reportatio III, Dist. 3, Q.1-2*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 159-174.

Ad fidem codicum A. edit duas quaestiones PETRI AUREOLI de Immaculata Conceptione B.M.V.: 1) *Utrum beata Virgo fuerit concepta in peccato originali* (p.165-169); 2) *Utrum, si beata Virgo Maria concepta fuisset in peccato originali, potuisset sanctificari (fuisset sanctificata) in eodem instanti in quo concepta fuit* (169-174). Huic editioni A. praemittit aliquas considerationes de intricata traditione litteraria harum quaestionum hucusque nondum editarum.

Quaestiones hic vulgatae pertinent ad *Reportationem parisiensem in III Sent.* (an. 1318). Lectiones variantes in prima parte secundae quaestionis tales sunt ut duplex recensio accipienda sit. Porro, omnino distinguendae sunt a quaestionibus parallelis quae exstant in *Commentario in IV Sent.*, an. 1596-1605 Romae edito, et probabiliter referunt AUREOLI lecturas bononiensem vel tolosanam. Has iterum reproduxerat Petrus de ALVA Y ASTORGA, O.F.M.Obs., in opere *Monumenta antiqua seraphica*, Lovanii 1665, 68-76. Pro sua editione A. adhibuit codices Firenze, *Laurenz. plut. 32, dext. 12*, f.11*rb*-12*va*; Paris, *Bibl.Nat.lat. 17484*, f.12*rb*-15*ra*; Firenze, *Bibl.Naz.B.VI.121*, f.127*va*-128*rb* (alia recensio). S. ST. A.

1925. - PELSTER F., S.J., *Zur Überlieferung des Quodlibet und anderer Schriften des Petrus Aureoli, O.F.M.*, in *Franc.Stud.* 14(1954) 392-441.

In prima parte huius disquisitionis pretiosae notitiae vulgantur de traditione manuscripta *Quodlibeti* PETRI AUREOLI. Deinde duae novae *quaestiones* ineditae ei attribuuntur et quaestio *De usu paupere*, ab E. LONGPRÉ sub nomine LYRANI in *Arch.Franc.Hist.* 23(1930) 51-56 edita, legitimo auctori, scil. AUREOLI, restituitur.

Quodlibet AUREOLI an. 1605 Romae est editum sed raro nostris diebus invenitur. Utilitatis causa A. primum recenset eiusdem codices manuscriptos et elenchum texit 16 quaestionum *Quodlibeti*, indicans quoque ubi singulae in 8 codicibus leguntur. Utilitatis causa A. primum recenset eiusdem codices manuscriptos et elenchum alia plura etiam continet quaestiones ad *Quodlibet* AUREOLI pertinentes, in forma tamen *reportationis*, dum *Quodlibet* tam in editione romana (1605) quam in plerisque codicibus eas exhibet in forma perpolita *editionis*. AUREOLI eas *edidit* an. 1320 et probabiliter an. 1319 *disputavit*. Utiles notitias A. subiungit de habitudine doctrinali PETRI AUREOLI adversus THOMAM DE WILTON (ANGLICUM) aliosque oppugnatores. - Novae quaestiones AUREOLI attribuendae sunt: *Utrum accidentia proprie diffiniantur* (Padova, *Bibl.S.Antonio 173*, f.59*r*) et *Utrum ens dicat unum conceptum unius rationis, sub qua contineatur Deus et denarius praedicamentorum* (*ibid.*, f.45*v*-47*r*). - Iam antea A. animadverterat quaestiones miscellaneas *cod.Vat.lat.869* non constituere *Quodlibet* NICOLAI DE LYRA (cf. *Coll.Franc.* 2[1932] 273 sed econtra *Schol.* 6[1931] 127s), cum 5 quaestiones essent RICHARDI DE MEDIAVILLA. Nec quaestio *De usu paupere* LYRANO tribui potest, cum non sit nisi nova redactio ab AUREOLI paulo post 1312 facta sui ipsius tractatus de eodem argumento brevi ante 1312 compositi. S. ST. A.

1926. - PELSTER F., S.J., *Zur ersten Polemik gegen Aureoli: Raymundus Bequini, O.P., seine Quästionen und sein Correctorium Petri Aureoli, das Quodlibet des Jacobus de Apamiis, O.E.S.A.*, in *Franc. Stud.* 15(1955) 30-47.

In secundo et tertio decennio saec. XIV certo centralem locum in disputationibus philosophicis et theologicis occupat PETRUS AUREOLI, etsi plures auctores eiusdem sententias impugnaverint. Hac dissertatione diversae notitiae exhibentur de prima oppositione contra AUREOLI mota

a parum notis scriptoribus RAIMUNDO BEQUINI, O.P. († 1328) et JACOBO DE PAMIERS (DE APAMIIS), O.E.S.A. († 1350?).

Praeter plures *quaestiones* et 2 *quodlibeta* RAIMUNDUS scripsit *Correctorium Petri Aureoli* (Avignon, *Bibl.Ville 314*, f.42*r*-59*v*). JACOBUS unum tantum reliquit *quodlibet* de distinctionibus in Deo, quod tamen magni momenti historici est pro diversis opinionibus, abundanter in eo expositis, cognoscendis (e.g. nostrorum: SCOTI, AUREOLI, FRANCISCI DE MEYRONNES, FRANCISCI DE MARCHIA, GERALDI ODONIS). Aliquas conclusiones A. in fine proponit de variis tendentiis doctrinalibus earumque ad AUREOLI connexionibus. Hoc sane constat: saeculum XIV nullatenus generali modo dici potest tempus deflorescentis doctrinae scholasticae. S. St. A.

1927. - BEUMER Johannes, S.J., *Der Augustinismus in der theologischen Erkenntnislehre des Petrus Aureoli*, in *Franz.Stud.* 36(1954) 137-171.

Instituitur attentum accuratumque examen sententiae PETRI AUREOLI circa doctrinam cognitionis theologicae, eo siquidem fine, ut eiusdem habitudo ad doctores anteriores et speciatim ad augustinismum clarius pateat.

Evolutione doctrinarum priorum summarie delineata, A. 1) problema praedictum in prooemio ipsius *Scriptum super primum Sententiarum* (ed. E.M. BUYTAERT, O.F.M., St. Bonaventure, N.Y. 1952; cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1290) aestimandum suscipit (p.140-145). Acies mentis Nostri dirigitur praesertim in opiniones S. THOMAE et J.D. SCOTI, dum Schola franciscalis antiquior rarius adducitur, licet pluries cum eiusdem sententiis plane concordet. - 2) Explicatur PETRI opinio de theologia qua habitu declarativo fidei (145-154). Ipse nimirum severae crisi supponit positionem doctorum ceterorum; acerrimo tamen studio AQUINATIS conceptum de theologia qua scientia subalternata impugnat. Postea propriam mentem adaperit: « ... dum scilicet proceditur ad propositionem aliquam, de qua determinatum est, quid credendum ... per fidem, et tamen cum hoc inducuntur rationes ad illam, solvuntur dubia et termini explicantur, acquiritur habitus proprie theologicus, qui nec est scientia nec fides... » (151). Qui habitus non causat assensum fidei, habet vero munus eiusdem declarandae et est sapientia. - 3) Ad quaestionem, utrum homo viator ad veritates theologicas scientifice cognoscendas indigeat speciali lumine divino, Noster positive respondet (155-161), quia *intellectio quasi imaginaria* nudae essentiae deitatis, hoc lumine collata, animam theologi minime beatam reddit nec necessarie coniungitur cum notitia intuitiva. - 4) AUREOLI omni vi nititur unitatem habitus ex studio theologico acquisiti vindicare (161-167). « Habitus theologicus est omnino unus numeraliter et specifice in uno intellectu » (166), quatenus pro principiis omnia sumat, quae ad fidem opitulari possunt, et *secundum longum* fidei mysteria per ratiocinia declaret necnon *secundum latum* ipsorum internum nexum ostendat. - In expositione huius capitis doctrinalis PETRUS AUREOLI procul dubio plura elementa perenniter valida proposuit, quamvis, cum tantopere in aliorum opinionibus refutandis incubuerit, sibi non ubique constare et cohaerere deprehendatur. In doctrina de cognitione theologica delibanda maxime pendet e S. AUGUSTINO necnon RICHARDO DE S. VICTORE. Attamen optime quoque se versatum exhibet in scriptis ARISTOTELIS quae tamen oculis commentariorum AVERROIS legit. Nec nimis distat a positione praesumpti sui magistri, Doctoris Subtilis. O. R.

1928. - EVERETT Diederich, S.J., *The doctrine of Peter Aureoli on habitual grace*. Dissertatio Pont. Univ. Gregorianae. Rome, 1956. In-8°, 40 pp.

Quantum ex Universitatis *Libro annuali* 1957, 204, desumimus, Auctor sibi proposuit in sensum accuratum doctrinae Petri AUREOLI

inquirere, secundum quam gratia habitualis non est forma a virtutibus infusis distincta, sed potius totalitas seu integritas omnium virtutum infusarum. O. R.

1929. - Di Lella Alexander A., O.F.M., *The Immaculate Conception in the writings of Peter Aureoli*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 146-158.

Propositum Auctoris est istud: mentem Petri Aureoli distincte pervestigare circa intemeratae Deiparae conceptionem luce eiusdem operum *III Sent.*, d.3, q.1, a.1-7, necnon *Quaestiones disputatae de Immaculata Conceptione.*

Disputationum cursu ante Doctoris Facundi adventum praelibato, A. illius sententiam per varios gressus enucleat: videl. 1) innuit statum quaestionis prout eum Noster descripsit (p.148-150), definiendo conceptionem activam, passivam inchoatam et consummatam; peccatum originale pro suo adspectu causali, materiali, formali sumptum; eiusdem contractionem sive de iure sive de facto. - 2) In privilegio vindicando (150-157) Aureoli evincit a) Deum Virginem a labe peccati praeservare potuisse (150-152), quoniam « est agens fortis et vigorosus; ergo ante potest effectus Dei, quae est gratia, animae inesse, quam culpa in illo instanti, quo utrumque agit » (151 adn. 35); b) quod Deus singulare privilegium eidem contulit, convenientius fuisse (152-154), cum Christus sit perfectissimus Redemptor; c) immo absque ullo fidei discrimine factum praeservationis admitti posse (154-157), speciatim propter praxim liturgicam Ecclesiae. - Quamvis Facundus ex J.D. Scoto magnopere pendeat, tamen eiusdem argumenta perfecit novisque auxit. Ceterum non est dubium, quin Aureoli in Deipara, licet ipsam vocem nondum haberet, debitum peccati originalis admiserit. - Clara Auctoris expositio in posterum eo fortassis perfici poterit, quod ratio habetur progressus doctrinalis ipsius in variis scriptis mariologicis. O. R.

Joannes de Reading, O.Min., fl. 1323

Vide etiam n.129.

1930. - Testore C., *Giovanni di Reading*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 764-765.

Vitalis de Furno, O.Min., † 16 aug. 1327

Vide etiam: n.642 Gundisalvi; 716 eleemosyna; 739 fides; 943 character sacramentalis; 114 imago plumbo delineata.

1931. - Nardi Bruno, *Vitale du Four (de Furno)*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1520.

1932. - Leo von Untervintl, O.F.M.Cap., *Die Intuitionslehre bei Vitalis de Furno, O.Min. († 1327)*, in *Coll.Franc.* 25(1955) 53-113. 225-258.

Haec dissertatio, qua A. lauream obtinuit in Facultate philosophica Pontificiae Universitatis Gregorianae, duabus constat partibus, aspectus scil. psychologicum (p.60-113) et gnoseologico-criticum (225-256) doctrinae Vitalis de Furno circa intuitionem exsequentibus. Praemittitur introductio brevem vitam Vitalis et utilem elenchum operum eiusdem philosophicorum describens. Conclusionis instar comparatio instituitur inter doctrinam Vitalis et sententias Aquinatis.

In prima parte, adumbratis condicionibus historicis quaestionis praesertim quoad Scholam franciscanam, obiectum intuitionis ad mentem VITALIS examinatur, quod est ipsa anima cognoscentis et, sensu latiore, etiam res singularis materialis. Intuitio omnino intelligitur: visio directa et immediata alicuius obiecti singularis. Rerum tamen singularium materialium intuitio explicatur ex unione actus sensuum cum actu intellectus. Differentia quoque intuitionis (sine specie) et abstractionis (per speciem) exponitur. In altera parte dissertationis solvitur problema criticum intuitionis, nempe quomodo intuitione attingatur veritas et quibus limitibus intuitio constringatur. VITALIS tenet intellectum nostrum non posse attingere ipsam veritatem nisi in lumine divino, quod est speciale Dei auxilium nos illuminans, et in quo lumine ipsam veritatis attingimus rationem. Porro, ad genuinam sinceramque veritatem VITALIS exigit relationem cum ideis divinis. - Haec dissertatio probe clareque exarata momentum VITALIS DE FURNO pro historia doctrinae de intuitione iure meritoque extollit. S. ST. A.

Franciscus de Meyronnes, O.Min., † prob. p. 1328

Vide etiam: n.112. 782 mss.; 62. 100 incunabula; 74 opera; 863 Henricus Gandavensis; 695 cosmologia; 716 eleemosyna; 717 usura; 1926 distinctiones in Deo; 900 redemptio praeservativa; 867-70. 1832 Imm. Conceptio; 943 character sacramentalis; 945 baptismus, paenitentia; 966 virtutes, vitia; 753. 2133. 2137 influxus.

1933. - POMPEI A., *Francesco di Meyronnes*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 520-521.

1934. - BARBET Jeanne, *Le prologue du commentaire dionysien de François de Meyronnes, O.F.M.*, in *Arch.Hist.Doctr.Litt.MA.* 29(1954) 183-191.

Ad gustum dandum lectoribus commentarii a FRANCISCO DE MEYRONNES in varia scripta DIONYSII AREOPAGITAE exarati, A. evulgat textum prologi eiusdem commentarii ad fidem *cod.Vat.lat. 900*, f.1*ra*-2*ra* (p.188-191). Ei praemittitur introductio qua A. rationem et modum commentandi FRANCISCI breviter illustrat necnon prologi doctrinam scitius explicat.

FRANCISCUS DE MEYRONNES ex textu AREOPAGITAE, sed saepius etiam ex commentariis notissimis THOMAE GALLI, plurimos *punctos* vel *passus* selegit, ex quibus detrahit *documenta* et *argumenta*, circa quae deinde movet *difficultates* et *dubia*. Integer commentarius comprehendit: prologum, Theologiam mysticam (13 punctos), Hierachiam ecclesiasticam (55 punctos), Hierarchiam angelicam (51 punctos), De divinis nominibus (99 punctos et 45 passus), Epistolas (24 punctos). - Intentum prologi est ostendere quod S. PAULUS, visione dei habita, transmisit discipulo suo DIONYSIO ea quae in illa visione apprehenderat. Summum momentum doctrinale huius commentarii clarius apparebit, cum editionem quam A. praeparat, prae manibus habebimus. S. ST. A.

1935. - JURIĆ Joannes, O.F.M., *Franciscus de Mayronis Immaculatae Conceptionis eximius vindex*, in *Studi Franc.* 51(1954) 225-263.

Ut FRANCISCUM DE MEYRONNES praefati privilegii eximium vindicem fuisse ostendat, A. 1) inquirit in traditionem manuscriptam (225-235), et quidem *Comm. in III Sent.*, redactionis tum editae tum ineditae,

plurium ipsius sermonum, videl. qui a verbis incipiunt *Absit istam rem facere*, duplicis iterum redactionis, *Candor est lucis aeternae*, dupliciter item traditus, *Dixit Deus « Fiat lux »*, *Quaestio est de facto*, *Audite somnium meum*, *Domum maiestatis meae glorificabo*, sermo valde dubiae authenticitatis, non secus ac *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*. Deinde 2) doctrina ipsa luce scriptorum praefatorum dilucidatur (235-262), et quidem sententia Doctoris Illuminati de peccato originali, exemptionis factum secundum schema pernotum *potuit, decuit, fecit*, opinio ipsius de debito peccati originalis comparate ad praedestinationem B.M.V. ab aeterno, quam ipse primus in campum mariologicum transtulit. Omnino notetur p.237-239 adn. 1 textus mentem maculistam « cuiusdam novi doctoris effrenati » exhibens. Contrarie ad V. DOUCET, O.F.M., A. eiusdem attributionem ad PETRUM JOANNIS OLIVI non omnino certam esse autumat.

In praerogativa B.M.V. strenue vindicanda JOANNES DE SEGOVIA manifeste plerumque dependet e FRANCISCO DE MEYRONNES et PSEUDO-RAIMUNDO LULL (*De Immaculata beatissimae Virginis Conceptione*, opus conscriptum an. 1394, ed. Bruxellis 1644), uti ostendit [MARTÍNEZ] Pedro de Alcántara, O.F.M. *La redención y el débito de María, según Juan de Segovia y Juan de Torquemada. (Concilio de Basilea)*, in *Rev.Esp.Teol.* 16(1956) 3-51. O. R.

1936. - JURIĆ Joannes, O.F.M., *De redactione inedita sermonis « Absit » Francisci de Mayronis in festo Conceptionis B.M.V., ibid.* 53(1956) 3-54.

Sermonis FRANCISCI DE MEYRONNES *Absit istam rem facere* textus magna cum diligentia ac peritia, cunctis lectionibus variantibus non secus ac auctoritatum adductarum textibus indicatis, editur (30-54).

Contionis prostant nonnisi duo manuscripta: Bononiae, *Biblioteca comun. (Archigin.), cod. A. 1292*, f.108*r*-114*r*, necnon Assisii, *Bibl. comun., cod. 560*, f.120*v*-125*r*. Utrumque ms. minutatim describitur (4-10. 11-20). Cod. prior, olim in bibliotheca coenobii O.F.M.Cap. Bononiae adservatus, plures sermones et tractatus nostri Doctoris continet. Adsunt tamen plerique sermones ignotorum auctorum, quorum *incipit* innuuntur. Postea (20-30) indoles momentumque codd. delibantur. Cod. prior alterum omnino praecellit, quippe cum amanuensis, linguae latinae parum gnarus, archetypum utcumque fideliter reddiderit. Plura dein afferuntur mutuam necessitudinem redactionis ineditae ad iam editam illustrantia. Magna virium contentione non obstante, problema intricatissimum penitus solvi nondum potuit. Via editionis quam brevissime adumbrata, sermo demum editur. O. R.

1937. - NASALLI ROCCA Emilio, *Il monumento funerario di Francesco Mairone, O.Min., a Piacenza*, in *Misc.Franc.* 56(1956) 583-587.

Describuntur monumentum atque inscriptio, quae an. 1477 Franciscus SANSON, minister gen. O.F.M.Conv., erigenda curavit in ecclesia placentina S. Francisci, in qua tunc sacra litabant Minores Conventuales, in memoriam FRANCISCI DE MEYRONNES, qui in urbe Piacenza supremum diem viderat non an. 1327 vel 1325, ut A. repetit, sed probabiliter post 1328. M. A.

Anfredus (Aufredus) Gonteri (Gontier, Gunter), O.Min., † 1328

Vide etiam: n.722 ms.; 866 Imm. Conceptio.

1938. - ALFARO J., S.J., *La Inmaculada Concepción en los escritos inéditos de un discípulo de Duns Escoto, Aufredo Gontier,* in *Greg.* 36(1955) 590-617.

Etsi AUFREDUS GONTIER, potius traditionis causa, sententiam quam « maculistam » vocant securius esse tenendam dixerit, eius tamen expositio tam possibilitatis quam facti Immaculatae Conceptionis magni est momenti in progressione defensionis privilegii marialis saec. XIV, ut patet ex hac lucubratione, ubi A. quid in doctrina de Immaculata Conceptione sit AUFREDO proprium, quid vero hic a magistro suo JOANNE DUNS SCOTO, a S. BONAVENTURA et a GUILELMO DE WARE mutuaverit, perlucide et accurate demonstrat.

In fine (p.608-617) textus, in dist. 3 lib. III *Sententiarum* traditus, exscribitur ex *ms. 5*, fol. 128*vb*-130*vb*, Archivi Cathedralis Pampilonensis et adnotationibus illustratur. Quoad alia mss. cf. *Franz.Stud.* 41(1959) 429s. I. V.

Hubertinus de Casale, O.Min., † 1329

Vide etiam: n.129 vita, opera; 55. 77 mss.; 252 *Spec. perfectionis;* 914 corredemptio; 926 regalitas B.M.V.; 934 visio beata B.M.V.; 1229 S. Joseph; 999. 1129 influxus.

1939. - FREDEGANDO CALLAEY (DA ANTWERPEN), O.F.M.Cap., *Ubertino da Casale,* in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 661-663.

1940. - BABBINI Leone [O.F.M.], *La mediazione universale della Madonna nel pensiero di Ubertino da Casale,* in *Palestra del Clero* 34(1955) 969-975.

Etiamsi HUBERTINUS DE CASALE nullum thema mariologicum e professo tractaverit, A. tamen, ipsius operi *Arbor vitae crucifixae Iesu* (Venetiis 1485) innixus, universalem Deiparae mediationem quoad gratias illustrare intendit.

Exponitur 1) cooperatio Virginis in gratiis acquirendis, videl. per eius consensum liberum Archangelo manifestatum, per compassionem generosam inde a Jesu circumcisione usque ad mortem, per praefulgidum omnium virtutum exemplum totius vitae decursu monstratum; 2) cooperatio Dei Genetricis in gratiis dispensandis. Nam ob actuosam participationem in Passione evasit omnium christifidelium mater spiritualis, dispensatrix omnium gratiarum (« plena thesauraria carismatum beatissimae Trinitatis »), « mundi Domina impartecipabilis potestatis », efficacissima advocata ad penes Filium pro nobis indesinenter intercedendum.

Adnecti hic possunt: RONDET Henri, S.J., *Saint Joseph. Textes anciens avec une introduction.* Paris, Lethielleux, [1954]. 18,5 cm., 179 pp.; cf. tamen *Cah. Joséphologie* 3(1955) 137s; introductio prius vulgata fuit in *Nouv.Rev.Théol.* 75(1953) 113-140. - CRISTIANI Léon, *Ubertin de Casale et S. Joseph,* in *L'Ami du Clergé* 64 (1954) 280-281. - CUTHBERT GUMBINGER [OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *Ubertin of Casale, Franciscan Mystic, teacher of the love of Jesus,* in *Franc.Herald & Forum* 35(1956) 376-379. O. R.

1941. - DE BOER Bertilo, O.F.M., *De postincunabel Seven suverlike cranskens,* in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 8(1956-1957) 82-110.

Probe examinatur libellus anonymi auctoris franciscani neerlandici *Seven suverlike cranskens, geordineert op des heilighen Ubertinus oeffeninghe,* Tantwerpen, Henric Eckert van Homberch, 1509 et iterum 1515. Hoc opusculum intendit promovere pium exercitium meditandi mysteria Redemptionis, dum recitatur rosarium quinquagies repetitae salutationis angelicae. Anonymus auctor, sequens rationem meditandi quam HUBERTINUS DE CASALE in prologo sui operis *Arbor vitae crucifixae Iesu* proposuerat, 7 distinguit coronas, quibus per septem dies hebdomadae tota vita Domini meditanda proponitur. Quaeque corona suas quinque decades *Ave Maria* habet et quinque *Pater noster,* pro quibus totidem intentiones indicantur. Exponitur ab A. pium meditandi exercitium HUBERTINI DE CASALE, eiusdem influxus apud *Seven suverlike cranskens,* structura septem coronarum, aliaeque nonnullae devotiones in extremo libello additae describuntur. In appendice (p.102-108) eduntur introductiones ad singulas septem coronas, cum respectivis textibus HUBERTINI iuxta positis. S. ST. A.

Hugo (Panziera) de Prato, O.Min., † ca. 1330

Vide etiam: n.995 scripta poetica.

1942. - PETROCCHI Giorgio, *L'esperienza ascetica di Ugo da Prato,* in *Medioevo e Rinascimento. Studi in onore di Bruno Nardi* II, Firenze 1955, 525-540.

Iuxta Auctoris sententiam, HUGO DE PRATO (dictus PANZIERA a lorica ferrea, quam spatio 40 annorum super nudam carnem tulit, potius quam ex quodam familiae agnomine) exstat potior testis litteraturae franciscanae saec. XIV. Etenim, aliter ac penes Fratres Praedicatores fiebat, Franciscales tunc in conventibus recolligebant se ut disceptarent, meditarentur atque vulgarent thesauros spiritualitatis sui Ordinis, qualis ipsa floruerat penes sodales minoritas saec. XIII. HUGO ipse propensus fuit ad id saltem in suis tractatibus et epistolis; quae sigillum ambitus conventualis et notam impersonalem, scholasticam et, etiam, angustam prae se ferunt. Sed res aliter fit in *Laudibus* ipsius HUGONIS (quas A. maximum octo eidem tribuendas esse censet), in quibus idem HUGO magno fervore experientiam mysticam concinit, non quidem quam ipse expertus sit, sed quam e scriptis magnorum magistrorum didicerat. M. A.

1943. - DI BENEDETTO Virgilio, *Per un'edizione delle Laudi del B. Ugo Panziera, O.Min.* († *c.1330*), in *Misc.Franc.* 56(1956) 262-281.

Inquirens de numero et valore artistico laudum dictatarum ab HUGONE PANZIERA, A. examini subicit ms. asservatum in Firenze, *Bibl. Naz., cod.Palatino 168,* cuius 28 laudes, etsi commixtae inveniantur cum laudibus jacoponicis, tamen tribuendas esse putat eidem HUGONI. Quod

aliquo modo probare nititur sive ex fide nonnullorum codicum sive ex concordantia argumentorum seu conceptuum, quae deprehenditur inter quasdam laudes et opuscula ascetica eiusdem HUGONIS. Tandem A. putat alias adhuc inquirendas esse laudes HUGONIS, ita ut tandem possibile sit aequum ferre iudicium de valore litterario eiusdem operis poetici: quod in posterum se facturum promittit. M. A.

B. Odoricus de Pordenone, O.Min., † 14 ian. 1331

1944. - ROMB Anselm M., O.F.M.Conv., *Mission to Cathay. The Biography of Blessed Odoric of Pordenone*. Paterson, New Jersey, St. Anthony Guild Press, 1956. 20 cm., X-153 pp., ill.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 102s.

Celebris ODORICI DE PORDENONE *Relationis* (*Sinica Franciscana* I, 413-495) aliqua capita delecta, et gallice versa, vulgantur apud: DUPERRAY Édouard, *Ambassadeurs de Dieu à la Chine*, Tournai-Paris 1956, 28-34 (cf. rec. in *Coll.Franc.* 27[1957] 103). I. V.

Joannes de Ridevall, O.Min., fl. 1332

1945. - SMALLY Beryl, *John Ridewall's Commentary on the « De civitate Dei »*, in *Medium Aevum* 25(1956) 140-153.

Hac docta dissertatione primum describitur ambitus historicus ineuntis saec. XIV, in quo renascuntur studia classicorum auctorum ex renovata praesertim attentione et alacritate qua NICOLAUS TREVET, O.P., THOMAS WALEYS, O.P., necnon JOANNES DE RIDEVALL perlegerunt et commentariis instruxerunt S. AUGUSTINI scriptum *De civitate Dei*. Deinde examinantur paucae notitiae de vita et operibus JOANNIS, ut demum perveniatur ad accuratam descriptionem eiusdem *Commentarii in « De civitate Dei »* (Oxford, *Corpus Christi College 186/7*), methodi in eo adhibitae, proprietatum notabilium, valoris adiudicandi.

JOANNES DE RIDEVALL ut quinquagesimus quartus magister an. 1331-1332 rexit Studium Fratrum Oxonii. Commentarium in *De civitate Dei* incepit probabiliter iam ante 1331-1332 et an. 1333 in eo adhuc occupabatur. In quantum scimus, septem tantum libros est commentatus. Dum regeret Oxonii, etiam *Lecturam in Apocalypsim* composuit. In commentario suo augustiniano saepissime reprehendit tractationem NICOLAI TREVET de eodem argumento. JOANNIS expositio plenior et profundior dicenda est illa NICOLAI, minus tamen docta et erudita quam THOMAE WALEYS, etsi de AUGUSTINO magis laboraret. In opere *Fulgentius metaforalis*, ubi allegoriam christianam applicat ad paganam mythologiam, JOANNES sese ostendit phantasmaticum, in commentario vero in *De civitate Dei* austerum investigatorem. - De RIDEVALLENSI eadem A. scripsit in libro suo *English Friars and Antiquity in the Early Fourteenth Century*, Oxford 1960, 109-132. JOANNIS scripta adhibuit ROBERTUS HOLKOT, O.P., qui etiam operibus usus est JOANNIS GUALLENSIS, O.Min., GUALTERI WIMBORNE, O.Min., magistri regentis Cantabrigiae ca. 1263-1266, necnon ROBERTI DE LEICESTER, O.Min., ibidem magistri 1321-1322 (cf. SMALLEY Beryl, *Robert Holcot, O.P.*, in *Arch.Fr.Praed.* 26[1956] 5-97 passim, imprimis vero 49-56). S. St. A.

Guilelmus Rubió, O.Min., † ca. 1333

Vide etiam: n.863 Henricus Gandavensis; 1802 exsistentia Dei probanda; 866s Imm. Conceptio; 943 character sacramentalis.

1946. - POMPEI A., *Guglielmo Rubió,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 941.

Antonius Andreae de Aragonia, O.Min., † ca. 1333

Vide etiam: n.100. 113 incunabula; 695 cosmologia; 1802 exsistentia Dei probanda; 866 Imm. Conceptio; 943 character sacramentalis.

1947. - MACALI L., *Antonio Andrea,* in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 284.

Guilelmus Alnwick, O.Min. † inter 7-29 mart. 1333

Vide etiam: n.139 bio-bibliographia; 545 relationes internationales; 664 *Quaestiones;* 1775 *Additiones;* 943 character sacramentalis.

1948. - TOGNOLO A., *Guglielmo di Alnwick,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 931.

Joannes de Bassolis, O.Min., † 4 iul. 1333

Vide etiam: n.863 Henricus Gandavensis; 695 cosmologia; 1802 exsistentia Dei probanda; 755 generatio aeterna; 866 Imm. Conceptio; 943 character sacramentalis; 716 eleemosyna.

1949. - PASIECZNIK Marcellus, O.F.M., *John de Bassolis, O.F.M.,* in *Franc.Stud.* 13(1953) n.4, 59-77; 14(1954) 49-80.

Vide notitiam de hac dissertatione in *Bibliog.Franc.* X, n.1313. - Cf. etiam POMPEI A., O.F.M.Conv., *Giovanni di Bassoles,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 755.

Guilelmus de Notingham, iunior, O.Min., † 5 oct. 1336

Vide etiam: n.966.

1950. - BETTONI E., *Guglielmo di Nottingham,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 940-941.

1951. - SMALLEY Beryl, *Which William of Nottingham?,* in *Med. Renais.Stud.* 3(1954) 200-238.

Commentarius quidam (inc. *Da michi intellectum...*) in notam *Concordantiam evangelistarum* CLEMENTIS DE LANTHONY conscriptus, cuius plures exstant codices, abbreviationes, extracta, communiter attribuitur GUILELMO DE NOTINGHAM, O.Min., quarto ministro provinciali Angliae († 1254), dum revera est eiusdem nominis GUILELMI, O.Min., provincialis decimi septimi Angliae († 1336). Haec est firma conclusio accurati examinis quod peritissima A. instituit de 9 manuscriptis, de abbreviationibus et extractis necnon de fontibus memoratae postillae.

Ad codicum elenchum addatur *Winchester Coll. 22* (cf. notitiam bio-bibliographicam apud A.B. EMDEN, *A Biographical Register of the University of Oxford to A.D. 1500,* II, Oxford 1958, 1377s). S. ST. A.

Angelus Clarenus, O.Min., † 15 iun. 1337

Vide etiam: n.996 excerpta; 1576 criticus Bonaventurae.

1952. - ANGELO DA CHIARINO († 1337), *Dalla « Cronaca delle sette tribolazioni »*, in *Prosatori minori del Trecento* (cf. *supra* n.241), 869-881.

Pauca excerpuntur ex praefata *Cronaca* iuxta fidem ms. Roma, *Bibl. Vittorio Emanuele, cod.1167*, f.17*r-v*. 26*v*-28*r*, qui loci conferuntur cum editione parata a L. MALAGOLI, *Cronaca delle Tribolazioni di Angelo Clareno*, Torino 1931. M. A.

1953. - AUW Lydia von, *Quelques notes sur Angelo Clareno*, in *Bull. Ist.Stor.Ital.M.E.Arch.Murat.* 66(1954) 115-128.

A. offert prospectum quendam generalem vitae et scriptorum ANGELI CLARENI (praesertim epistolarum traditarum ope codicum Firenze, *Bibl.Naz., cod.Magliabechi XXXIX, 75* et Pesaro, *Bibl.Oliveriana, cod. 1942*), agens de istorum fortuna penes CLARENI asseclas, de eiusdem CLARENI sectatoribus in Italia, in Gallia, in insula Mallorca et in Achaia, ac tandem de eius aptitudine erga Regulam franciscanam et romanum pontificem. Etenim CLARENUS contra papam minime rebellat, sed de illo semper magna reverentia scribit, quia ab unica Ecclesia minime separari vult. At ipse putat non semper obediendum esse iis qui praesunt, eo quod iidem aliquando quaedam imprudenter imperant, uti v.g. fit cum nonnulla praecipiunt quae sunt contra Regulam franciscanam. CLARENUS vero Ordinis franciscani unitati praeferendam esse putat integram Regulae observantiam. Ceterum ipse clare defendit Regulam franciscanam pluribus Ordinibus originem praebere posse: et in hoc quae historice ventura erant praevidit. M. A.

Jacobus Ryman, O.Min., fl. 1342

1954. - ROBBINS Rossell Hope, *Middle English Versions of « Criste qui lux es et dies »*, in *Harv.Theol.Rev.* 47(1954) 55-63.

Octo diversae versiones anglicae saec. XIV-XV recensentur antiquissimi hymni *Christe qui lux es et dies* (e ritu mozarabico saec. IV). Tres versiones composuit JACOBUS RYMAN, O.Min., et illae inveniuntur in libro hymnorum et canticorum ab eo confecto (Cambridge, *Univers. Libr.Ee.1.12* [an. 1492]. De hoc poeta anglico, qui floruit 1342, abundanter scripsit ZUPITZA J., *Die Gedichte des Franziskaners Jakob Ryman*, in *Archiv für das Studium der neueren Sprachen und Literaturen* 89(1892) 167-338. S. St. A.

Gualterus de Chatton, O.Min., † 1343 (vel certe ante 20 apr. 1344)

Vide etiam: n.139 bio-bibliographia; 692 quantitas; 954 praedestinatio; 943 character sacramentalis; 561 influxus.

1955. - TOGNOLO A., *Gualtiero di Chatton*, in *Enc.Fil.* II. Venezia/Roma 1957, 923.

Franciscus Rubei de Marchia (de Pignano, Appignano Esculo; Asculanus), O.Min., † p. 1344

Vide etiam: n.63. 98. 612. 663. 722 mss.; 863 Henricus Gandavensis; 692 quantitas; 693 causalitas finalis; 694 impetus; 695 cosmologia; 1926 distinctiones in Deo.

1956. -- POMPEI A., *Francesco della Marca*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 520.

Videsis etiam s.v. *Impetus*, *ibid.*, II, 1299-1301.

Guilelmus de Ockham, O.Min., † 9/10 apr. 1347

Vide etiam: n.3 bibliographia; 98. 644 mss.; 100 incunabula; 623s textus selecti; 545 relationes internationales; 549 reportatio; 695 condemnationes; 616. 643. 647. 654. 657. 659 doctrina gen.; 698 scientiae conceptus; 1807 intuitio; 678 universalia; 695 cosmologia; 692 quantitas; 694 impetus; 693 causalitas finalis; 688. 1802 exsistentia Dei probanda; 718 philosophia iuris; 742 auctoritas S. Scripturae; 954 praedestinatio; 943 character sacramentalis; 945 baptismus, paenitentia; 966 virtutes, vitia; 716 eleemosyna; 717 usura; 968 haeresis; 973 eschatologia; 50. 144. 561. 695. 732. 2045. 2133 influxus.

1957. - [BOEHNER Philotheus, O.F.M., ed.], *Ockham. Philosophical Writings*. A selection edited and translated by Philotheus BOEHNER, O.F.M. †. (The Nelson Philosophical Texts). [Edinburgh], Nelson, 1957. 18,5 cm., LIX-154 pp. [2-147 duplicantur], 1 tab.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 432s.

1958. - WILLIAM OCKHAM, *Summa Logicae. Pars Secunda et Tertiae Prima*. Edited by Philotheus BOEHNER, O.F.M. (Franciscan Institute Publications. Text Series, 2). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, Belgium, E. Nauwelaerts - Paderborn, Germany, F. Schöningh, 1954. 22,5 cm., p.215-461.

Continuatur editio *Summa Logicae*, cuius primam partem annuntiavimus in *Bibliog.Franc.* X., n.1316. Hac altera parte per 37 capita agitur *de propositionibus* (p.217-324), dum tertiae partis pars prima continet 68 capita *de syllogismis* (327-461). S. ST. A.

1959. - *Sette questioni inedite di Occam sul concetto*. (A cura di Francesco CORVINO), in *Riv.Crit.Stor.Fil.* 10(1955) 265-288.

In introductione (p.265-275) aliqui errores corriguntur respicientes praesertim numerum *Quaestionum in libros Physicorum* GUILELMI DE OCKHAM; describuntur codices ad quorum fidem A. plures quaestiones postea edit (*Vat.lat. 956, Paris.Nat.lat. 17841, Vindob.Nat.Dom. 307;* nota quod *cod.Vindob.Nat.Palat. 5460* non continet *Quaestiones* sed *Summulas in libros Physicorum*); elenchus texitur omnium *Quaestionum*

quae complexive numerantur 154 (151 in *cod.Vat.* et *Paris.*, 64 in *cod. Vindob.*); dependentia mutua codicum examinatur. Deinde septem quaestiones de conceptu critice evulgantur (276-288). Non docemur nova hisce quaestionibus, sed OCKHAM doctrinas suas saepe brevius, nervosius strictiusque definivit.

Hae sunt quaestiones de conceptu ab A. editae. 1. *Utrum conceptus sit aliquid fictum habens tantum esse obiectivum in anima;* 2. *Utrum conceptus sit res extra concepta;* 3. *Utrum conceptus sit qualitas mentis;* 4) *Utrum conceptus sit quaedam species vel habitus;* 5. *Utrum conceptus sit qualitas terminans actum intelligendi;* 6. *Utrum conceptus communis sit intentio generalis;* 7. *Utrum conceptus proprius singularis sit cognitio propria.* S. ST. A.

1960. - *Questioni inedite di Occam sul tempo.* (A cura di Francesco CORVINO), in *Riv.Crit.Stor.Fil.* 11(1956) 41-67; 12(1957) 43-63.

Ex *Quaestionibus in libros Physicorum* Auctor ad fidem codicum *Vat.lat. 956* et *Vindob.Nat.Dom. 307* primum evulgat quaestiones 37-47 et deinde quaestiones 48-57, quibus agitur de tempore secundum virtutem sermonis et secundum rei veritatem.

Utilitatis causa titulos referimus: 37. *Utrum tempus sit aliquid distinctum a rebus permanentibus;* 38. *Utrum intentio Philosophi et Commentatoris sit ponere tempus distinctum a rebus permanentibus;* 39. *Utrum haec sit concedenda de virtute sermonis: tempus est ens;* 40. *Utrum tempus sit motus secundum rei veritatem;* 41. *Utrum secundum intentionem Philosophi et Commentatoris haec sit vera: tempus est motus;* 42. *Utrum secundum intentionem Philosophi haec sit vera: motus caeli est tempus.* 43. *Utrum aliquis motus inferior sit tempus;* 44. *Utrum tempus sit motus in anima sive motus imaginatus;* 45. *Utrum secundum intentionem Philosophi quilibet percipiens tempus percipiat motum caeli;* 46. *Utrum sit idem numerus decem equorum et decem canum;* 47. *Utrum tempus sit numerus motus secundum prius et posterius;* 48. *Utrum tempus sit mensura cuiuslibet motus;* 49. *Utrum tempus possit esse sine anima;* 50. *Utrum tempus componatur ex ente in anima et ente extra animam;* 51. *Utrum tempus sit idem apud omnes et ubique;* 52. *Utrum tempus sit continuum;* 53. *Utrum tempus sit discretum;* 54. *Utrum aeterna sint in tempore.* 55. *Utrum instans importet aliquam rem a rebus permanentibus distinctam;* 56. *Utrum instans vel nunc sit primum mobile de virtute sermonis;* 57. *Utrum sit tantum unum instans in toto tempore.* S. ST. A.

1961. - GUILLERMO DE OCCAM, *Tratado sobre los principios de la teología.* Traducción del latín. Prólogo y notas de Luis FABRÉ. (Biblioteca de Iniciación Filosófica, 58). Buenos Aires, Aguilar, 1957. In-8°, 158 pp.

Praemissa introductione de ipso *Tractatu* et de ockhamismi progressione historica (p.7-33) necnon bibliographia significata (35s), hispanice redditur *Tractatus de principiis theologiae* (37-148) qui quidem non est compositus ab ipso OCKHAM sed eius doctrinam sat bene exprimit. Adnotationes p.151-155 referuntur. S. ST. A.

1962. - *Guillelmi de Ockham Opera Politica.* Accuraverunt R.F. BENNETT, H.S. OFFLER. Volumen III edidit H.S. OFFLER. Mancunii [Manchester], E Typis Universitatis, 1956. 23 cm., IX-322 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 438s et *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 492ss.

1963. - BOEHNER Philotheus, O.F.M., *The Hypothetical First Redaction of Ockham's* Expositio Aurea, in *Franc.Stud.* 14(1954) 374-386.

Ante aliquos annos disputatio orta est inter A. MAIER et Ph. BÖHNER utrum *Notabilia Porphyrii, Notabilia Praedicamentorum, Notabilia libri Perihermeneias,* quae cum aliis scriptis OCKHAM leguntur in *cod.Vat. Borgh. 151,* sint prior redactio brevior *Expositionis aureae* (ita MAIER) an potius posterior quaedam eiusdem *Expositionis* abbreviatio (ita BÖHNER; cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.756s. 740). Hac disquisitione A. sufficienter probat — nostro saltem iudicio — huiusmodi *Notabilia* non esse nisi collectionem textuum ex authentico scripto GUILELMI excerptorum. Cum MAIER praesertim urgeret differentias inter prologos utriusque redactionis, A. ambos ex adverso positos et adamussim recognitos evulgat p.381-386, ut ipsi lectores de eis iudicent. Nonnulla argumenta, a BÖHNER pro sua sententia adducta, MAIER iterum refellere aggressa est in *Arch.Franc.Hist.* 48(1955) 227-232, quin tamen positionem BÖHNER nimium commovere videatur. S. St. A.

1964 - MAIER Anneliese, *Handschriftliches zu Wilhelm Ockham und Walter Burley,* in *Arch.Franc.Hist.* 48(1955) 225-251.

In prima parte huius dissertationis agitur 1) de tribus novis codicibus scripta GUILELMI DE OCKHAM continentibus, scil.: *cod.Vat.Chigi E.V. 161* qui *Summulas in libros Physicorum,* ante 1401 exscriptas a BENEDICTO DE ASSISI, O.Min., ipso studente Pisis, comprehendit, *cod. Vat.lat. 2119* (saec. XIV[1]) et *cod.Vat.lat. 4542* (saec. XIV et ca. 1400) quibus *Summa logicae* panditur; 2) defenditur possibilitas quod *Notabilia Porphyrii, Praedicamentorum, libri Perihermeneias* in *cod.Vat. Borgh. 151* sint prima redactio *Expositionis aureae* (cf. *supra* n.1963); 3) accuratius determinatur tempus originis *cod.Vat.Ottob.lat. 179* in quo plura opera GUILELMI exstant (f.1*v*: « ...emptus Sulmone 1369 in octobri ») et *cod.Vat.Pal.lat. 1202* qui continet *Summulas in libros Physicorum* exscriptas a GARCIA LYDON, O.Min., pro confratre MATTHAEO MUREZ et perfectas 4 februarii 1410 vel 1411 (f.371*v*-372*v*).

In altera parte A. pretiosas refert notitias de operibus GUALTERI BURLAEI deperditis vel nondum inventis et aliis ad nos transmissis. Minutius etiam describit eiusdem tractatus minores qui in *cod.Vat.lat. 2146* inveniuntur. S. St. A.

1965. - BARTH Timotheus, O.F.M., *Die Summa Logicae des Wilhelm Ockham und der Traktat de puritate artis logicae des Walter Burleigh in zwei Handschriften der Kommunalbibliothek von Treviso,* in *Franz. Stud.* 37(1955) 411-416.

Data opera describitur 1) codex hucusque neglectus, continens *Summam Logicae* GUILELMI DE OCKHAM, scil.: Treviso, *Bibl.Comun. 376,* qui certe ante 9 septembris 1371 exaratus fuit; 2) codex miscellaneus parum notus: Treviso, *Bibl.Comun. 377,* qui partim saltem ante 1347 scriptus fuit et plures exhibet tractatus logicos, inter quos legitur f.97*ra*-117*rb De puritate artis logicae* GUALTERI BURLAEI.

Hunc tractatum nuper iterum edidit Ph. BÖHNER, eidem addens *Tractatum*

breviorem: BURLEIGH Walter, *De puritate artis logicae tractatus longior.* With a revised edition of the *Tractatus brevior.* Edited by Philotheus BOEHNER, O.F.M. (Franciscan Institute Publications. Text Series, 9). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, Belgium, E. Nauwelaerts - Paderborn, Germany, F. Schöningh, 1955. 23 cm., XVI-264 pp. S. St. A.

1966. - BARTH Timoteo, O.F.M., *Nuove interpretazioni della filosofia di Occam,* in *Studi Franc.* 52(1955) 187-204.

Perutilis conspectus exhibetur de recentioribus interpretationibus philosophiae GUILELMI DE OCKHAM, hoc quidem ordine: 1) referuntur diversa iudicia his annis de OCKHAM prolata, negativa (C. GIACON, F. HOFFMANN, E. ISERLOH, G. DE LAGARDE, J. LORTZ, L. MEIER), moderata (J. KOCH, B. NARDI, H. MEYER, F. PELSTER, E. BETTONI), positiva (G. MARTIN, Ph. BÖHNER, R. GUELLUY, R. SCHOLZ); 2) progressus a logica ockhamista adducti; 3) problema nominalismi mediaevalis in genere; 4) nominalismus ipsius GUILELMI; 5) doctrina categoriarum et cognoscibilitas Dei.

Peritus A. passim breves sed graves animadversiones interserit suae expositioni. Conclusio eius retinenda est: « Certamente Occam non era un pensatore sistematico come S. Tommaso o G. Duns Scoto: la sua forza è la critica e la logica, e sotto questo punto di vista era un fenomeno. Bisogna ricordare altresì che egli non ha avuto il tempo necessario di sviluppare e completare le sue idee, troppo impegnato com'era in altre faccende. La sua opera filosofica è rimasta incompiuta ed ha quindi lo stigma dell'aporetico e del problematico. Di fronte alle aporie gli spiriti si dividono: gli uni non vedono che pericoli e gli altri le considerano come stimolo necessario del progresso filosofico. Chi di essi ha ragione? Nessuno, del tutto: la sintesi sarà sempre una meta ideale, ma non raggiungibile da noi che in forma imperfetta. E per questo mi sembra una norma ragionevolissima ed insieme francescana questa: concedere ad un pensatore un'interpretazione benevola, fintantoché è sopportabile » (p.203s). S. St. A.

1967. - BETTONI Efrem, [O.F.M.], *Guglielmo di Occam,* in *Grande Antologia Filosofica.* Vol. IV: *Il pensiero cristiano (la scolastica),* Milano 1954, 1411-1476.

Primum exhibetur introductio aequa et satis erudita de vita, operibus et sententiis philosophicis Venerabilis Inceptoris (p.1411-1428), cui additur bibliographia essentialis (1429-1433). Deinde lectoribus linguae italicae offertur versio plurimorum textuum selectorum quibus cogitationes suas philosophicas et religioso-politicas ipse GUILELMUS illustrat (1434-1476).

Auctor neque in diiudicanda vita GUILELMI neque in doctrinis eiusdem aestimandis e sana via media excedere intendit. Nihilominus putat quod OCKHAM, etsi ad Scholasticam pertineat cuius nondum reiecit conceptionem fundamentalem christianam, tamen omnia fere propugnacula philosophica talis conceptionis defendendae imprudenter diruit (1428). Quod iudicium nimis in deterius relatum credimus. - Textus ab A. selecti et italice redditi principalia capita philosophica GUILELMI attingunt: de terminis, suppositione, universalibus, rebus individuis, cognitione intuitiva et abstractiva, distinctione reali, relatione, exsistentia Dei probanda. Opiniones religioso-politicae OCKHAM illustrantur locis e *Breviloquio de potestate Papae.* Praesertim in notitiis bibliographicis plura occurrunt menda typographica, quorum cautum lectorem esse oportet. - GUILELMUS probabiliter mortuus est 9/10 apr. 1347, non autem 1349. Cf. *Arch.Franc.Hist.* 53(1960) 442-449. S. St. A.

1968. - GIACON C., [S.J.], *Occam* Guglielmo di, in *Enc.Fil.* III, Venèzia/Roma 1957, 964-973.

Post brevem vitae et operum GUILELMI DE OCKHAM descriptionem explicantur principales eiusdem doctrinae sub his capitulis dispositae: 1. OCKHAM et nominalismus; 2. cognitio intuitiva rei singularis concretae; 3. *rasorium* OCKHAM; 4. negatio realismi universalium; 5. negationes metaphysicae et morales; 6. aliqui conceptus politici. De influxu et progressione ockhamistica paucae notitiae demum hic traditae ulterius ab A. evolvuntur s.v. *Occamismo* (*ibid.*, 973s). Additur bona nota bibliographica.

Nescimus ubi A. invenerit quod secundum OCKHAM principium contradictionis non valeret pro Deo et in Deo (969). Paulo prius A. dixerat OCKHAM sexcenties repetere principium omnipotentiae divinae « Deus potest facere omne quod non includit contradictionem » (968). Alia plura in hac expositione praeiudicio quodam aristotelico-thomistico Auctoris infici videntur. Sed satis nota est A. opinio de OCKHAM et ockhamismo (cf. *Coll.Franc.* 18[1948] 319-326). S. ST. A.

1969. - CRINO Leopoldo, O.F.M., *Guglielmo Occam nella sua vita e nelle sue opere*, in *Studi Franc.* 52(1955) 205-215.

Aeque et absque partium studio describitur cursus vitae GUILELMI DE OCKHAM, suo loco etiam eiusdem scriptis indicatis. Nova statuere A. non sibi proposuit, ideoque sine ullis fontium adnotationibus rem suam tractavit. S. ST. A.

1970. - TORELLÓ BARENYS Ramón M., S.J., *El ockhamismo y la decadencia escolástica en el siglo XIV*, in *Pens.* 11(1955) 171-188. 259-283.

Prosequens dissertationem suam de ockhamismo et senescente corruptaque aetate scholastica saec. XIV (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1326) A. lineamenta generalia vitae (p.171-188) et characteris indolisque GUILELMI (259-283) describit. Praesertim praemonere intendit lectores operum OCKHAMI, ne lubrica mentis agilitate et periculosa insinceritate Venerabilis Inceptoris decipiantur.

Auctor nonnulla sana principia inculcat quae in doctrinis GUILELMI explicandis sunt adhibenda, e.g. sententiae eius in ambitu historico-doctrinali et in contextu considerentur oportet; inter se comparentur et ad invicem coniugantur; propositiones auctorum intelligantur ad mentem ipsorum et non sicut sonant verba, quia saepe verba aliud sonant et aliud significant. Ipse tamen A. primus contra huiusmodi praecepta peccare videtur, cum saepissime textus GUILELMI minime in ipsa eorum continuatione adivit et examinavit, sed ex aliorum auctorum dissertationibus (imprimis G. de LAGARDE) hausit. Nec satis ambitum historicum cognovit (praedecessores GUILELMI eiusque coaevos) ut modum philosophandi OCKHAMI recte et aeque aestimaret. S. ST. A.

1971. - BETTONI Efrem, O.F.M., *Guglielmo Occam appartiene alla scuola francescana?*, in *Studi Franc.* 52(1955) 169-186.

Ad respondendum quaestioni utrum OCKHAM adscribendus sit in Scholam franciscanam, A. primum lineamenta doctrinalia tendentiasque communes, quae magistri franciscales — suo quoque modo — sunt se-

cuti, in genere adumbrat (p.169-178). Postea monstrare nititur GUILELMUM, etsi themata fundamentalia Scholae franciscanae pertractaverit, genuino tamen spiritu eiusdem Scholae prorsus caruisse (178-186). Speculatio enim franciscana essentialiter est « itinerarium mentis in Deum », et oportet ut sit intime amorosa. De GUILELMO autem dicendum est quod fuit « un francescano che ha perso il senso dell'amore ». Ideoque A. eum a familia spirituali Scholae franciscane excludendum esse putat. Uti patet, exitum huiusmodi considerationum unusquisque pro libito suo facile impugnare potest, si aliter ac A. interpretatur Scholam franciscanam vel personam doctrinamque GUILELMI. S. ST. A.

1972. - CARLINI A., *Nominalismo*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 927-931.

Brevem historiam nominalismi describens A. etiam de doctrina GUILELMI accurate loquitur (928s), cuius nominalismus formam induit *terminismi*. S. ST. A.

1973. - POMPEI A., [O.F.M.Conv.], *Lutterell* Giovanni, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 210-211.

Brevis sed accurata notitia exhibetur de praecipuis doctrinis acerrimi impugnatoris ockhamismi, Joannis LUTTERELL († 1335), de quo vide etiam *Coll.Franc.* 30(1960) 342s. S. ST. A.

1974. - DAL PRA M., *Contributi filologici per la storia della filosofia*, in *Riv.Crit.Stor.Fil.* 9(1954) 390-399.

Quaestio est de structura logica linguae et examinatur problema de *impositione primae* et *secundae* praesertim apud OCKHAM et PETRUM ABAELARDUM. - Vide etiam eiusdem Auctoris *La teoria del « significato totale » della proposizione nel pensiero di Gregorio da Rimini, ibid.* 11(1956) 287-311 ubi oppositio GREGORII ARIMINENSIS et ROBERTI HOLCOT adversus OCKHAM illustratur. S. ST. A.

1975. - BEIERLE J.D., *Ockham's Theory of Consequence*, in *Dissertation Abstracts* 17(1957) 3047.

Contra E.A. MOODY (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.509) proponitur nova interpretatio theoriae consequentiarum GUILELMI DE OCKHAM. In appendice A. evulgat textum *Summae Logicae* III, 3, 37 iuxta editionem Parisiensem 1488. Posteriores enim editiones hoc capitulum omittunt. Haec dissertatio, quae constat 128 paginis, acquiri potest in pellicula photographica expressa. S. ST. A.

1976. - CORVINO Francesco, *Le « Quaestiones in libros physicorum » nella formazione del pensiero di Guglielmo d'Occam*, in *Riv.Crit.Stor. Fil.* 12(1957) 385-411.

Postquam A. ex *Quaestionibus in libros Physicorum* nonnullas edidit partes (cf. *supra* n.1960), hac dissertatione perutiles offert consi-

derationes quibus proprietates memorati operis illustrantur. Imprimis notanda est in hoc scripto OCKHAMI linea evolutionis quae progreditur ad maiorem attentionem criticam, mediante processu simplificationis et rigoris duplicati. Doctrinae dubiae eliminantur, contradictiones internae solvuntur, sententiarum cohaerentia accrescit. Cautior maturiorque conspicitur sensus criticus. Revera, OCKHAM magis occupatur circa instrumenta methodologica adhibenda quam circa singula problemata solvenda. Synthesim stabilire nititur inter id quod est per naturam et id quod est per institutionem humanam, inter data empirica obiectiva quae intuitione revelantur et complexas structuras linguisticas quae usu et industria hominum oriuntur.

Haec argumenta ab A. in *Quaestionibus* examinantur: principia methodica adhibita, proprietates formales expositionis, conceptus quatenus sit « aliquid fictum habens tantum esse obiectivum in anima » (reicitur hic ab OCKHAM), tempus ut « motus imaginatus », « natura » et « institutio », obiectum cognitionis scientificae, virtus sermonis, verificatio et rasorium GUILELMI (principium oeconomiae non habet momentum metaphysicum, cum ad mentem OCKHAM sit simplex criterium pragmaticum), ordo et unitas universi. - Notamus etiam acutam investigationem WEISHEIPL J.A., O.P., *Early 14th century Physics and the 'Merton' 'School'* etc., 1957 (*Bodl. Libr.MS.D.Phil.d.1776*). S. ST. A.

1977. - MATHIEU V., *Non sunt multiplicanda entia sine necessitate*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 932-933.

Haec lex parsimoniae ab OCKHAM multimode adhibitur, unde etiam eiusdem *rasorium* vocatur. Etsi semper plus minusve explicite rexerit cogitationes hominum, celebris tamen formula praefata communiter GUILELMO attribuitur. Brevis historia huius legis ab A. describitur volventibus saeculis. S. ST. A.

1978. - SHAPIRO Herman, *Motion, Time and Place According to William Ockham.* (Franciscan Institute Publications. Philosophy Series, 13). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, Belgium, E. Nauwelaerts - Paderborn, Germany, F. Schöningh, 1957. 23 cm., VIII-151 pp.

Haec dissertatio, quae eadem inscriptione etiam apparuit in *Franc. Stud.* 16(1956) 213-303. 319-372, recensita est in *Coll.Franc.* 29(1959) 533-535.

1979. - LUCEY Paulus T., S.J., *Metaphysics and the philosophy of William of Ockham.* Excerpta ex dissertatione ad Lauream in Facultate Philosophica Pontificiae Universitatis Gregorianae. Romae, Pontificia Universitas Gregoriana, 1954. 24,5 cm., 65 pp.

Hac dissertatione ad lauream (Pont.Univ.Gregoriana 1953) examinantur principia philosophica, in quibus theoria cognitionis et realitatis GUILELMI DE OCKHAM fundatur, ita ut merita doctrinae metaphysicae eiusdem appareant. In primo capite recensentur investigationes recentes de operibus et scriptis GUILELMI, secundo cognitio realitatis et tertio natura entis realis consideratur ad mentem Venera-

bilis Inceptoris. Sequitur quarto iudicium de metaphysica GUILELMI. Hisce excerptis evulgatur caput quartum, quo sensus et finis metaphysicae in genere determinatur (p.11-34) et critice aestimantur implicationes metaphysicae doctrinae GUILELMI de cognitione et realitate (34-60).

Conclusio A. est quod OCKHAM, animo conscienti et in postulata sua philosophica fideli, elaboravit principia metaphysicae *individui* seu etiam metaphysicae conceptualisticae, quae omnino aliena est a positione empiristica. Haec tamen metaphysica *individui* impossibilem reddidit solidum realismum plene evolutum in campo metaphysico; in campo vero ipsius esse sola optio ei remansit metaphysica *conceptus*. Utilis bibliographia p.61-65 exhibetur. S. ST. A.

1980. - BERGMANN G., *Some remarks on the ontology of Ockham*, in *Phil.Rev.* 63(1954) 560-571.

Nonnullas animadversione criticas A. profert circa explicationem quam E.A. MOODY dederat logicae GUILELMI (cf. *Coll.Franc.* 7[1937] 629s). Examinat enim denuo implicationes ontologicas analysis logicae ab OCKHAM exaratae terminorum relationalium. Nominalismus quoque GUILELMI consideratur. - Huiusmodi animadversionibus MOODY respondit p.572-576. S. ST. A.

1981. - MAURER Armand, C.S.B., *Henry of Harclay's Question on the Univocity of Being*, in *Med.Stud.* 16(1954) 1-18.

Ad amussim examinatur quaestio inedita HENRICI DE HARCLAY de univocitate entis, quatenus continetur in *cod.Vat.Borgh. 171*, f.1-3*v*, et comparatio instituitur inter doctrinam HENRICI et sententias SCOTI et GUILELMI DE OCKHAM. HARCLAY enim contra THOMAM AQUINATEM et HENRICUM GANDAVENSEM disputans affirmavit quod Deo et creaturis aliquid est commune univocum et quod etiam substantiae et accidenti est aliquid commune et univocum. Metaphysicam autem SCOTI de natura communi non est secutus. Propius ad opiniones OCKHAMI accedens omnem formalismum reicit concipiendo individuum ut unitatem metaphysicam quae non egeat haecceitate sed ex se sit individua. Nihilominus non ad terminismum OCKHAMI pervenit, cum aliquod fundamentum ex natura rei retinuerit in efformandis conceptibus univocis. S. ST. A.

1982. - KLOCKER H.R., S.J., *William of Ockham and the proofs for the existence of God.* Excerpta ex dissertatione ad Lauream in Facultate Philosophica Pontificiae Universitatis Gregorianae. Roma, Pontificia Universitas Gregoriana, 1955. 24,5 cm., VIII-41 pp.

1983. - Idem, *Ockham and the cognoscibility of God*, in *The Modern Schoolman* 35(1957-58) 77-90.

Ut doctrinam GUILELMI de capacitate intellectus humani ad exsistentiam Dei probandam clarius illustret, A. in dissertatione ad lauream (Pont.Univ.Gregoriana 1955) haec argumenta tractavit: 1) de cognoscibilitate Dei; 2) de doctrina causalitatis efficientis et finalis; 3) de argumentis ockhamisticis contra demonstrationes traditionales pro

exsistentia Dei; 4) de validitate demonstrationis pro exsistentia Dei ab OCKHAM oblatae; 5) de rationibus immediatis et ultimis in quibus doctrina ockhamistica fundatur. Contra interpretationes recentiores A. concludit theologiam naturalem GUILELMI infectam esse scepticismo et fideismo. Cuius ultima ratio fundatur in theoria cognitionis. - Excerpta ex dissertatione ad lauream hisce eduntur. S. ST. A.

1984. - KÖLMER W., *Von Ockham zu Gabriel Biel.* Zur Naturrechtslehre des 14. und 15. Jahrhunderts, in *Franz.Stud.* 37(1955) 218-259.

Postquam perite scripsit de iure naturali ad mentem OCKHAM (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1341), A. inquisitiones suas prosequens influxum GUILELMI penes auctores *viae modernae* saec. XIV et XV examinat. Vel minimas differentias A. clare ostendit in opinionibus de iure naturali quas defenderunt GREGORIUS ARIMINENSIS, O.E.S.A., JOANNES BURIDANUS, ROBERTUS HOLCOT, O.P., MARSILIUS DE INGHEN, HENRICUS DE OYTA, HENRICUS HEINBUCHE DE HASSIA (seu DE LANGENSTEIN), THOMAS EBENDORFER DE HASELBACH, JOANNES WICLIF, PETRUS DE ALLIACO, JOANNES GERSON, GABRIEL BIEL. S. ST. A.

1985. - KOSER Constantin, O.F.M., *Die älteste bekannte Deutung theologischer Noten: Wilhelm Ockhams « Dialogus » P.I, Lib. II,* in *Franz.Stud.* 38(1956) 66-77.

Termini technici censurae theologiae solummodo post 1270 se evolvere ceperunt. Primus tamen qui huiusmodi terminos data opera est interpretatus, GUILELMUS DE OCKHAM fuisse videtur, scil. in *Dialogo,* parte prima, libro secundo, qui docet quae assertiones sint catholicae vel haereticae iudicandae. Praemissis quibusdam notitiis introductoriis, A. interpretationem GUILELMI proponit, breviter tractando quaestionem competentiae iudicandi de doctrinis haereticis vel catholicis, necnon definiendo secundum OCKHAM quid sit veritas catholica, quid haeresis et qui earundem diversi gradus. Deinde momentum distinctionum GUILELMI rite extollit.

Secundum OCKHAM totus ambitus Revelationis ad strictam fidem pertinet. Optime distinxit ea quae « in canone Bibliae explicite vel implicite asseruntur ». Maximi momenti fuit haec accurata determinatio: « implicite asseruntur, ita quod si aliquae veritates in Biblia sub forma propria minime continentur, ex solis tamen contentis in ea consequentia necessaria et formali possunt inferri ». Distinctio ab OCKHAM longe lateque exposita inter obiectum fidei et subiectum credentem innumeras difficultates penes theologos posteriores praevertisset, si non usque ad saec. XVIII neglecta fuisset. Competentiam diiudicandi censuras theologicas recte tribuit theologis, non vero legis peritis. Alias perutiles distinctiones introduxit: inter Bibliam et Traditionem, veritatem catholicam et illam quae sapit catholicam veritatem, obligationem credendi (non licet aliter sentire) et obligationem admittendi aliquam doctrinam (non licet pertinaciter defendere). Problema de conclusionibus theologicis in theologiam introduxit et ita perfecte solvit ut eius solutionem etiam nunc theologi communiter sequuntur. S. ST. A.

1986. - ISERLOH Erwin, *Gnade und Eucharistie in der philosophischen Theologie des Wilhelm von Ockham. Ihre Bedeutung für die*

Ursachen der Reformation. Mit einer Einleitung von Joseph LORTZ. (Veröffentlichungen des Instituts für Europäische Geschichte, Mainz, Band 8. Abteilung für Abendländische Religionsgeschichte, herausgegeben von Joseph LORTZ). Wiesbaden, Franz Steiner Verlag GmbH., 1956. 24,5 cm., XL-286 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 94-98, *Franz.Stud.* 39(1957) 78-82, *Wiss.Weish.* 20(1957) 230s, *Rev.Sc.Phil.Théol.* 41(1957) 168s. De Eucharistia ad mentem OCKHAM etiam scripsit H. HARADA, O.F.M., *Algo sôbre a Eucaristia em Guilherme de Ockham,* in *Cruzeiro do Sul* (Petrópolis, R.J.) 33(1955) 1°. Semestre, 16-34.

1987. - HAMMAN Adalbert, O.F.M., *Saint Augustin dans le « Breviloquium de principatu tyrannico » d'Occam,* in *Augustinus Magister* (Congrès international augustinien, Paris, 21-24 septembre 1954), Paris 1954, 1019-1027.

Praemissa brevi consideratione de generali auctoritate S. AUGUSTINI in *Breviloquio de principatu tyrannico* (seu *de potestate papae*) exercita, speciali attentione A. eiusdem influxum examinat quoad OCKHAMI sententias de auctoritate S. Scripturae, de papatu, de potestate civili, de imperio. S. St. A.

1988. - VASOLI Cesare, *Il pensiero politico di Guglielmo d'Occam,* in *Riv.Crit.Stor.Filos.* 9(1954) 232-253.

Idem argumentum A. tractavit p.261-299 libri sui *Guglielmo d'Occam* (Firenze 1953), de quo vide *Coll.Franc.* 26(1956) 89s.

1989. - TISATO Renato, *Il pensiero politico medioevale. S. Tommaso, Dante, Egidio Romano, Guglielmo di Ockham, Marsilio.* Testi scelti, tradotti e illustrati. Treviso, Libreria Editrice « Canova », 1955. In-8°, 230 pp.

Cum opus videre nequiverimus, ea quae de theoria relationum inter Statum et Ecclesiam iuxta GUILELMUM DE OCKHAM referuntur in *Sophia* 25(1957) 119-121 exponimus, scil.: GUILELMUS exigit separationem Status ab Ecclesia, ita ut ipse Status liber esse possit; quin immo ipse arbitratur numquam in vita sociali libertas haberi posse nisi papalis dominatus arceatur; 2) sed, etsi GUILELMUS quamplurima opera de re politica conscripserit, ipse tamen potius de libertate morali atque intellectuali quam de rebus re vera politicis egit; tandem 3) prae oculis habendum est quod GUILELMUS sua cogitata, potius quam exponere, celare quaesivit ob ipsorum discrepantiam cum traditionali Ecclesiae doctrina. M. A.

1990. - LEWIS Ewart, *Medieval Political Ideas.* London, Routledge & Kegan Paul, 1954. In-8°, 2 vol., XII-356, V-p.357-661.

In hac anthologia textus in linguam anglicam versi exhibentur 36 auctorum medii aevi de re politica, in 8 capitibus distributi. Singulis

sectionibus brevis introductio praemittitur, itemque de unoquoque auctore parva notitia biographica affertur.

Ex auctoribus franciscanis tantum GUILELMUS DE OCKHAM seligitur, cuius sex textus vertuntur qui agunt de lege, de auctoritate politica, de individuo et communitate, de ratione regiminis in Statu et in Ecclesia, de regno et sacerdotio. I. V.

1991. - PACAUT Marcel, *La théocratie. L'Église et le pouvoir au Moyen-Âge.* (Collection Historique sous la direction de Paul LEMERLE). Paris, Aubier, Éditions Montaigne, 1957. 19 cm., 302 pp.

Quaenam exsistere debeant relationes inter Statum et Ecclesiam (seu potius papatum) iuxta mentem GUILELMI DE OCKHAM A. describit p.211-216, et quidem hoc modo: 1) GUILELMUS enervat potentiam papalem, cum autumet plenam auctoritatem in Ecclesia non penes papam, sed apud universitatem omnium Christi fidelium vel, saltem, penes concilium consistere; 2) potestas civilis et ecclesiastica sunt diversae et supremae in suo ordine; 3) si ipsarum una deficit in procurando civium vel fidelium bono, altera id suppleat necesse est; 4) de facto tamen potestas imperialis ab ipso extollitur et praeeminentia quadam relate ad Ecclesiam donatur, dum e contra papatus enervatur ac deprimitur in ambitu Ecclesiae et in mundo. A. vero putat GUILELMI sententiam esse quidem minus gravem, sed maiorem exercuisse auctoritatem quam illa MARSILII PATAVINI.

Errores theologici GUILELMI hac in re etiam denuntiantur a FERRO COUSELO Manuel, *Errores teológicos acerca de la naturaleza judídica de la Iglesia y su Derecho Público*, in *XIV Semana Española de Teología*, Madrid 1955, 3-73. Error fundamentalis eius esset individualismus absolutus (cf. p.15-19); vide autem *Verd.Vida* 16(1958) 117. M. A.

1992. - SANTONASTASO G., *Occam e la plenitudo potestatis*, in *Rass. Sc.Filos.* 10(1957) 213-271.

A. considerat doctrinam potestatis papae penes ALVARUM PELAYO, polemicam aptitudinem GUILELMI DE OCKHAM et momentum politicum eiusdem idearum: in quibus enuntiandis vestigia premit L. BAUDRY, *Guillaume d'Occam. Sa vie, ses œuvres, ses idées sociales et politiques*, Paris 1950 (cf. *Coll.Franc.* 22[1952] 197-199). M. A.

1993. - TIERNEY Brian, *Ockham, the Conciliar theory, and the canonists*, in *Journ.Hist.Ideas* 15(1954) 40-70.

Ex hac investigatione A. concludit quod GUILELMUS DE OCKHAM magnae auctoritatis minime exstiterit penes theologos conciliaristas, qui ab ipso mutuarunt tantum ideam superioritatis universitatis fidelium relate ad concilium, quae est pars minus nova eiusdem doctrinae. Etenim eisdem theologis OCKHAM videbatur nimis anarchicus, cum non agnosceret quod concilium congruenter repraesentaret illam universitatem fidelium quae sola non posset errare. Iuxta Auctoris sententiam theologi conciliaristae inspirationem acceperunt ab antiquis canonistis, uti HUGUCCIONE et aliis.

Vide etiam eiusdem Auctoris scriptum *Some recent works on the political*

theories of the medieval canonists, in *Traditio* 10(1954) 594-625; cf. quoque WATT J., *The early medieval canonists and the formation of conciliar theory*, in *Ir.Theol.Quart.* 24(1957) 13-31. M. A.

1994. - GRIGNASCHI Mario, *Il matrimonio di Margarete Maultasch e il « Tractatus de matrimonio » di Marsilio da Padova*, in *Riv.Stor.Diritto Italiano* 25(1952) 195-204.

Cum an. 1341 JOANNES HENRICUS DE LUXEMBOURG, vir ducissae Margaritae MAULTASCH, pulsus fuisset ex Tiroli ubi dominabatur, imperator LUDOVICUS IV, ut eandem MARGARITAM nuptum daret filio suo ALOISIO marchioni brandenburgensi, consilium iuridicum quaesivit a MARSILIO PATAVINO. Etenim matrimonium nondum consummatum fuerat, et MARSILIUS respondit (*Defensor minor*, c.XIII-XVI) quod, cum non ageretur de impedimento iuris divini, imperator ipse poterat tali in casu dispensationem dare, eo vel potius quod curia avenionensis tunc LUDOVICO minus favorabilis esset. Sed de facto imperator secutus est consilium mitius GUILELMI DE OCKHAM, qui in suo *Tractatus de iurisdictione imperatoris in causis matrimonialibus* nonnullis in casibus peculiaribus imperatori tribuebat ius sese substituendi in locum papae in huiusmodi causis matrimonialibus. M. A.

1995. - HÄGGLUND Bengt, *Theologie und Philosophie bei Luther und in der occamistischen Tradition. Luthers Stellung zur Theorie von der doppelten Wahrheit.* (Lunds Universitets Årsskrift. N.F. Avd. 1. Bd. 51, Nr. 4). Lund, C.W.K. Gleerup, 1955. 25 cm., 108 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 439-440.

1996. - HÄGGLUND Bengt, *Luther et l'Occamisme*, in *Positions luthériennes* 3(1955) 213-223.

De eodem argumento A. nuper ampliorem tractationem evulgavit, cuius recensionem vide in *Coll.Franc.* 26(1956) 439s.

Notamus quod recentiores investigatores fontium scholasticorum in scriptis LUTHERI auctoritatem habentium urgent complicatam huius problematis naturam. Minime reduci potest ad dialogum LUTHERI cum OCKHAM; cf. BEINTKER Horst, *Neues Material über die Beziehung Luthers zum mittelalterlichen Augustinismus*, in *Zschr. Kirch.Gesch.* 68(1957) 144-148. - De influxu OCKHAMI apud GABRIELEM BIEL vide GRANE Leif, *Gabriel Biels Lehre von der Almacht Gottes*, in *Zschr.Theol.Kirche* 53 (1956) 53-75. Ut fontem censurae ab ockhamistis de pluribus doctrinis scholasticis factae A. considerat eorundem studium et voluntatem affirmandi conceptum Dei biblico-christianum. Non staticum ordinem essendi ratione iustitiae ockhamismus urgere intendit sed ordinem salutis, cuius unum fundamentum Dei misericordia sit. - Apud Universitatem Londinensem Zofia RUEGER an. 1956 defendit dissertationem hucusque ineditam *Gerson and Occam: a study in the origin and development of Gerson's ideas about the reform of religion and the church.* - Doctrinam THOMAE BRADWARDINE de iustificatione, gratia, libertate exposuit LEFF Gordon, *Bradwardine and the Pelagians. A Study of his 'De Causa Dei' and its opponents*, Cambridge 1957. In parte secunda huius libri (p.127-254) considerantur aliqui magistri coaevi quos BRADWARDINE ut neo-pelagianos impugnavit quosque A. — nescio quo iure — DURANDUM, OCKHAM, AUREOLI, HOLCOT, BUCKINGHAM et WODHAM fuisse ponit. Ceterum, A. caute adhibendus est dux in rebus scholasticis. - Influxus ockhamismi etiam notatur apud Lambertum DANEO († 1595), primum commentatorem protestanticum

PETRI LOMBARDI, uti ostendit VALENTINI Eugenio, S.D.B., *Il primo commentario protestante al Liber Sententiarum di Pier Lombardo*, in *Miscellanea Lombardiana*, Novara 1957, 327-336; saepius etiam occurrit in *Tractatu de scismate* Thomae EBENDORFER († 1464), quem nuper edidit H. ZIMMERMANN in *Arch.Öst.Gesch.Öst.Ak.Wiss. Phil.Hist.Kl.Hist.Komm.* 120/2(1954) 1-103; porro PETRUS DE AILLY in doctrinis philosophicis et theologicis haud parum pendet e GUILELMO, in doctrinis vero scientiarum naturalium e ROGERO BACON, in doctrinis ascetico-mysticis e S. BONAVENTURA, uti praeclare ostendit MELLER Bernhard, *Studien zur Erkenntnislehre des Peter von Ailly*. Anhang: Aillys Traktat *De materia concilii generalis*. (Freiburger Theologische Studien, 67). Freiburg i. Br., Verlag Herder, 1954. 23 cm., XXXII-346 pp. S. ST. A.

Joannes de Rodyngton, O.Min., † 1348

Vide etiam: n.644 ms.; 647 libertas.

1997. - POMPEI A., *Giovanni di Rodington*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 766.

1998. - BARBET Jeanne, *Le commentaire des* Sentences *de Jean de Rodington, O.F.M.* († *1348*) *d'après les manuscrits Reims 503 et Toulouse 192*, in *Bull.Inform.Instit.Rech.Hist.Textes* 3(1954) 55-63.

Praemittitur elenchus accurate compositus omnium codicum manuscriptorum hucusque notorum *Commentarii in Sententias* JOANNIS DE RODYNGTON in duplici forma redacti. Cum vero antea J. LECHNER in texendo indicem quaestionum huius commentarii (cf. *Coll.Franc.* 8[1938] 429s) neglexisset *codd. Remensem 503* et *Tolosanum 192*, A. hos codices diligenter describit et deinde tabulam componit concordantiarum inter quaestiones a LECHNER numeratas et illas codicum remensis et tolosani (p.59-63), indicans etiam folia et lectiones praecipuas variantes. In traditione manuscripta *Commentarii* JOANNIS codices memorati momentum habent minime negligendum. S. ST. A.

Gerardus Odonis de Châteauroux, O.Min., † 1349

Vide etiam: n.98. 644. 663. 722 mss.; 113 incunabulum; 695 cosmologia; 692 quantitas; 1926 distinctiones in Deo; 755 generatio aeterna; 943 character sacramentalis; 716 eleemosyna.

1999. - VASOLI C., *Gerardo di Odone*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 666.

Nicolaus de Lyra, O.Min., † 23 oct. 1349

Vide etiam: n.55. 63. 77. 98. 105. 722 mss.; 62. 66. 89. 100. 113 incunabula; 1925 opera spuria; 755 generatio Filii; 758 cur Deus homo; 936 matrimonium B.M.V.; 959 gratia; 966 virtutes, vitia; 1129. 2133 influxus.

2000. - VASOLI C., *Nicola di Lira*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 893-894.

2001. - BARAUT Cebrià, O.S.B., *Un fragment de la versió catalana de « Postilla super Psalmos » de Nicolau de Lira*, in *Miscellanea Biblica B. Ubach*, Montisserrati 1953, 279-286.

Vel ex solis bibliothecarum inventariis patet quantopere in Catalaunia divulgatae essent *Postillae* Liranae; sed versiones catalaunicae perierunt vel ignotae iacent. Auctor diligenter quas sparsas allatas novit recenset, et quia feliciter fragmentum *Postillarum in Psalmos* invenit, illud nunc foras vulgat. Sermo est de primis septem versis Psalmi 118. Codex prostat in Ripoll, *Ms.159*, f.83*r*-86*v*.

Notamus demum dissertationem ad lauream in Facultate theologica Pont. Univ. Gregorianae Urbis an. 1953 defensam: OSANA Johannes, *Doctrina apologetica magistri Nicolai de Lyra, O.F.M.*, scil. secundum LIRANI opus *Probatio adventus Christi*, contra errores messianicos Judaeorum. Cf. *Liber Annuus* 402(1955) 201.
M. P.

Joannes de Sommerfeld, O.Min., † inter 1348-1361

2002. - MEYER Wendelin, O.F.M., *Psalterium glossatum des Fr. Johannes Sommerfeld, O.F.M., aus dem Anfang des 14. Jahrhunderts. Geschichts- und literarkritische Untersuchung des handschriftlichen Werkes*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 322-370.

2003. - Idem, *Psalterium glossatum des Frater Johannes von Sommerfeld, O.F.M., aus dem Anfang des 14. Jahrhunderts. Geschichts- und literarkritische Untersuchung eines handschriftlichen Psalmenkommentars*. Kevelaer, Rheinland, Butzon & Bercker, [1957]. 24 cm., XIII-49 pp., 5 tab.

Inquisitione accurata A. ortum, manuscripta et indolem *Psalterii glossati* JOANNIS DE SOMMERFELD probe pervestigat. Opella extractum constituit elucubrationis praefatae, ditatur tamen bibliographia praemissa, 5 tabulis folia mss. exhibentibus necnon indicibus, prout desumimus e *Wiss.Weish.* 21(1958) 70s.

Traduntur 1) parcissimae notitiae de JOANNIS vitae cursu (p.324-328). Hoc solum certe scitur eum an. 1342 et 1347 coenobio minoritico de Görlitz, prov. Saxoniae, praefuisse, necnon inter an. 1348 et 1361 e vivis decessisse. Satis probabiliter nomini locus originis apponitur. In *cod. 3026 Herzog-August-Bibl.* de Wolfenbüttel, quo expositio Psalterii continetur, innuitur Nostrum hoc opus exarasse et an. 1318 complevisse. - 2) Idcirco variis gressibus veritas huius affirmationis examinatur, et quidem a) primus catalogus librorum conventus Gorlicensis, an. 1348 compilatus, exhibetur (329-331); b) dein inventarium alterum an. 1462 conscriptum editur (332-334). Utroque elencho plura nomina doctorum franciscalium significantur simulque *Psalterium glossatum* nominatur, quod usque ad nostros dies servatur ad Görlitz, *Ratsarchiv der Milichschen Handschriftenbibl., cod. 122*, f.1*r*-91*v*, cuius textus cum ms. praelaudato reapse consonat (335-337). - 3) Manuscripta *Psalterii* — praeter iam dicta adhuc 4 prostant — exacte describuntur (338-344; cf. tamen *Arch.Franc.Hist.* 50[1957] 262). - 4) Vulgatur explanatio *Psalmi* 1. 21 (344-348). - 5) Quidam textus nostri operis cum *Glossa ordinaria* ac PETRI LOMBARDI *Commentario in Psalmos davidicos* comparantur (348-353). LOMBARDUM eiusdem fontem praecipuum fuisse omnino manifestum est. - 6) In iudicio aequo de JOANNIS glossa ferendo, A. eiusdem methodum explanationes SS. Patrum modo breviore ac concinno reddendi considerat (353-356), deinde pluribus exemplis eiusdem illustrat indolem christologico-ecclesiologicam (356-361) necnon exegesim typico-allegoricam, quae tamen respectu LOMBARDI minus urgetur (361-368). Pervestigationis perutilis exitus in compendium revocatur (369s).
O. R.

Alvarus Pelagius (Pelayo, Pais), O.Min., † inter dec. 1349-ian. 1350

Vide etiam: n.1992 potestas papae.

2004. - LAHACHE J., *Pelagius (Alvarez ou Alvaro)*, in *Dict.Droit Can.* VI, Paris 1957, 1312.

Perperam asseritur communiter et veri similius ALVARUM PELAGIUM obiisse an. 1342, cum iam satis demonstratum sit eum ad superos volasse inter menses decembrem 1349 et ianuarium 1350.

Breves notitias de PELAGIO vide apud TOGNOLO Antonio, *Alvaro, Pelayo (Pelagio)*, in *Enc.Fil.* I, Venezia-Roma 1957, 160; AMORÓS León, O.F.M., *Alvaro Pelayo*, in *Lex.Theol.Kirche* ²I, Freiburg i.Br. 1957, 409. M. P.

2005. - ALVARO Pais, O.Min., *Colírio da fé contra as heresias.* Estabelecimento do texto e tradução do Dr. Miguel PINTO DE MENESES, 2 voll. Lisboa, Centro de Estudos de Psicologia e de História da Filosofia, 1954, 1956. 24 cm., VIII-392 pp.

Una cum textu latino operis *Collyrium fidei adversus haereses* offertur prima versio sermone lusitano. Opus nobis transmissum non est.

2006. - MARTINS Mário, S.J., *A Ética estatal de Frei Álvaro Pais no « Speculum Regum »*, in *Actas do I Congresso Nacional de Filosofia* (Revista Portuguesa de Filosofia 11, II), Braga 1955, 403-411.

In opere *Speculum Regum*, quod regi Castellae ALFONSO XI dicatum est, ALVARUS PELAGIUS propugnat dominatum summorum Pontificum etiam comparate ad reges terrae. Insuper Auctor disquisitionis inquirit virtutes cardinales, prout in eodem tractatu explanantur. Ex *Bull.Sign.* X, n.11870. M. P.

2007. - MARTINS Mário, S.J., *As acusações [de Frei Álvaro Pais, O.Min.] contra Tomás Escoto e a sua interpretação*, in *Estudos de literatura medieval*, Braga 1956, 285-305.

Erudite exponitur controversia exorta inter ALVARUM PELAGIUM et quendam THOMAM SCOTUM notatum ut « apostatam fratrum minorum et praedicatorum ». Cum scripta alterius auctoris penitus lateant, eius opiniones falsae et haereticae iudicandae sunt solis testimoniis PELAGII, quae, uti sagaciter A. innuit, interpretanda sunt partim ex eius acri indole, quae deteriora semper detegit, et partim ex doctrina quam ipsemet profitebatur aristotelismo et averroismo contrariam et sic dicto augustinismo conformem. Cetera elementa franciscana in laudato opere relata cf. in *Coll.Franc.* 28(1958) 105s. M. P.

2008. - MARTINS Mário, S.J., *Frei Alvaro Pais e o poeta Afonso Geraldes*, in *Brotéria* 55(1957) 322-327.

Notitiis depromptis ex operibus ALVARI PELAGII A. satagit demonstrare Alfonsum GERALDES revera esse auctorem cuiusdam carminis heroici anonymi, quod vicissitudines certaminis de Salard commemorat. Ex *Bull.Sign.* XII, n.9812. M. P.

2009. - García Martínez Antonio, *Alvaro Pelayo y Guillermo de Ockham y la teoría de los poderes*, in *Crisis* 2(1955) 33-45.

2010. - Konrad von Megenberg, *Klagelied der Kirche über Deutschland. (Planctus Ecclesiae in Germaniam)*. Bearbeitet von H. Kusch. (Leipziger Übersetzungen und Abhandlungen zum Mittelalter, Reihe A/1). Berlin, Rütten & Loening, 1956. In-8°, LXX-164 pp.

Opus vertens Conradi de Megenberg *Planctus Ecclesiae in Germaniam* (an. 1337, et editio definitiva 1338), interpres fusiorem praemisit introductionem, qua inter cetera cum illo comparatur scriptum Alvari Pelagii, O.Min., quod *De statu et planctu Ecclesiae* praenotatur et tribus prostat redactionibus an. 1332, 1335, 1340; cf. pervestigationem N. Jung, *Un franciscain théologien du pouvoir pontifical au XIV^e siècle, Alvaro Pelayo, évêque et pénitencier de Jean XXII*, Paris 1931 (*Coll.Franc.* 2[1932] 544-547). O. R.

Petrus Thomae, O.Min., † ca. 1350

Vide etiam: n.1802 exsistentia Dei probanda; 866-8. 881 Imm. Conceptio.

2011. - Corvino F., *Pietro Tommaso*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1381-1382.

2012. - Petrus Thomae, O.F.M., *Quodlibet*. Edited by Sister M. Rachel Hooper, O.S.F., and Eligius M. Buytaert, O.F.M. (Franciscan Institute Publications. Text Series, 11). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, Belgium, E. Nauwelaerts - Paderborn, Germany, F. Schöningh, 1957. 23,5 cm., XIV-242 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 29(1959) 112-114; *Franz.Stud.* 40(1958) 80-81.

2013. - Buytaert Eligius, O.F.M., *The Scholastic Writings of Petrus Thomae*, in *Theologie in Geschichte und Gegenwart*, München 1957, 927-940.

Catalogus operum scholasticorum Petri Thomae, olim a Martino a Barcelona, O.F.M.Cap., praesertim compilatus (*Estudis Franciscans* 39[1927] 94-103; cf. etiam *Dict.Théol.Cath.* XII/2, 2047-2049) hac dissertatione critice examinatur, corrigitur atque completur. Haec Petri scripta recensentur: *Formalitates, De ente, De esse intelligibili, De unitate minori, Commentarius in Sententias, Quodlibet, De innocentia Virginis Mariae, Commentarii in libros Aristotelis*. Indicantur singulorum operum codices, quaestiones contentae in *Formalitates, De ente, De esse intelligibili, De unitate minori*, aliaeque notitiae utiles ad rem pertinentes. Non tamen exquiritur tempus compositionis operum.

Notamus alios codices *Formalitatum*: Leipzig, *Univ.Bibl., lat. 1348*, f.302*r*-309*r*; Hamburg, *Univ.Bibl.*, codex non numeratus qui invenitur coniunctus libro

RICHARDUS, *De Trinitate*, Paris 1510 (*P.B., vol. IV, p.60*), f.1*r*-36*v*; fragmentum insuper habetur *cod.Clm 5961*, f.119*vb*-120*ra* (cf. MEIER L., *Die Barfüsserschule zu Erfurt*, Münster Westf. 1958, p.54, nota 78 et p.68, nota 72 et 70). S. ST. A.

Joannes de Caulibus, O.Min., fl. saec. XIV [1]

Vide etiam: n.995 *Meditationes;* 997 versio anglica; 1129s influxus.

2014. - ZEEMAN Elizabeth, *Nicholas Love, a Fifteenth Century Translator*, in *Review of English Studies* N.S. 6(1955) 113-127.

NICOLAUS LOVE, O.Cart., primus esse videtur qui anglice vertit integras *Meditationes vitae Christi;* quam versionem THOMAS ARUNDEL, archiepiscopus Cantabrigensis an. 1410 approbavit. Editio exstat: *Mirror of the Blessed Life of Jesu Christ* (Oxford 1911). S. ST. A.

2015. - ZEEMAN Elizabeth, *Continuity and change in middle english versions of the* Meditationes vitae Christi, in *Medium Aevum* 26(1957) 25-31.

Comparatio instituitur inter antiquam versionem anglicam *Meditationum vitae Christi*, a NICOLAO LOVE ca. 1410 exaratam, et aliam translationem partialem hucusque ineditam, cuius exstant 6 codices et quae ut interpolatio in uno codice versionis LOVE ante an. 1419 conscripto invenitur (inter codd. W. FOYLE, Beeleigh Abbey Maldon). LOVE videtur hanc versionem anonymam adhibuisse. Eam tamen ope textus latini correxit et perpolivit. Textus LOVE etiam comparatur cum versione *The Privity of the Passion* (ed. C. HORSTMANN, *Yorkshire Writers: Richard Rolle of Hampole* II, 198-218), quam ipse cognovisse videtur. S. ST. A.

Richardus de Erfurt, O.Min., fl. saec. XIV[1]

2016. - HÖDL Ludwig, *Richard von Erfurt OM als Verfasser der « franziskanischen » Redaktion des Kommentars zum 4. Sentenzenbuch des Heinrich v. Friemar d. J. OESA*, in *Münch.Theol.Zschr.* 8(1957) 138-139.

Plures exstant redactiones commentarii HENRICI DE FRIEMAR, O.E.S.A. († 1354), *In librum quartum Sententiarum*, quarum una aperte exarata est a quodam lectore Fratrum Minorum Erfordiae, quem A. comprobat fuisse RICHARDUM DE ERFURT, O.Min. Redactio *franciscana* ab illa *augustiniana* ope codicis Göttweig, *Stiftsbibl. 239* (*242*) distinguitur.

Codices redactionis franciscanae describuntur apud F. STEGMÜLLER, *Repertorium commentariorum in Sententias Petri Lombardi*, Würzburg 1947, 432, n.948 et 441, n.943, quibus addatur memoratus codex de Göttweig et *Clm.27090* (cf. *Augustiniana* 11[1961] 510). S. ST. A.

Rudolfus de Biberach, O.Min., fl. saec. XIV[1]

2017. - RUH Kurt, *Rudolf von Biberach*, in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V (cf. *supra* n.145), 1010-1012.

Innuuntur perpauca quae de RUDOLFI vitae curriculo sciuntur. Prout A., alias ac scriptores in encyclopaediarum articulis, asseverat, hoc tantum certum est: Nostrum saec. XIV floruisse.

Quod opera spectat, praecipuum inscribitur *De septem itineribus aeternitatis*, 80 codd. traditum et in operum bonaventurianorum collectione a PELTIER curata (VIII, p. 392-482) editum. Contrarie ad M. GRABMANN aliosque A. asserit influxum Seraphici Doctoris in eum desiderari. Doctrinarum similitudo ex iisdem fontibus petenda est, e quibus uterque hausit. Praeter omne dubium opus *De officio Cherubym* (Leipzig, *Univ.Bibl., cod. 639*) a Nostro definitive abiudicandum est. RUDOLFUS demum multum viguit apud scriptores posteriores. O. R.

Joannes de Ripa (de Marchia, Ripatransone, Ripis, Rupa), O.Min., fl. 1357

Vide etiam: n.732.

2018. - TOGNOLO A., *Giovanni da Ripatransone*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 765.

2019. - JEAN DE RIPA, *Determinationes*. Texte critique avec introduction, notes et tables. Publié par André COMBES. (Textes Philosophiques du Moyen Âge, 4). Paris, Librairie Philosophique J. Vrin, 1957. 25 cm., 463 pp.

Proxime post commentarium suum in *Sententias* JOANNES DE RIPA apologiam quandam scripsit ut doctrinas suas principales defenderet contra gravem aliquorum magistrorum obtrectationem. Hoc opus *Determinationes* nuncupatum ad fidem codicum nunc primum editur. Continet tres quaestiones, quatuor articulis subdivisae, scil.: 1) *Utrum divina essentia secundum quamlibet perfectionem intrinsecam communicabilis sit ad extra, ut forma informativa;* 2) *Utrum intellectus possibilis sit potentia activa formaliter vel passiva;* 3) *Utrum divina essentia ab aliqua creata intelligentia sit visibilis comprehensive.* S. ST. A.

2020. - JEAN DE RIPA, *Conclusiones*. Publié par André COMBES. Préface de Paul VIGNAUX. (Études de philosophie médiévale, 44). Paris, Librairie Philosophique J. Vrin, 1957. 25 cm., 318 pp.

Ex magnae molis commentario super *Sententias*, quem ca. an. 1357-1358 Parisiis composuit magister JOANNES DE RIPA, extrahuntur conclusiones, ab ipso JOANNE ad modum fere theorematum theologicorum presse et subtiliter exaratas et post singulos distinctionum et quaestionum articulos semper subiunctas, ut succum et substantiam expositionis suae retineant. Genuinam sententiam Doctoris Difficilis sane exprimunt, sed ad plenam earum intelligentiam integra expositio JOANNIS, hucusque inedita, requiritur. Quae tamen ab A. praeparatur; sed cum immensa sit et eius editio tardetur difficultatibus, haec utilis extractio ad fidem codicum redacta ei praemittitur.

In praefatione P. VIGNAUX momentum commentarii JOANNIS DE RIPA illustrat et ambitum eius historicum describit (p.7-12). Brevis introductio (13-20) non omnia problemata litterario-critica solvit sed ad pleniorem tractationem remittit (cf. *infra* n.2021). In edendo conclusiones A. curavit ut distinctionum, quaestionum et arti-

culorum titulus etiam exscriberet et nonnumquam brevem quoque contextum immediatum exhiberet. Index nominum (305s) et rerum (307-318) utilitatem libri amplificant. S. St. A.

2021. - Combes André, *Présentation de Jean de Ripa*, in *Arch.Hist. Doctr.Litt.M.A.* 31(1956) 145-242.

Plura argumenta de vita, operibus, doctrinis Joannis de Ripa, quae A. in introductione editionum nuper a se curatarum (cf. *supra* n.2019s) minime tractare potuerat, hac dissertatione plene evolvuntur. Segregatas enim notitias de Doctore Difficili componens A. ingenium personamque Joannis luce historiae doctrinalis saec. XIV probe describit.

Hoc ordine A. procedit: 1) ad cognoscendum veras rationes motus mystici et reformationis Joannis Gersonii — cuius diligens pervestigator ipse A. semper fuit — omnino necessarium est opus doctrinale Joannis de Ripa. Cum enim Gerson contra vanam curiositatem in negotio fidei disputare statueret (8 et 9 dec. 1402), imprimis scotistis « formalizantibus » adversabatur et maximam auctoritatem Joannis de Ripa destruere intendebat (p.145-152). 2) Cum vero aditus ad scripta Joannis de Ripa sit satis difficilis, A. edidit *Conclusiones* et *Determinationes* (cf. *supra* n.2019s; 153-155). 3) Pauca quae de vita Joannis cognoscuntur examinantur (155-159). 4) Recensentur opera Joannis eorumque codices manuscripti, et reicitur authentia operis *Disputatio de causa meriti* et *Vesperiae* (159-176). 5) Acute explicantur dicta Gersonii et Joannis de Basilea, O.E.S.A., circa prohibitionem doctrinarum Joannis de Ripa. Etsi Joannes forsitan evaserit censuram personalem, certo constat Ludovicum de Padova, O.Min., an. 1362 obstrictum fuisse ad revocandum plures articulos ex suis *Vesperiis* desumptos, quos tamen Ludovicus fere omnes ex commentario Joannis de Ripa extraxerat (176-220). 6) Doctrinae principales Joannis, scil. theologia beatitudinis et distinctio formalis, exponuntur (220-242). - Nota quod secundum codicem Görlitz, *Stadtarchiv* (*Milichiana*) *Fol. 64*, f.107*vb* [nunc adservatum in Wroclaw, *Archivum Państwowe*] Joannis commentarium in *I Sent.* fuit « disputatum in conventu Ambiduensi [Ambianensi?] 1358, scriptum Parisius 1363 » (cf. *Arch.Franc. Hist.* 44[1951] 203, nota 6). - Bibliotheca Bodleiana Oxonii recenter acquisivit *cod. Lat.th.e.34*, quo continetur Joannis de Ripa *Lectura supra primo Sententiarum abbreviata per Paulum de Venetiis*, (*O.E.S.A.*), exscripta a Joanne de Milano in suo conventu patavino, O.E.S.A., et finita 22 apr. 1402 (cf. *Bodl.Libr.Rec.* 5[1956] 275). S. St. A.

Bartholomaeus Albizi de Pisa, O.Min., † 10 dec. p. 1360

2022. - Rotolo Filippo, O.F.M.Conv., *La leggenda del B. Gerardo Cagnoli, O.Min.* (*1267-1342*) *di Fra Bartolomeo Albizi, O.Min.* (*† 1351*), in *Misc.Franc.* 57(1957) 367-446.

Bartholomaeus Albizi de Pisa († 1351 vel, probabilius, post an. 1360), a Bartholomaeo Rinonichi de Pisa, O.Min. († 1401) utique discernendus, sacer contionator et an. 1342 guardianus conventus pisani O.Min., an. 1347 conscribere desiit *Legendam* et *Tractatum miraculorum S. Gerardi.*

Porro A.: 1) describit auctores tum antiquos cum recentiores, qui de eodem B. Gerardo scripserunt; 2) postquam probaverit quod *Legendae* auctor secutus est stilum romanum (non pisanum), chronologiam ipsius determinare satagit hoc modo: Gerardus natus est an. 1267 in oppido Valenza sul Po prope Alexandriam; an. 1291-1307 vitam eremiticam duxit Romae, Neapoli, Catanae et forsan in oppido Erice prope Trapani, et tandem, quadragenarius (1307), motus fama sanctitatis S. Ludovici Tolosani, Ordinem minoriticum in humili laicorum statu ingressus est in conventu oppidi Randazzo et inde petiis (nescimus quo anno) Panormum, ubi mansit

usque ad mortem, qua ad superos evolavit die 29 dec. 1342. Fere statim eidem cultus tributus est, praesertim in Sicilia, Tuscia et in oppido natali. Processus canonicus, de quo constat, initiatus est Panormi an. 1622, sed tantum die 13 maii 1908 PIUS X eidem Beatorum honores decrevit; 3) tandem A. praebet editionem criticam eiusdem *Legendae* (p.397-446), quae septem capitibus constat. M. A.

Petrus (di Tonnaparte) de Aquila (Scotellus), O.Min., † 1361

Vide etiam: n.755 generatio aeterna; 943 character sacramentalis.

2023. - VASOLI C., *Pietro dell'Aquila, in Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1374-1375.

Joannes de Rupescissa (Raquetaillade), O.Min., † p. 1365

Vide etiam: n.3 bibliographia; 973 eschatologia.

2024. - JACOB E.F., *John of Roquetaillade,* in *Bul.J.Ryl.Libr.* 39 (1956) 75-96, 1 tab.

A. erudite quidem disserit, sed nil novi profert quoad vitam et opera JOANNIS DE RUPESCISSA (de quo cf. *Coll.Franc.* 25[1955] 190s). At ipse, ex accuratiore scriptorum JOANNIS investigatione, proponere valet interpretationem, non nihil a versione traditionali discrepantem, prophetiarum de antichristo venturo, rege salvatore et clade futura circa an. 1370.

In appendice operis SINGER Dorothea - ANDERSON Annie, *Catalogue of Latin and vernacular plague texts in Great Britain and Eire in MSS. written before the XVIth Century.* London, Heinemann, 1950. In-8°, XI-269 pp., recensentur plures tractatus *de peste* (una cum mss.), inter quos habetur scriptum JOANNIS DE RUPESCISSA. M. A.

2025. - MULTHAUF Robert P., *John of Rupescissa and the origin of medical chemistry,* in *Isis* 45(1954) 359-367.

Praesertim examinatur opus cui titulus est *Liber lucis* quodque codices generatim attribuunt JOANNI DE RUPESCISSA, etsi de eiusdem paternitate non ex omni parte constet. Hoc opus intime connectitur cum scripto authentico JOANNIS, scil. *De consideratione quintae essentiae,* quo virtus medicinalis alcoholi celebratur. Etenim JOANNES famosam illam quintam essentiam cum spiritu vini seu alcoholo identificavit, illudque etiam ex aliis rebus, sive herbis sive mineralibus, extrahi posse contendit. Auctor innuit varios processus distillationis et reactionis chimicae a JOANNE tractatos eorumque influxum apud chimicam modernam saec. XVI. S. ST. A.

Joannes de Casale, O.Min., † p. 1375

Vide etiam: n.664.

2026. - *Giovanni di Casale,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 755.

Detmarus de Lübeck, O.Min., fl. 1380

2027. - KROGMANN Willy, *Detmar von Lübeck,* in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V (cf. *supra* n.145), 148-152.

DETMARUS lector in conventu S. Catharinae de Lübeck inter an. 1368-1380 exstitisse perhibetur. Eidem, et quidem merito, attribuuntur annales qui *Chronik des Franciscaner Lesemeisters Detmar* vocantur, quibus auctor historiam non solum propriae civitatis sed et regionis septentrionalis enarrat.

Opus adservatur ad Lübeck, *Stadtbibl.Melleschen Hs.B.D. 23.* Commentarioli A. de variorum annalium redactionibus deque earum nexu cum scripto praelaudato disserit simulque ipsius fontes significat. O. R.

Bertholdus Schwarz (Niger), O.Min. (?), fl. ca. 1380 (?)

2028. - RIECKENBERG Hans Jürgen, *Berthold, der Erfinder des Schießpulvers,* in *Arch.Kulturgesch.* 36(1954) 316-332.

Saepe legitur quendam *magistrum nigrum Bertholdum* Friburgensem inventorem fuisse pulveris tormentarii, eumque ad Ordinem franciscanum pertinuisse. Quod BERTHOLDUS fuisset sodalis O.Min., primum scripsit J. AVENTINUS (1477-1534) in suis *Annalibus ducum Baioriae* (ed. S. Riezler II, 1882-84, 474s) sed minime probatur. Neque constat eum fuisse monachum. Probabiliter idem fuit hic BERTHOLDUS ac canonicus Constantiae BERTHOLDUS DE LÜTZELSTETTEN ac magister artium BERTHOLDUS, qui ca. 1329-1336 apud Universitatem Parisiensem studiis vacabat. S. ST. A.

Marquardus de Lindau, O.Min., † 1392

Vide etiam: n.77 mss.; 145 vita, opera.

2029. - HANNEMANN, *Marquard von Lindau,* in *Die deutsche Literatur des Mittelalters* V (cf. *supra* n.145), 668.

Commentariolo isto aestimationes J. KLAPPER de MARQUARDO DE LINDAU in eadem encyclopaedia olim vulgatae (III, 1943, 268-275) in pluribus emendantur atque complentur.

Cf. nunc egregiam pervestigationem A.J. HOFMANN (cf. *Coll.Franc.* 31[1961] 667s et *Ant.* 37[1962] 306-308). Adiungi potest commentariolum sequens: WENTZLAFF-EGGEBERT Friedrich Wilhelm, *Marquard von Lindau,* in *Bayerland* (Sonderheft « Lindau, Bodensee ») 56(1954) 114-116. O. R.

Nicolaus Montaperti (Casucchi) de Agrigento, O.Min., † 1392

2030. - *Sposizione del Vangelo della Passione secondo Matteo.* A cura di P. PALUMBO. (Collezione di testi siciliani dei secoli XIV e XV, diretta da E. Li Gotti, 4. 8. 9). Palermo, [Pubblicazioni del Centro di studi filologici e linguisti siciliani] - [Firenze, Leo S. Olschki], 1954/56/57. 22 cm., XXXVI-165, 196, 167 pp.

Ad fidem unici codicis Madrid, *Bibl.Nac. 109* (*C.61*) evulgatur commentarius vulgari lingua sicula redactus in Mt. 26-28. Non est

expositio alte scholastica vel erudite theologica sed potius catechetica et ascetica « ad simplices clericos simplicesque christianos instituendos qui nesciunt grammaticam » et etiam ut scholam Christi commonstret iudaeis ac saracenis. Pro difficilioribus enim quaestionibus lector remittitur ad opus eiusdem auctoris *De domino Jesu Christo ad infideles.*

Auctor, qui certe est O.Min., expositionem suam complevit die 3 apr. 1373 (cf. II, p.196). Per annos 30 iam erat praedicator, fuit Parisiis, Assisii et in Provincia (Provence), erat doctor in theologia et episcopus. Scripsit insuper *De Deo, De anima* (in vulgari), *De futura vita, Perkì Deu factu fu homu,* nonnullas orationes et prosas, et probabiliter etiam alia opuscula. Hunc virum Editor alium non esse putat quam NICOLAUM MONTAPERTI (CASUCCHI) DE AGRIGENTO. Cum autem desint argumenta externa, Ed. omnes quas invenire potuit internas rationes pro sententia sua militantes collegit et vitam NICOLAI abunde illustravit. Aliquas tamen difficultates contra movit G. FUSSENEGGER, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 48(1955) 204s sed P. PALUMBO rem suam denuo defendit dissertatione *Intorno a Niccolò Casucchi da Agrigento,* in *Bollettino del Centro studi filologici e linguistici siciliani* 5(1957) 332-336. Fontes ab A. adhibitos, mentis animique informationem in expositione patentem, proprietates linguae et stili Editor sedulo notavit. Textum denique ipsum secundum omnem rei criticae tractandae rationem edidit. S. ST. A.

2031. - GIULIANA ALAJMO Alessandro, *Intorno a Niccolò Casucci di Agrigento illustre e dotto Frate Minore del secolo XIV, arcivescovo di Palermo,* in *Sic.Seraf.* 3(1957) n.10, 36s; n.11, 30-33.

Contra sententiam a Petro PALUMBO defensam in editione tractatus *Sposizione del Vangelo della Passione secondo Matteo* ac dein iteratam in *Intorno a Niccolò Casucchi da Agrigento* (cf. *supra* n.2030) A. putat eundem tractatum minime tribui posse NICOLAO CASUCCHI DE AGRIGENTO e familia Montaperti, O.Min. († 1392), sed probabilius conscriptum fuisse a RUGERO DE PIAZZA ARMERINA, O.Min. († 1378), qui inde ab an. 1365 exstitit episcopus oppidi Mazzara del Vallo.

Etenim A. NICOLAI paternitatem excludit quia: 1) cum an. 1373 tractatus conscriptus fuit ab auctore qui se episcopum dicit, NICOLAUS nondum ad episcopatum promotus fuerat (ipse episcopus factus est die 14 maii 1376); et 2) vox *addunca* vel *annunca,* quae in tractatu saepe occurrit, non agrigentinae sed catanensis dialecti propria est. At quaestio minime soluta putanda est quia alii, et quidem praestantissimi viri, aliter omnino censent. Ita, v.g., G. FUSSENEGGER, O.F.M., putat tractatum probabiliter conscriptum fuisse a MATTHAEO DE CUMIS, O.Min. (cf. *Arch.Franc.Hist.* 48 [1955] 204s), dum C. PIANA, O.F.M., scribit eiusdem tractatus auctorem probabilius exstitisse HUGOLINUM DE CORLEONE, O.Min. (cf. *Arch.Franc.Hist.* 49[1956] 39, nota 3). M. A.

Andreas (Hugonis Denisoti) de Novo Castro (Neufchâteau), O.Min., † ca. 1400

2932. - TOGNOLO A., *Andrea da Neufchâteau (de Novo Castro),* in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 213.

2033. - *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis, nempe Thomae de Rossy, Andreae de Novo Castro, Petri de Candia et Francisci de Arimino.* Studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae. (Bibliotheca Franciscana Scholastica Medii Aevi, 16). Quaracchi, Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1954. 24,5 cm., 412 pp.

Tractatus praefati, a viris peritis ad severam artis criticae normam

prolati, a sodalibus franciscanis alterius medietatis saec. XIV usque ad primam medietatem saec. XV exarati sunt. De singulis tamen loco opportuno fusior sermo instituetur. Egregium volumen indice tantum nominum clauditur. Inter operis recensiones cf. *Arch.Franc.Hist.* 48 (1955) 441-443; *Franz.Stud.* 38(1956) 114s; *Rev.Hist.Eccl.* 50(1955) 954s; *Schol.* 31(1956) 317. O. R.

2034. - Szabò Titus, O.F.M., *Andreas de Novo Castro, O.F.M., De Conceptione Virginis gloriosae,* in *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis,* Quaracchi, Florentiae 1954 (cf. *supra* n.2033), 101-232.

Andreae de Novo Castro, O.Min., laudanda cum cura ac peritia critice primum editur *Tractatus de Conceptione* (p.147-232). Ad opus adaequatius aestimandum, Ed. opportune plura de Doctoris Ingeniosissimi vita et operibus (104-113. 113-146) praemisit.

De vita Nostri A. ea tantum exponit, quibus asserta egregii operis H. Elie, *Le complexe significable* (Paris 1937; cf. *Coll.Franc.* 10[1940] 408-413) complentur ac emendantur. Locus originis definitive assignandus esse videtur oppido Neufchâteau, Lotharingiae (107). Omnino patet Andream minime ineunte saec. XIV, at a 1340 usque ad an. 1400 ca. floruisse (108). Tamquam opinionem solide probabilem Ed. proponit, quod Andreas Hugonis Denisoti de Novo Castro ut magister artium et baccalaureus theologiae necnon presbyter et canonicus Ordinem minoriticum ingressus est (111). - Inter scripta Ingeniosissimi recolendum occurrit *Comm. I Sent.*, circa an. 1360 compositum, cuius nullum superest ms., quod tamen an. 1514 studio Petri Honston Parisiis prodiit ac 5 exemplaribus adhuc prostat (113-117). Insuper certum reddidit Ed., quod Noster etiam *II Sent.* explanavit, quod commentarium adservatur Colmar, *Bibl.munic., cod. 232* (117s). - Plura dein enarrantur de *Tractatus* editione, videl. de 4 mss.: Florentiae, *Bibl.Naz., cod.Conv.soppr.B.8.1817;* Papiae, *Bibl. Univers., cod.Aldini 131; cod.Vat.lat. 4272* et *4847;* quorum codd. secundus omnibus fidelius textum originalem exhibet (120-141). Genuitate *Tractatus* omnino certa adumbrata, indoles doctrinalis ac aetas originis, scil. non ante aestatem 1387, considerantur. In doctrina immaculista vindicanda Ingeniosissimus vestigia J.D. Scoti premit (141-146). O. R.

Hugo de Novo Castro, O.Min., fl. saec. XIV

Vide etiam: n.868 Imm. Conceptio; 943 character sacramentalis; 709s virtutes morales acquisitae; 716 eleemosyna.

2035. - Melani Gaudenzio, O.F.M., *Ugo di Newcastle,* in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano [1954], 710.

Jacobus de Ascoli, O.Min., fl. saec. XIV

2036. - *Giacomo di Ascoli,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 703.

Richardus Brinkley, O.Min., fl. saec. XIV²

Vide etiam n.139.

2037. - Corvino F., *Brinkel* Riccardo, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 801.

Thomas de Rossy, O.Min., † 1406

2038. - PIANA Caelestinus, O.F.M., *Thomas de Rossy, O.F.M., De Conceptione Virginis Immaculatae,* in *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis,* Quaracchi, Florentiae 1954 (cf. *supra* n.2033), 5-99.

Anni Mariani occasione oblata, Editor hanc THOMAE DE ROSSY quaestionem *Utrum Virgo gloriosissima, quae a Deo fuit praeelecta, ut Filium Dei pareret, fuerit concepta in originali peccato,* adservatam Venetiis, *Bibl.S.Marco, cod. Z.L. CCCCXCV,* f.122*a*-146*b*, hic scite primumque in publicam profert lucem (p.31-99), diligenter indicatis fontibus, quos doctor scotus saepius, tacitis etiam nominibus, ad verbum exscripsit.

Introductionis gratia paucae notitiae relictae de eiusdem vitae cursu ac actuositate traduntur (7-9). In Scotia natus, ignoto tempore Ordinem franciscalem ingressus, cursum theologiae in Universitate Parisiensi peregit. Postea in studiis Ordinis Scotiae ac Angliae praelectiones habuit. GREGORIUS XI die 3 oct. 1371 eum « ad legendum librum Sententiarum in studio Parisiensi in proxime futura aestate » proposuit. An. 1373 velut baccalaureus *Quaestionem de Conceptione* legebat. An. 1375 « vicarius generalis Ordinis in regno Scotiae » exsistit, postquam anno superiore ad magisterii dignitatem evectus est. Ab an. 1378 Paenitentiarii papalis munere fungebatur. Bulla CLEMENTIS VII 29 oct. 1381 episcopus Candidae Casae (Whithorn-Galloway) delectus est atque an. 1406 e vivis decessit. - Praeter quaestionem praefatam mentionem peculiarem meretur: *Tractatus episcopi Candidae Casae de regno Scotiae in facto schismatis contra Anglicos suos vicinos* (10-22). Adumbrantur insuper quaedam opera ipsius deperdita (22-24). Fusius demum Ed. immoratur in indole momentoque quaestionis dictae delibandis. THOMAS impugnat praesertim coaevos suos FFRANCISCUM DE HISPANIA, O.P., GUILELMUM JORDANUM, O.P., et GREGORIUM DE RIMINI, O.E.S.A. Quaestio mox penitus oblitterata fuit. O. R.

Franciscus Eiximenis, O.Min., † ca. 1409

Vide etiam: n.12 bibliographia; 66. 72ª incunabula; 864 Imm. Conceptio; 931 regalitas B.M.V.; 1229 S. Joseph; 1002. 1129 influxus.

2039. - FRANCESC EIXIMENIS, *Cercapou.* A cura de G.E. SANSONE. 2 voll. (Els Nostres Clàssics. Col·lecció A, 83-84). Barcelona, Editorial Barcino, 1957/58. 17 cm., 115, 108 pp.

Critica editio operis *Cercapou* vel *Compendium salutis animae,* catalaunice exarati, ex *ms. 1720, Bon. 7-VI-26,* ff.1*r*-82*v* Barcinonensis *Biblioteca de Catalunya,* quod textum praebet antiquiorem (saec. XIV vertente) et completiorem, et cuius lectio praeferenda videtur illi aliis in codicibus exhibitae. Editor tamen textum complet amplificationibus ex alio codice (C) mutuatis, qui altera redactio est ab ipso FRANCISCO EIXIMENIS peracta, ita ut commode lector has duas redactiones simul habeat. Apparatus criticus in calce paginarum exhibitus adhuc completur in fine secundi voluminis altero apparatu complementario, glossario et collatione cum novo ms. (E) (Barcelona, *Bibl. Univ. 148*), nuperrime invento.

Ipse Editor in commentariolo *Un nuovo manoscritto di Francesc Eiximenis e la questione del « Cercapou »,* in *Filol.Romanza* 3(1956) 11-29, descriptionem iam tradiderat huius codicis (D) nunc critice editi, et summariam collationem instituerat cum aliis codicibus, nempe A et C. I. V.

2040. - FÀBREGA I GRAU Àngel, *Els primitius textos catalans de l'Art de ben morir,* in *Anal.S.Tarrac.* 28(1955) 79-104.

Textus editur quatuor versionum catalaunicarum (saec. XV) libelli cuiusdam germanici de Arte bene moriendi. Tres priores versiones, immo et paternitas libelli originalis, FRANCISCO EIXIMENIS ab aliquibus auctoribus hucusque tribuebantur; quod, iuxta huius A. sententiam, asserere amplius non expedit. I. V.

Petrus de Candia (Petrus Philargis, Philaretus; Alexander V), O.Min., † 3 maii 1410

Vide etiam: n.63 ms.; 139 bio-bibliographia.

2041. - BETTONI E., *Pietro di Candia,* in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1375.

2042. - EMMEN Aquilinus, O.F.M., *Petrus de Candia, O.F.M., De Immaculata Deiparae Conceptione,* in *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis,* Quaracchi, Florentiae 1954 (cf. *supra* n.2033), 233-334.

2043. - Idem, *Petri de Candia, O.F.M. (Alexandri V papae Pisani), Tractatus de Immaculata Deiparae Conceptione.* Quaracchi-Florentiae, Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1955. 24,5 cm., 113 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 98-99; cf. etiam *Wiss. Weish.* 19(1956) 151-152.

Nicolaus Fieragatti de Bettona, O.Min., † 1421

2044. - VINCKE Johannes, *Mag. theol. Nikolaus von Bettona, O.F.M., über das Schisma und seine Beseitigung,* in *Röm.Qschr.* 50(1955) 178-206.

Hisce ab oblivione vindicatur NICOLAI FIERAGATTI vel FIEREGATTI DE BETTONA (de Bytonio), O.Min., *Tractatus super facto schismatis ad Innocentium VII* (p.182-206). Textus restituitur ad fidem *codd.Vat.lat. 3477. 4000. 4192. 5595.*

Ecclesiae scissione dolenda effecta, NICOLAUS partem CLEMENTIS VII sustinuit. Anno 1385 in Gallia moratur tamquam minister Provinciae. Post eius reditum in Italiam oboedientiae romanae adhaesit. Postquam Cosmus Gentilis DE' MIGLIORATI die 14 oct. 1404 papa delectus est ac sibi nomen INNOCENTII VII imposuit, sententiam Nostri qua theologi de schismate auferendo quaesivit. NICOLAUS responsum suum versus finem nov. 1404 composuit ac Summo Pontifici tradidit. - In opere suo se ortum ac adiuncta scissionis optime novisse ostendit. Ut INNOCENTIUM VII plene et obiective erudiat, ibidem opiniones factionis clementinae fidenter aperteque expandit. Ecclesiae divisionem non sine audacia crimini vertit immodico litterae cultui canonistarum. Papam proinde efficaciter invitat ad Concilium generale cogendum. Ut problematis solutio duplex via consideratur: per compromissum, i.e. per arbitrium, quam quidem possibilem declarat, at cui Concilium praefert; per cessionem utriusque Pontificis, modum, quem summis laudibus exornat. - NICOLAUS die 25 dec. 1417 ad sedem episcopalem Fulginatensem evectus est, sed iam an. 1421 e vita migravit. O. R.

Kilianus Stetzing, O.Min., fl. 1432

2045. - MEIER Ludger, O.F.M., *Die Firmungslehre des Kilian Stetzing*, in *Zschr.Kath.Theol.* 79(1957) 190-200.

Auctor pluries de Kiliani STETZING, magistri Scholae Erfordiensis, opere theologico scripserat (cf. *Coll.Franc.* 11[1941] 353; 29[1959] 114s; *Bibliog.Franc.* VI, n.2212). Hac elucubratione A. in illius *Comm. IV Sent.*, d.7, de Confirmationis sacramento agente inquirit.

Textus distinctionis Noster an. 1430-1432 in aula Facultatis theologicae Minoritarum, Universitati Erfordiensi incorporatae, pronuntiavit. Conclusiva sententia seu thesis illius his exprimitur verbis: « Confirmatio in forma debita et materia a solis episcopis datur, ut imprimat characterem et gratiam. Quam a ieiunis tantum ministrari congruit nec debet iterari, alias non haberet efficaciam » (p.191 adn. 11). Distinctionis singula argumenta breviter tanguntur. Auctor speciatim ad sententias proprias ipsius attendit. KILIANI propositum nimirum fuit librum manualem theologiae scholasticae ad mentem doctorum nostri Ordinis, praesertim J.D. SCOTI ac S. BONAVENTURAE, digerere. Fusiore calamo declaratur eius mens circa characteris naturam (195-199). Non secus ac Subtilis utramque solutionem (realitas absoluta vel relativa) exponit, quin utram incunctanter amplectatur. Inter nostrates adhuc qua fontes adhibentur: RICHARDUS DE MEDIAVILLA, GUILELMUS DE OCKHAM, JOANNES DE ERFURT. Eiusdem sententiae theologicae ulla censura negativa adnotari debent. O. R.

S. Bernardinus Senensis, O.F.M.Obs., † 20 maii 1444

Vide etiam: n.3 biographia; 36. 55. 782 mss.; 21 editiones; 101 *Statutum;* 1707 Olivi; 758 cur Deus homo; 914. 921 corredemptio; 926-9 regalitas B.M.V.; 936 matrimonium B.M.V.; 966 virtutes, vitia; 717 usura; 1064 dialogus spiritualis; 1232 S. Joseph; 81 *Vita;* 1124 oratio antiqua gallica; 83 pia societas; 2149 sacellum; 110 tabulae pictae.

2046. - S. BERNARDINI SENENSIS, O.F.M., *Opera Omnia.* Iussu et auctoritate Rev.mi P. Augustini SÉPINSKI, totius Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis, studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae ad fidem codicum edita. Tomus III: *Quadragesimale de Evangelio aeterno. Sermones I-XXVI.* Tomus IV: *Quadragesimale de Evangelio aeterno. Sermones XXVII-LIII.* Tomus V: *Quadragesimale de Evangelio aeterno. Sermones LIV-LXV. Indices tomorum I-V.* Ad Claras Aquas, Florentiae (Quaracchi-Firenze), Ex Typographia Collegii S. Bonaventurae, 1956. 31,5 cm., LXXI-487, 643, 555 pp., tab.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 57(1957) 343s, et G.F. ROSSI, C.M., *La nuova edizione delle opere di S. Bernardino da Siena*, in *Div.Thom.* (Plac.) 60(1957) 221s.

2047. - GRONDIN F.-X., *Early Business Manuscript*, in *Bull.New York Public Library* 57(1953) 620.

Bibliotheca Publica urbis New York nuper acquisivit ms. ex saec. XV, in quo legimus tractatum *De contractibus et usuris* S. BERNARDINI SENENSIS (scil. sectionem quadragesimalis *De evangelio aeterno*, serm. 32-45). M. A.

2048. - Łuszczki Lucianus, O.F.M., *De quibusdam sermonibus S. Bernardini Senensis a S. Ioanne Capistranensi reportatis*, in *Arch. Franc.Hist.* 49(1956) 345-351.

Ex collatione quinque sermonum S. Joannis de Capestrano (quos legimus in Capestrano, *Arch.Conventus O.F.M., cod.XXXI*, f.128-133 et 135-140) cum totidem sermonibus quos S. Bernardinus Florentiae dixit diebus 30 apr.-3 maii 1424, A. deprehendit clarissimum quendam parallelismum in textibus biblicis allatis, in modo quo sermones explicantur, in argumentorum successione, necnon in exemplis et comparationibus adhibitis. Indeque facile deducit S. Joannem, qui eodem an. 1424 quadragesimam Senis praedicaverat, absoluto sermone de dominica resurrectione, Florentiam petiisse ibique Bernardinum contionantem auscultasse atque epitomen rerum perceptarum festinanter sibi scripsisse. M. A.

2049. - Bertagna Martino, O.F.M., *Lettera volgare inedita di S. Bernardino da Siena*, in *Studi Franc.* 54(1957) 86-90.

Epistola hic descripta atque nunc primum in lucem edita servatur in London, *British Museum, cod.Add.21, 155*, f.22*r*-23*v*, in quo transcripta fuit a quodam religioso viro veneto vel Romaniolae ca. medium saec. XV.

Agitur vero de litteris circularibus circa usum arctum vel moderatum rerum, quas ex commissione ministri generalis Guilelmi de Casale († 1442), dum S. Bernardinus vicarii Observantiae munere fungeretur (1438-1442), dictavit Nicolaus de Osimo, O.F.M.Obs. († 1453), quaeque pluries latine typis editae fuerunt. Notandum vero quod, dum exemplar latinum datum fuit apud S. Damianum die 31 iul. 1440, italicam interpretationem S. Bernardinus, simul cum quadam epistola comitante, dedit Senis apud conventum de La Capriola die 7 oct. 1440. M. A.

2050. - Piana Celestino, O.F.M., *Lettera di S. Bernardino da Siena ed altra corrispondenza per la storia del pulpito di S. Petronio a Bologna nel '400*, in *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 54-87.

Ex Bologna, *Arch.Stato* et *Arch.Fabbriceria S.Petronio*, A. plurimas sodalium minoritarum epistolas in lucem profert, quibus ipsi ad invitationem de habenda praedicatione Bononiae in suggestu S. Petronii responderunt, scil. litteras: Hieronymi de Assisi, O.F.M.Conv., datas die 4 nov. 1429 (p.57-60); Ludovici de Bologna, O.F.M.Obs., 11 dec. 1438 (60-65); S. Bernardini, 20 iun. 1442 (67-69); Roberti de Lecce, O.F.M.Obs., 8 febr. 1451, qui Bononiae praedicavit an. 1450 et 1464 (69-72); Marci de Bologna, O.F.M.Obs., 9 dec. 1453 (72-75); Cherubini de Spoleto, O.F.M.Obs. († 1484), 30 oct. 1482 (79s); Petri de Figline Valdarno (non: Figino in ditione mediolanensi), O.F.M.Obs., 14 iun. 1483, qui Bononiae tamen praedicavit tantum an. 1491 et 1493 (80-82); Petri de Napoli, O.F.M.Obs., 6 febr. 1484 (82s).

Insuper commemorantur: Jacobus de Donzellis de Bologna, O.F.M.Obs., celebris contionator († ca. 1450) (p.61-65); Antonius de Bitonto, O.F.M.Obs., qui Bononiae praedicavit an. 1442 et 1449 (65-67); Seraphinus de Gaeta, O.F.M.Obs. († ante an. 1455) (73s); Apollonius de Piacenza, O.F.M.Obs., qui pluries Bononiae praedicavit, scil. an. 1474-1475 et 1484 (82s); Bernardinus de Feltre, O.F.M.Obs., qui Bononiae contionatus est an. 1491 (83-86); Julianus de Muglia de Capodistria,

O.F.M.Obs., qui ibidem praedicavit an. 1491 (86s). Inquisitio vero praestat copiosissimis notitiis, saepe non adhuc in lucem editis, circa eosdem et alios sodales minoritas, qui tunc in ambitu bononiensi operabantur. M. A.

2051. - S. BERNARDINO DE SIENA, O.F.M.Obs., *São José.* (Os Grandes Autores Espirituais, 5). São Paulo, Edições Paulinas, 1956. 16 cm., 45 pp.

2052. - PULIATTI Pietro, *La letteratura ascetica e mistica del Quattrocento.* Catania, Edizioni Camene, 1953. In-8°, 145 pp.

Hoc opus videre nequivimus. Ex *Rassegna Letteratura Ital.* 58 (1954) 294s comperimus Auctori cordi fuisse excerpta scriptorum spiritualium colligere ex quibus eluceret: 1) nexum seu ligamen exstitisse inter Renascentiam et Medium Aevum, dum eadem scripta, longe melius ac ipsa opera philosophica vel magna poemata latina, ostendunt quinam re vera fuerit sensus religiosus populi tempore eiusdem Renascentiae; 2) quomodo valores humani, gustus religiosus atque spiritualis sensibilitas tunc in honore essent atque excolerentur. Quod Franciscales attinet, exempla scriptorum colliguntur ex operibus S. BERNARDINI SENENSIS, B. BERNARDINI DE FELTRE, S. CATHARINAE DE GENOVA et B. BAPTISTAE DE VARANO. M. A.

2053. - *Prosatori volgari del Quattrocento.* A cura di Claudio VARESE. (La Letteratura Italiana - Storia e Testi, 14). Milano-Napoli, Riccardo Ricciardi Editore, 1955. In-8°, XVIII-1163 pp.

Inter scriptores rerum religiosarum saec. XV recensetur quoque S. BERNARDINUS SENENSIS, cuius Editor exscribit tantum apologos atque fabulas, quae profecto specimen prosae bernardinianae minime praebent. Peculiarem vero dissertationem in describendis notis et modo artis humanisticae S. BERNARDINI contulit A. CHIARI, *Indagini e letture.* Seconda serie. Firenze, Le Monnier, 1954 (cf. *Frate Franc.* n.s. 2[1955] 141). M. A.

2054. - CHIAPPINI Aniceto, O.F.M., *Vita, miracoli e opere di S. Bernardino pubblicate da Antonio Amici di Fossa I.C.V.*, in *Bull.Deput. Abruz.Stor.Patria* 6(1944: editus an. 1957) 121-143.

Hac dissertatione A. tria evincit, scil.: 1) an. 1572 Antonius AMICI de Fossa (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2791) Venetiis publici iuris fecit carmen quoddam anonymi auctoris, in quo 30 miracula, patrata S. BERNARDINI SENENSIS intercessione infra 52 dies ab eius obitu, enarrantur. Quod carmen (p.124-132 iterum editum) legimus post *Funerale B. Bernardini Aquilanae Fossae...*, Venetiis 1572, 68-72; 2) editionem *Operum omnium* (4 voll.) S. BERNARDINI SENENSIS, quae sub nomine PETRI RIDOLFI DE TOSSIGNANO an. 1591 Venetiis prodierunt, re vera curavit idem Antonius AMICI an. 1590-1591; 3) porro in primis 64 pp. non numeratis I voluminis eorundem *Operum omnium* idem Antonius AMICI praemisit biographiam S. BERNARDINI, quibus accedunt 17 docu-

menta de vita, morte, canonizatione atque sepulcro ipsius S. BERNARDINI. Quae omnia A. data opera describit (137-143). M. A.

2055. - BARGELLINI Piero, *São Bernardino de Sena.* Trad. de la 4ª ed. italiana por José David ANTUNES, O.F.M. Braga, Editorial Franciscana, 1956. 19,5 cm., 326-XIX pp.

Opus recensitum fuit in *Coll.Franc.* 4(1934) 94s, cum an. 1933 italice primum in lucem prodiit. Huius interpretationis rec. cf. in *Itiner.* 2(1956) 689s.

2056. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Ancora sui genitori di S. Bernardino da Siena,* in *Studi Franc.* 54(1957) 91-96.

TOLLUS, S. BERNARDINI pater, bis uxorem duxit: scil. primum, die 7 aug. 1356, NUTAM BERNARDINI AVVEDUTI et dein, an. 1378, ipsa e vivis sublata, NERAM BINDI RAINERII AVVEDUTI (1361-1383), e qua an. 1380 natus est S. BERNARDINUS. M. A.

2057. - BAJONA OLIVERAS Ignacio, *San Vicente Ferrer y San Bernardino de Siena. Notas para un estudio comparativo de ambos santos predicadores,* in *Bol.Soc.Castellon.Cult.* 30(1954) n.2, 106-116.

Comparatio inter utrumque popularem praedicatorem instituitur tantum circa ea, in quibus ipsi convenire videntur, et non raro similitudo vi exquiritur. M. A.

2058. - RUSSO L., *Caterina Benincasa e Bernardino da Siena,* in *Belfagor* 12(1957) 121-132.

Comparatio ab A. instituta inter utrumque Sanctum senensem (scil. CATHARINAM et BERNARDINUM) nonnullis scatet sententiis minime veris, uti adnotavit H. BASCOUR in *Bull.Théol.Anc.Méd.* VIII, n.388. M. A.

2059. - RIVERA L., *Gli Ordini celestino e francescano; i SS. Pietro del Morrone, Bernardino da Siena, Giovanni da Capestrano e L'Aquila,* in *Bull.Deput.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 31-49.

Agens de habitudine ad Aquilanam civitatem duorum Ordinum (scil. caelestini et franciscani) et trium sanctorum, de quibus in inscriptione, A. in lucem edit quatuor documenta, quorum duo de S. JOANNE, alius de S. BERNARDINO et quartus de S. PETRO CAELESTINO sunt. M. A.

2060. - FABIANI Giuseppe, *Appunti sulla predicazione di S. Bernardino nella Marca Anconetana e particolarmente in Ascoli,* in *Misc. Franc.* 55(1955) 593-603.

Forsan S. BERNARDINUS in Marchiam Anconetanam advenerat, praedicandi causa, iam an. 1427; extra dubium tamen est ipsum iteratis vicibus illuc commeasse an. 1428-1433, quo tempore, uti scripsit an. 1445

BARNABAS DE SIENA, O.F.M.Obs., BERNARDINUS evangelizavit « castella, urbes, villasque quasi omnes » Piceni. A. vero satagit demonstrare BERNARDINUM praedicasse in urbe asculana eiusque dioecesi, ex eo quod statim post eiusdem canonizationem (1450) ipsi cultus ibidem tributus est: etenim commemorantur (ex processu instituto ab ep. Angelo CAPRANICA an. 1448) octo miracula BERNARDINI intercessione Ascoli patrata inter an. 1444-1448. M. A.

2061. - VERDINA Renato, *Orme di S. Bernardino nelle terre del Lago d'Orta*, in *Boll.Stor.Prov.Novara* 45(1954) 130-132.

Describuntur monumenta quae fidem faciunt de cultu S. BERNARDINO tributo ab antiquo in ditione urbis Novara: etenim ecclesiae eidem dicatae exstant in oppidis Orta (ubi inscriptio quaedam cum monogrammate nominis Jesu insculpta fuit an. 1462), Artò et Ameno, dum eiusdem imago fere ubique occurrit. M. A.

2062. - BERTAGNA Martino, O.F.M., *Sulle orme di S. Bernardino*, in *Studi Franc.* 52(1955) 87-113.

Ex Roma, *Bibl.Naz., cod.Sessoriano 412*, f.182*v*-203*r* et 214*r*-221*v*, in quo plurimae leguntur biographiae Fratrum Minorum. a MARIANO DE FLORENTIA conscriptae et an. 1541 transcriptae. A. tres *vitas* exscribit, illis quasdam magni momenti adnotationes praemittendo.

Etenim huiusmodi viri, qui illustres sodales S. BERNARDINI exstiterunt, sunt: B. LUDOVICUS LANDINI DE SIENA, O.F.M.Obs., (ca. 1400-14 febr. 1468), qui suasione S. BERNARDINI minoriticum habitum sumpserat forsan an. 1434, ter guardianus exstitit loci senensis de La Capriola (superioris munere ibidem fungebatur etiam an. 1444, cum S. BERNARDINUS mortuus est) et alibi, et quater vicarius Observantiae fuit in provincia Tusciae, quam 14 annos gubernavit (p.91-96); PAULUS TEUTONICUS, O.F.M.Obs. (ca 1400-1484), Senas advenerat studiorum causa et ca. an. 1430 minorita factus est exemplo S. BERNARDINI in conventu La Capriola, et ibi ac in urbe Fiesole per quadraginta annos novitiorum magistri munere sanctissime perfunctus est; virtutibus signisque claruit (96-108); PETRUS DE FRANCIA, laicus O.F.M.Obs. (ca. 1398-ca. 1462), qui ca. an. 1422 inter minoritas Tusciae adscriptus, virtutibus atque signis charismaticis ornatus apparuit ac in oppido Cetona mortalem vitam clausit. M. A.

2063. - KOLLER Ange, O.F.M., *Sur les pas de Saint Bernardin de Sienne en Suisse Italienne*. Conférence donnée à l'Aula Magna du Palazzo degli studi de Lugano, le 20 décembre 1951. sous les auspices du Cercle de langue française et du Lyceum-Club. au profit des victimes des inondations italiennes. *Essai historique*. Deuxième édition. Supplément à mon livre sur « S. Bernardin de Sienne et la Suisse ». Fribourg, Convict Marianum-Imprimerie St. Canisius, 1954. 18 cm., 69 pp., tab.

Respectu editionis prioris (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1391) libellus auctus fuit pluribus explanationibus et praesertim nitidis imaginibus lucis arte expressis. O. R.

2064. - GUALCO Dorina, *Il mondo reale nelle prediche volgari di S. Bernardino da Siena*, in *Studi Franc.* 52(1955) 445-467.

Ex reportationibus contionum, quas S. BERNARDINUS Senis dixit, A. vivide describit modum atque imagines quibus sanctus orator usus est praedicando de pace servanda et de factionum malis, de fortuna et mala fide italorum, de usura et fraudibus in mercatura, de probris ac vitiis quae christianam familiam evertunt, de mulierum defectibus atque virtutibus, ac tandem de honestate et methodo servanda in humanis litteris colendis. M. A.

2065. - GONELLA Guido, *L'umanesimo di S. Bernardino,* in *Frate Franc.* n.s. 1(1954) 77-83.

S. BERNARDINUS non solum studuit ipse atque alios, tum iuniores tum viros et mulieres, studendum humanis litteris monuit; sed verum bonum, quod ipse persecutus est atque populis omni studio inquirendum praedicavit, complectitur quidquid est essentialiter atque definite humanum, materiale simul ac intellectuale, morale et spirituale, quodque integrum suscipit hominem hominumque societatem. Cf. etiam O. MUND, O.F.M., *Ein Demokrat göttlicher Ordnung,* in *Bruder Franz* 7(1954) 76s. M. A.

2066. - RUSSO Luigi, *Bernardino da Siena,* in *Belfagor* 12(1957) 125-132.

A. describit praesertim peculiarem S. BERNARDINI humanismum, moralem atque ethicum, quo fit ut ipse vivide ac familiarissime disserat de humillimis vitae quotidianae casibus, indulgens fabulis atque apologis. Etenim iuxta Auctorem, « indubbiamente, fra tutti gli scrittori mistico-apostolici, Bernardino è il religioso più artista, ed è un apologhista efficace che meriterebbe il nome di Fedro cristiano » (132). M. A.

2067. - ARSENIO DA CASORATE, O.F.M.Cap., *La donna nelle prediche volgari di S. Bernardino da Siena,* in *Italia Franc.* 30(1955) 73-88.

Adductis plurimis iisque selectis S. BERNARDINI orationum locis, A. ostendit eundem exstitisse amabilem lepidumque praeceptorem mulierum (puellarum, viduarum, desponsatarum), quibus proprii status obligationes inculcat. M. A.

2068. - MACALI Luigi, O.F.M.Conv., *Motivi apologetici in S. Bernardino da Siena, O.Min.,* in *Misc.Franc.* 54(1954) 198-245.

Supervacaneum est dicere quod S. BERNARDINUS numquam tractatum quendam apologeticum conscripserit, nam apologetica, qualem hodiedum in tractatibus manualibus recensitam cognoscimus, lente inter saec. XVI-XIX ita ordinata est. A. vero, schema modernae apologeticae prae oculis habens, attentus ex S. BERNARDINI operibus perlegit praesertim *De christiana religione* et *De Evangelio aeterno* atque, ope crebrorum locorum inde selectorum, mentem magni contionatoris declaravit circa capita quae sequuntur: 1) hominis dignitas et impotentia; 2) religio in genere et 3) revelata; 4) natura et gratia; 5) ratio et re-

velatio; 6) credibilitas revelationis supernaturalis; 7) Ecclesia; et tandem 8) homo qui fide caret. M. A.

2069. - MARIANI Carlo, O.F.M., *S. Bernardino da Siena, apostolo dell'Eucarestia.* (Pontificio Ateneo Lateranense. Facoltà di S. Teologia. Tesi di Laurea, 38). Roma [Jesi, Tipografia Francescana], 1957. 24 cm., 47 pp.

Integra dissertatio, quam A. exaravit pro laurea consequenda, constabat tribus capitibus, in quorum primis agebatur: de scriptis bernardinianis atque de sermonum eucharisticorum reportationibus eorumque fontibus (c.I); de eucharistia in oeconomia divina et in Ecclesia, de praesentia reali et transsubstantiatione, de communione et effectibus eiusdem iuxta mentem S. BERNARDINI (c.II); tandem c.III sermo est de inceptis et effectibus apostolatus eiusdem BERNARDINI in promovendo eucharistico cultu. De qua parte, quae p.17-45 publici iuris fit, pauca delibamus.

Etenim, uti ex BERNARDINI orationibus et testimoniis coaevis constat, ipse eucharisticum cultum multipliciter promovit, scil.: missam quotidie et saepius solemniter tum in ecclesiis cum sub diu celebrando, populum hortando ut eidem sacrificio interesset; pompas eucharisticas, et quidem non tantum occasione festi Corporis Christi, promovendo; clerum clausis templi ostiis monendo de reverentia sacramento debita; populum tandem docendo, praesertim in contionibus circa festum paschae habitis, de effectibus sacramenti et necessitate communicandi non tantum semel in anno, sed *saepius* in mense et etiam singulis hebdomadibus, ita ut BERNARDINUS merito censeri possit communionis quotidianae praecursor. M. A.

2070. - AFFELT Francis, O.F.M., *The Marian doctrine of Bernardine of Siena,* in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 196-222.

A. compendio tradit ea quae S. BERNARDINUS docuit circa B.V. Mariam, scil.: 1) de eiusdem divina maternitate; 2) de mediatione universali (corredemptio, spiritualis maternitas, dispensatrix gratiae); 3) de Mariae privilegiis (regalitas, immaculata Conceptio, perfecta sanctitas, perpetua virginitas, assumptio). De quibus abstinemus singillatim dicere, eo quod non multis abhinc annis de eadem re. et quidem ampliore investigatione, scripserunt EMMERICUS AB IZEGEM, O.F.M.Cap., J. FOLGARAIT, O.S.M., et L. DI FONZO, O.F.M.Conv., (cf. *Coll.Franc.* 10[1940] 383-394; 16-17[1946-1947] 392; *Bibliog.Franc.* VIII, n.438). Dissertatio typis edita est etiam in *Tribute to Mary.* Edited by Fr. Theodore ZAREMBA, O.F.M., Pulaski, Wis., 1955, 50-75. M. A.

2071. - FIN Giulio, C.S.J., *S. Bernardino da Siena assertore dell'Immacolata Concezione di Maria.* Roma, Tipografia « Pio X », 1954. 24 cm., 59 pp.

Uti constat, S. BERNARDINI auctoritatem invocarunt tum defendentes cum adversantes privilegium Immaculatae Conceptionis B.V. Mariae. A. vero ex quamplurimis locis, desumptis sive ex scriptis sive ex reportationibus sermonum ipsius BERNARDINI, clare evincit apostolum senensem adnumerandum esse inter fautores huiusmodi marialis privilegii. M. A.

2072. - UNUS DE MINORIBUS FRATRIBUS, *La devozione di S. Bernardino da Siena verso la Vergine SS.*, in *Vita Min.* 25(1954) 136-140.

A. ea colligit S. BERNARDINI facta vitae atque scriptorum locos, in quibus eiusdem elucet devotio erga B.V. Mariam. M. A.

2073. - ABATE Giuseppe, O.F.M.Conv., *S. Bernardino da Siena, « esplicito » assertore dell'Immacolato Concepimento di Maria, secondo un sermone finora sconosciuto e attribuito allo stesso santo*, in *Virgo Immaculata* VII/2, Romae 1957, 1-13.

A. in lucem profert partem quandam sermonis non adhuc editi, lingua italica dictati et exemplati in codice Romae asservato (qui tamen in posterum describendus relinquitur), in quo S. BERNARDINUS disserit de septem privilegiis B.V. Mariae.

Etenim in sermone haec notanda sunt: 1) Maria ostenditur, et quidem data opera, « praeservata a peccato originali »; 2) hoc derivatur ex verbis evangelii « fecit mihi magna qui potens est » et comprobatur sententiis « authenticorum » doctorum, inter quos tamen nullus recensetur franciscalis magister; 3) sententia immaculista ab ipso proposita dicitur propria familiae franciscalis atque opponitur sententiae maculistarum, et imprimis S. THOMAE; 4) etiam in hoc sermone S. BERNARDINUS, qui divisiones perpetuo vitare voluit, ius cuique agnoscit aliter cogitandi, etsi ipse velit tenere « piam sententiam ». M. A.

2074. - BERTAGNA Martino, O.F.M., *L'Immacolata nella predicazione di S. Bernardino da Siena*, in *Virgo Immaculata* VII/2, Romae 1957, 14-21.

Constat S. BERNARDINUM sollicitum fuisse pro servanda concordia etiam quoad quaestiones theologicas liberas: quod anonymus eius assecla in *Doctrina sancti Bernardini* sic enuntiat: « In locis ubi sunt fratres sancti Dominici non praedices de Conceptione ». Etsi liberum cuique putaret tenere, vel non, sententiam de Immaculata Conceptione, ipse tamen censebat « veram » et a « devotis » tenendam.

A. vero S. BERNARDINUM immaculistam fuisse probat: 1) ex reportationibus sermonum habitorum Patavii (an. 1423 et 1443), Florentiae (an. 1425) et Senis (an. 1425 et 1427); et praecipue 2) ex tractatu *De christiana religione*, serm. 52, a.1, c.1 (Quaracchi 1950, II, 155s), ubi notandum est quod BERNARDINUS sententiam immaculistam derivat ex loco biblico « Quia fecit mihi magna qui potens est », uti fit in sermone lingua italica dictato et nunc primum a G. ABATE descripto (cf. *supra* n.2073). M. A.

2075. - PAGNANI Giacinto, O.F.M., *Un discorso in lode di S. Bernardino recitato da Roberto Caracciolo, falsamente attribuito al B. Michele Carcano*, in *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 203-207.

Sermonem in honorem S. BERNARDINI SENENSIS, quem P. SEVESI, O.F.M., edidit in *Coll.Franc.* 2(1932) 377-398 illum adscribens B. MICHAELI CARCANO DE MILANO, A. iterum describit ex codice sine numero adservato in Falconara Marittima, *Arch.Prov.O.F.M.*, ubi, sub fine, sermo clare dicitur recitatus Patavii a ROBERTO CARACCIOLO DE LECCE, O.F.M.Obs. Paulus SEVESI vero ideo fuit in errorem inductus, quia sermo concordat cum alio a MICHAELE CARCANO re vera conscripto

et J. O'Callaghan, O.F.M., *Hungary - a Cardinal - and a Centenary*, in *Ir.Eccl. Record* 87(1957) 1-12. M. A.

2117. - Meier Ludgerus, O.F.M., *De praedicatione dominicana sermonibus Capestranensibus Erfordiae parallela*, in *Antonianum* 29(1954) 143-156.

Ex duobus manuscriptis servatis in urbibus Wolfenbüttel, *Bibl. Regionalis, cod.203* et Lübeck, *Bibl.Civitatis, cod.theol.lat.64*, A. comperit quod diebus 14 et 17 sept. 1452 Erfordiae duos sermones ad clerum civitatis dixit ep. Bartholomaeus Lapacci de' Ribertini de Florentia, O.P. (1402-1466). Porro constat Joannem de Capestrano item Erfordiae ad utrumque cleri coetum praedicasse diebus 29 aug.-24 sept. 1452.

Hoc historice certum est, sicut ceteroquin constat eundem Capistranensem non ita multos tirones, sicut in ceteris Germaniae civitatibus ubi praedicaverat, ex studentium coetu pro sua Observantium familia esse lucratum. Quapropter conicere fas est quod tunc Fratres Praedicatores eidem Joanni opponere sategerunt suum celebrem contionatorem, scil. Bartholomaeum praefatum, qui ceteroquin iam pridem, scil. an. 1427-1431 in Italia contra Minoritas scripto certaverat in controversia de sanctissimo Nomine Jesu. M. A.

2118. - *Cusanus-Texte.* IV: *Briefwechsel Nikolaus von Kues. Nikolaus von Kues und der Deutsche Orden. Der Briefwechsel des Kardinals Nikolaus von Kues mit dem Hochmeister des Deutschen Ordens.* (Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse, Jahrgang 1956 - 1. Abhandlung). Heidelberg 1956, 1-71.

Inter has Nicolai Cusani epistolas recensetur una ad Joannem de Capestrano die 28 maii 1454 missa ex urbe Regensburg, ut ipse pacem inter principes Germaniae promoveret, cum instaret necessitas occurrendi contra Turcas (p. 16s. 49s. 55-57). M. A.

2119. - Babinger Franz, *Der Quellenwert der Berichte über den Entsatz von Belgrad am 21./22. Juli 1456.* (Sitzungsberichte der Bayr. Akademie der Wissenschaften. Phil.-Hist. Klasse 1957, Heft 6). München, C.H. Beck'sche Verlagsbuchhandlung, 1957. 22,5 cm., 69 pp.

Belogradensem obsidionem an. 1456 atque Turcarum cladem repente et praeter exspectationem inde secutam A. describit triplici gressu, agendo scil. de praeparatione et ordine pugnae (p.3-26), de peractis ab exercitu christiano (27-37) ac tandem de his quae Turcarum acies aggressa est. Quae quidem A. inquirit non in solis fontibus christianis, sed etiam (et hoc est praecipuum historicae elucubrationis meritum) in turcicis memoriis, scil.; ex Annalibus conscriptis ab 'Asyq-Pasa-zâde et Kemâl-Pasa-zâde et ex *Recollectis* Jacobi de Promontorio, mercatoris januensis qui penes sultanum tunc versabatur. Ex quibus fontibus comperimus tunc animum sultani eiusque militum fractum fuisse morte duorum ducum belli Qaradscha-Beg et Hasan-Aga; ideoque a castro Beograd oppugnando repente destitisse.

Relate vero ad partem quam S. JOANNES DE CAPESTRANO habuit in adipiscenda victoria, A., etsi iudicet nimis laudativam relationem conscriptam a JOANNE DE TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., de facto tamen fere universim confirmat sententiam Joannis HOFER, qui semel atque iterum (cf. *Coll.Franc.* 3[1943] 444 et 8[1938] 93-97), de eadem re disserens, eandem victoriam adscribendam censuit CAPISTRANENSI potius quam duci belli Joanni HUNYADI. - De eodem argumento scripserunt: I. DAAM, O.F.M., *Capistran and Hunyady. Heroes of the great Franciscan victory at Belgrade: 1456*, in *The Cord* 6(1956) 300-311. 318; G. BARANYAI-LÖRINCZ, *500th anniversary of the Midday Peal and the Victory of Belgrade*, München 1956; O. BONMANN, O.F.M., *Zum Jubiläum 1456/1956. « Sieg bei Belgrad » und « Tod des hl. Johannes Kapistran »*, in *Thur.Franc.* 11(1956) 91-94; K. JUHÁSZ, *Mission im Dienste der Türchen-Abwehr*, in *Theol.Glaube* 47(1957) 208-211; GIOVANNI DA TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., *San Giovanni da Capestrano e la battaglia di Belgrado*, in *Osserv.Rom.* 1956 sett. 2, 4; R. ZEZZOS, *La battaglia di Belgrado contro « il Turco »*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 70-74; - quantum incursiones Turcarum, eorum victoriae, clades moresque in modum praedicandi insigniorum contionatorum aevi quod Barocco nuncupant, influxum exercuerint, vivide illustrat POHLMANN Constantin, O.F.M., *Das Türkenmotiv in der Barockpredigt*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 212-217, etiam sermonibus LEONARDI DE PORTO MAURIZIO, O.F.M.Ref., adductis. M. A.

2120. - OKTAVIAN SCHMUCKI [VON RIEDEN], O.F.M.Cap., *Sendung und Bindung des neutestamentlichen Priesters. Zeitlose Gedanken aus den Schriften des hl. Johannes Kapistran*, in *Schweiz.Kirch.Ztg.* 125 (1957) 333-335.

Praesertim ex S. JOANNIS tractatu quod *Speculum clericorum* inscribitur, A. describit imaginem sacerdotis catholici, quam ipsemet CAPISTRANENSIS ante clericorum oculos ponebat ope contionum, quibus illos, clausis templi ianuis, alloquebatur. Etenim sacerdos est « mediator per gratiam » sicut Christus est per naturam, cum sit deputatus « ad dispensanda talenta Christi ». Sanctitate fulgere debet, quia quod aliis dare debet « oportet, ut prius in se contineat ». Cuius sanctitatis capita seu virtutes (iisque opposita vitia), iuxta temporis opportunitatem apte enumerantur. M. A.

2121. - *Johannes von Capestrano über das Priestertum*, in *Verba Vitae et Salutis* 27(1956) 133-136.

Agitur de selectis quibusdam locis operis CAPISTRANENSIS *Speculum clericorum*, germanice interpretatis a Ludolfo THUM, O.F.M. M. A.

2122. - CHIAPPINI Anicetus, O.F.M., *De quodam breviario O.F.M. perperam S. Joanni Capistranensi adiudicato*, in *Coll.Franc.* 26(1956) 274-278.

Huiusmodi breviarium servatur Roma, *Bibl.Collegii S. Antonii O.F.M., cod.68*, conscriptum fuit an. 1402 et probabilissime pertinuit non ad S. JOANNEM, sed ad JOANNEM DE TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., qui eidem sancto viro morienti adstitit. M. A.

2123. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Lettera della Signoria di Firenze per la canonizzazione di Giovanni da Capestrano (11 luglio 1459)*, in *Studi Franc.* 53(1956) 378-381.

2084. - AMORE Agostino, O.F.M., *La predicazione del B. Matteo d'Agrigento a Barcellona e Valenza*, in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 255-335.

Ex lectione 104 documentorum, quae conscripta fuerunt an. 1427-1434 quaeque A. collegit ex pluribus Hispaniae archivis atque ordine chronologico typis edidit p.283-335, nonnullae res gestae in regno Aragoniae a B. MATTHAEO DE AGRIGENTO, O.F.M.Obs., nunc primum in lucem proferuntur, scil.: 1) MATTHAEUS praedicavit quadragesimam an. 1427 et 1428 in urbe Valencia, ibidem promovendo compositionem inimicitiarum, cultum Nominis Jesu et modestiorem cultum muliebrem; etenim die 10 maii 1428 prope eandem urbem primum lapidem iecit pro construendo conventu S. Mariae de Jesu O.F.M.Obs.; 2) mensibus aprili-maio 1427 cursum praedicationis habuit in urbe Barcelona, ubi erigere incepit conventum S. Mariae de Jesu O.F.M.Obs., qui an. 1429 perfectus est; 3) mensibus vero augusto-septembri 1427 contiones habuit in urbe Vich et iunio-iulio 1428, dum in Siciliam rediret, in insula Mallorca.

Hoc vero Observantiae incrementum MATTHAEUS promovere valuit eo quod magno favore eum prosecuti sunt rex Aragoniae ALFONSUS V eiusque uxor MARIA, cuius supersunt plus quam quinquaginta epistolae pro illo conscriptae. M. A.

2085. - PIETRO TOGNOLETTO E FICANO DA PALERMO, O.F.M.Obs., *Paradiso serafico*, in *Sicilia Seraf.* 1(1955) n.1, 12-15. n.2, 25-28. n.3, 21-25. n.4, 27-29. n.5, 27-30. n.6, 19s. n.7, 21-24. n.8-9, 22-24. n.10, 17-20. n.11, 22-24.

Ex raro opere *Paradiso serafico* de viris illustribus siculis O.F.M. Obs. a P. TOGNOLETTO († 1680) in lucem edito in urbe Palermo an. 1657, quaedam excerpuntur de vita et operibus B. MATTHAEI DE AGRIGENTO. Excerpta vero nonnullis adnotationibus historicis ditavit Alexander GIULIANA ALAJMO. M. A.

Anonymus minorita Argentinensis, fl. saec. XV^m

2086. - MEIER Ludgerus, O.F.M., *Quomodo mira quaedam « commendatio » a Minorita Argentinensi prolata recte iudicetur*, in *Coll. Franc.* 25(1955) 164-175.

Iocosam et quidem primo oculorum ictu inexplicabilem hanc « commendationem », dictam decursu cuiusdam actus academici in Strassburg celebrati, A. exscribit ex München. *Bibl.Publica, cod.lat.8997*, et res in ipsa occurrentes non historiae sed moribus rudioribus illius aevi, scil. medii saec. XV, adscribendas esse censet. M. A.

S. Joannes de Capestrano, O.F.M.Obs., † 23 oct. 1456

Vide etiam: n.55. 77. 88 mss.; 151 editiones; 598 vita, opera; 2048 reportator sermonum S. Bernardini; 2059 documenta; 2312 processus canonizationis.

2087. - *Studi Francescani*. Numero speciale dedicato a S. Giovanni da Capestrano nel V Centenario della morte (1456-1956). Anno 53,

Luglio-Dicembre 1956, Numero 3-4. Firenze, Vallecchi Editore, 1956. 24 cm., p.153-412, cum tab.

Singulae vero dissertationes suo loco recensentur.

2088. - *Bullettino della Deputazione Abruzzese di Storia Patria,* anno XLVI - serie VI - volume VI(1956). Numero commemorativo di S. Giovanni da Capestrano nel V Centenario della morte (1456-1956). L'Aquila, Presso la Deputazione, 1956. 24 cm., 160 pp.

De singulis vero huius fasciculi dissertationibus suo loco mentio fiet.

2089. - Sacchetti Sassetti A. - Pratesi Riccardo, O.F.M. - Łuszczki Lucian, O.F.M., *Capistranensia.* Ad Claras Aquas, Florentiae, Typ. Collegii S. Bonaventurae, 1956. 24 cm., 16 pp.

Agitur de exstracto quodam, speciali inscriptione insignito, ex *Arch.Franc.Hist.* 49(1956), in quo collectae fuerunt inquisitiones recensitae in n.2048 et 2110s.

2090. - S. Giovanni da Capestrano, O.F.M.Obs., *Trattato degli Ornamenti specie delle donne.* A cura del P. Aniceto Chiappini, O.F.M., (I Classici Cristiani). Siena, Edizioni Cantagalli, [1956]. 18 cm., 174 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 99s.

2091. - Chiappini Aniceto, O.F.M., *Nel desiderio di leggere le opere di S. Giovanni da Capestrano,* in *Vita Min.* 27(1956) 172-174.

A., qui rerum Capistranensium scientia percellit, non solum vota promit, ut quae de editione operum S. Joannis statuta sunt an. 1921 in capitulo generali O.F.M. ac recentius in conventu ministrorum Italiae, Venetiis celebrato mense sept. 1956, tandem ad effectum perducantur, sed quaedam etiam suggerit ita ut res possibilis et simul re vera utilis evadat.

Etenim iuxta Auctoris mentem, neque *florilegium* quoddam ex S. Joannis operibus congerendum est, neque omnia eiusdem opera in lucem edenda sunt, sed potius typis mandari deberent: 1) potiores tractatus, inter quos certe recensentur: *De auctoritate Papae et Concilii vel Ecclesiae; Tractatus contra cupiditatem; Tractatus de serenanda conscientia; Speculum clericorum; Defensorium Tertii Ordinis;* quibus accensenda sunt duo opuscula contra duces hussitarum et utraquistarum Joannem Rokitzana et Joannem Tobitschau; 2) *Sermones* a S. Joanne dicti occasione magnorum anni liturgici festorum, inter quos omnino computanda est oratio *De Passione Domini;* 3) integrum *epistolarium* (cf. *infra* n.2093). Idem faciendum sollicitavit, etsi vago sermone, T. Cesana, O.F.M., *In margine al Centenario di S. Giovanni da Capestrano. Un voto e una proposta,* in *Vita Min.* 27(1956) 112-115. M. A.

2092. - Łuszczki Lucianus, O.F.M., *Notae critico-historicae de manuscriptis sermonum S. Joannis de Capistrano,* in *Studi Franc.* 53(1956) 345-363.

Ea quae hic A. concinne delibat, fusius tractavit in optimo ope-

re *De sermonibus S. Ioannis a Capistrano*, Romae 1961, iam recensito in *Coll.Franc.* 32(1962) 184s.

2093. - BONMANN Ottokar, O.F.M., *Um das « Opus epistolarum » des hl. Johannes Kapistran (1386-1456)*, in *Religion, Wissenschaft, Kultur* (Wien) 8(1957) 9-23.

Duplici gressu A. adumbrat historiam descriptionum et collectionum ditissimi epistolarii S. JOANNIS. Etenim, hoc temporis ordine, epistolarum catalogum describere aggressi sunt: Athanasius MASCI, O.F.M. (1878-1940), qui re vera in suo indice agit de 166 epistolis a S. JOANNE missis; Anicetus CHIAPPINI, O.F.M., 484 litteras, sive missas sive a CAPISTRANENSI receptas, descriptas praebet; O. BÖLCSKEY, S.O. Cist., prae oculis habet epistolare commercium de hussitis, ita ut epistolarum numerus in universum pertingat ad 560; Joannes HOFER, C.SS.R., ex eisdem epistolis non solum utilitatem cepit pro scribenda vita S. JOANNIS, sed earundem catalogum manuscriptum reliquit (Curiae generali O.F.M. dein commissum), ita ut summa epistolarum constet 611 numeris.

Collectiones vero earundem epistolarum, methodo quidem ac scopo et fructu vario, parare aggressi sunt: 1) ipsemet S. JOANNES qui in registro quodam (nunc deperdito, sed saltem usque ad an. 1700 prius Capistrani ac dein Romae in conventu S. Isidori O.F.M.Ref. adservato) suas epistolas collegerat; 2) dein Alexander RICCI O.F.M.Obs., qui 50 epistolas de relationibus inter Observantes et Conventuales agentes in suo opere *Chronica Minorum* inseruit; 3) occasione processus beatificationis (1623) plurima testimonia virorum illustrium de eodem S. JOANNE collecta sunt; 4) Lucas WADDING 140 epistolas CAPISTRANENSIS in voll. XI-XIII *Annalium Minorum* rettulit. 5) tandem Antonius SESSA, O.F.M.Obs., occasione canonizationis S. JOANNIS (1690), de eisdem epistolis inquisivit, ut posset in lucem edere *Opera omnia* CAPISTRANENSIS in serie quadam quae *Patrologia Franciscana* nuncuparetur. Sed inceptum, magno quidem fervore sed methodo minime critica promotum, ad felicem exitum perduci nequivit. Etsi vero ex tot tantisque inquisitionibus neque critica editio nec ipsemet integer epistolarum catalogus confici quiverint, extra dubium tamen est quod plurimi viri ex epistolis S. JOANNIS acceperint notitiam de eiusdem sanctitate et de momento operae ab eodem exantlatae pro vita familiae Observantium et missionis europeae eiusdem. Peropportune A. haec eadem italice retractavit: *L'epistolario di S. Giovanni da Capestrano nel corso dei secoli*, in *Studi Franc.* 53 (1956) 275-298.. M. A.

2094. - HOFER Giovanni, C.SS.R., *Giovanni da Capestrano. Una vita spesa nella lotta per la riforma della Chiesa.* Traduzione dal tedesco di Giacomo DI FABIO, prelato domestico di Sua Santità. Edizione curata da P. Aniceto CHIAPPINI, O.F.M. L'Aquila, 1955. 25 cm., 753 pp., 23 tab.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 26(1956) 214s; *Misc.Franc.* 57(1957) 460-464; *Riv.Stor.Chiesa Italia* 10(1956) 280-287 et D. CRESI, O.F.M., *La più recente biografia di S. Giovanni da Capestrano*, in *Studi Franc.* 53(1956) 390-394.

2095. - NIVARD ZÜLLIG [VON ROMANSHORN], O.F.M.Cap., *Der Sieger von Belgrad. Die Lebensgeschichte des heiligen Johannes von Ca-*

pestrano, der vor fünfhundert Jahren das christliche Abendland rettete. Würzburg, Arena-Verlag, 1956. In-8°, 109 pp., ill.

Uti integra inscriptio sonat, in hac S. JOANNIS biographia agitur non solum de strenua pugna et praeclara victoria ad oppidum Beograd, ipso incitante, reportata, sed potius de integra CAPISTRANENSIS vita, vulgationis quidem causa at secure et delectabiliter redacta, ita ut praesertim adolescentibus patefiat quid in religiosa militia quis valeat pro Dei gloria et hominum salute atque bono operari. M. A.

2096. - BROPHY Liam, *God's Commando. Life of St. John Capistran.* Pulaski, Wisconsin, The Franciscan Printery, 1956. 18,5 cm., 47 pp.

Vita S. JOANNIS concinne quidem sed compte enarratur atque optima veste typographica in lucem editur. M. A.

2097. - WEHNER Josef Magnus, *Der Kondottiere Gottes. Ein Roman vom Leben des Hl. Johannes von Capestrano.* Heidelberg, F.H. Kerle Verlag, [1956]. 19,5 cm., 296 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 435.

2098. - NAZ R., *Jean de Capistrano ou Capistran,* in *Dict.Droit Can.* VI, Paris 1957, 97s.

A. ignoravit ipsam biographiam S. JOANNIS conscriptam a J. HOFER (cf. *supra* n.2094), unde minime mirandum est si quamplures res inepte vel erronee proferat. M. A.

2099. - BANFI Florio, *Le fonti per la storia di S. Giovanni da Capestrano,* in *Studi Franc.* 53(1956) 299-344.

A. erudite describit codices atque editiones plurium relationum atque *vitarum,* quas de S. JOANNE scripserunt eiusdem socii, omnes ex O.F.M.Obs., inter an. 1455-1463, scil.: 1) septem epistolas JOANNIS DE TAGLIACOZZO (1455-1461); 2) *vitas* HIERONYMI DE FARA (1457), NICOLAI DE FARA (1462) et CHRISTOPHORI DE VARESE (1462-1463); 3) sic dictam *Praeconizatio Capistrani* auctore minorita hungarico PETRO DE SOPRON (1459-1461); 4) tandem biographiam eiusdem sancti viri typis editam in urbe Como an. 1479 apposito nomine cuiusdam « Theophili », quae tamen nil aliud est quam conversio italica vitae latine conscriptae a CHRISTOPHORO DE VARESE, et quidem iuxta breviorem redactionem, quae alia est ab illa impressa in *Acta SS., Octobr.* X, 391-651.

Attentione dignae sunt criticae disquisitiones, quas A. hic atque illic de fontium veritate subinfert. Ita, v.g., quod attinet ad epistolam quam JOANNES DE TAGLIACOZZO die 22 iul. 1460 misit ad JACOBUM DE MARCHIA et cuius, deficiente textu originali, duae supersunt redactiones, quarum unam in lucem edidit L. WADDING (*Annales Minorum* XII, Romae 1735, 340-362) et alteram L. LEMMENS, O.F.M. (Ad Claras Aquas 1906), A. statuit (p.306-315) sequendam esse lectionem a WADDING exhibitam, eo quod illa a L. LEMMENS data, comparatione statuta, interpolata resultat a quodam viro studioso extollendi merita CAPISTRANENSIS in victoria apud oppidum Beograd an. 1456 a cruce signatis parta. Quod falsarius effecit nonnullos locos interpolando vel omittendo. M. A.

2100. - Banfi Florio, *La prima biografia a stampa di S. Giovanni da Capestrano (Como, MCDLXXIX)*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 71-98.

Emendatis erroribus, qui circa hoc rarum opusculum vigent, A. statuit illud nil aliud exsistere quam interpretationem italicam vitae latine conscriptae a Christophoro de Varese, O.F.M.Obs., et quidem iuxta priorem redactionem an. 1463. Interpretatio minime de verbo ad verbum perfecta est ab ignoto interprete, qui interea opusculo nonnulla ex suo praemisit. M. A.

2101. - Chiappini Aniceto, O.F.M., *Prospetto cronologico della vita di S. Giovanni da Capestrano,* in *Studi Franc.* 53(1956) 203-220, et in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 15-30.

Haec chronologia, qua annus et, quantum fieri potest, dies singulorum factorum vitae S. Joannis integre accurateque describuntur, resumpta est ex celebri opere Joannis Hofer, C.SS.R., de quo *supra* n.2094. M. A.

2102. - Pandžić Basilius, O.F.M., *De ordinatione sacerdotali S. Ioannis a Capistrano,* in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 77-82.

Ex rotulo quodam adservato in *Arch.Vat., Registra Supplicationum,* vol.117, f.133*v*-134*v*, colligimus S. Joannem supplicasse Martino V, tunc Mantuae commoranti, ut cum eo dispensaret super defectu lenitatis, ita ut ad sacros ordines accedere posset. Papa ad petitionem quidem accessit die 14 nov. 1418, sed « citra altaris ministerium ». Etenim supplicatio sonat: « Frater Joannes Antonii de Capistrano, professus in Ordine [Minorum], qui cum adhuc in saeculo esset, saecularia officia exercens, sententias protulit corporales, morte postmodum subsecuta... ». Ideo, Joannes sacerdos factus est post diem 14 nov. 1418, eiusque pater Antonius appellabatur. Nescimus vero quo tempore licentiam altaris sacrificium offerendi acceperit: quod fecisse certo constat. M. A.

2103. - Rodolico Niccolò, *La figura storica di S. Giovanni da Capestrano,* in *Studi Franc.* 53(1956) 221-224.

Considerationes de sensu missionis S. Joannis in Italia, praesertim pro excitanda religiositate et morum reformatione, et in Austria pro conciliandis principibus, qui Turcis Europam invadentibus obsisterent. M. A.

2104. - Matanich Atanasio, O.F.M., *San Giovanni da Capestrano oratore pontificio, apostolo e difensore della « Repubblica Cristiana »,* in *Studi Franc.* 53(1956) 225-251.

In unum colliguntur atque in suo ambitu historico collocantur ea, quae Capistranensis pro christiana republica et in servitium S. Sedis perfunctus est munere: 1) inquisitoris contra Fraticellos de Opinione (inde a tempore Martini V) et hussitas (ab an. 1452); 2) legati ad

Armenos, quos an. 1439 duxit ad Concilium Florentinum, et praesertim apud principes et populos transalpinos (an. 1451-1456), quibuscum tandem promovit celebrem victoriam contra Turcas (1456 iul. 22) ad arcem Beograd. M. A.

2105. - ANDREOZZI Gabriele, T.O.R., *San Giovanni da Capistrano e la sua difesa del T.O.F.*, in *Anal.T.O.R.* 6(1955) 806-814.

CAPISTRANENSIS plurimum adlaboravit pro vindicando iure ad exsistendum et statu iuridico sodalibus e T.O.F. Etenim praecipua mentione digna sunt quae ipse peregit: 1) die 15 dec. 1436, cum « vivae vocis oraculo » ab EUGENIO IV impetravit ut sodales itali e T.O.F. possent una in peculiaribus domibus religiosis vivere et absolutionem ab excommunicatione obtinere, quam forte locorum ordinarii in illos intulissent quia vitam communem servabant; 2) tandem die 28 maii 1440 scribere perfecit suum *Defensorium Tertii Ordinis Beati Francisci*, in quo argumentis exquisite iuridicis demonstrat Fratres et Sorores T.O.F., tum in saeculo tum in communitatibus una viventes, personas vere ecclesiasticas esse et ideo iure et privilegio fori, sicut et ceteris clericorum privilegiis, gaudere.

De eadem re agunt: [G. ANDREOZZI, T.O.R.], *S. Ioannis a Capistrano, O.F.M., et eius Tertii Ordinis Franciscani defensorium*, in *Tert.Ordo* 17(1956) 70-75; F. CASOLINI, T.O.F., *Leggendo « La Difesa del Terz'Ordine di San Francesco » di Giovanni da Capestrano*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 75-81. M. A.

2106. - SPÄTLING Lucchesio, O.F.M., *San Giovanni da Capestrano campione dell'Europa unita*, in *Studi Franc.* 53(1956) 252-274.

CAPISTRANENSEM Europae unitae propugnatorem atque exemplar exstitisse A. probat ex iis quae idem S. JOANNES operatus est pro unitate Ecclesiae (inde eius lucta contra Fraticellos, hebraeos, hussitas atque antipapae FELICIS II sectatores) et pro concordia christianorum principum Europae, quos una cum ipsorum populis (praedicatione, pactionibus, frequentissimo commercio epistolari, de quo supersunt ca. 700 litterae) stimulavit ad indicendum bellum adversus Turcas, qui tunc temporis rempublicam christianam acerrime subvertere conabantur. M. A.

2107. - MARTÍN ARTAJO Alberto, *El santo de la unidad europea: San Juan de Capistrano*, in *Punta Europa* (Madrid) 1957, n.23-24, 55-80.

S. JOANNES DE CAPESTRANO iure merito vir europaeus dicendus est propter ambitum geographicum actuositatis ab eodem exantlatae in campo religioso, diplomatico et militari, quo factum est ut efficaciter adlaboraret pro unitate Ecclesiae (contra schismaticos, haereticos et hebraeos) et Sacri Romani Imperii (contra intestinas divisiones et Turcarum invasiones). Sua aetate ipse exstitit apostolus unitatis, propterea eaque factus est servator civilizationis occidentalis, videl. europaeae atque christianae.

De eodem argumento apte tractarunt: O. BONMANN, O.F.M., *Joannes Kapistran, der « Apostel Europas »*, in *Stimmen der Zeit* (Freiburg i.Br.) 159(1956) 47-56;

OKTAVIAN SCHMUCKI [VON RIEDEN], O.F.M.Cap., *Johannes Kapistran, Apostel Europas. Zur Fünfhundertjahrfeier seines Todes am 23. Oktober*, in *Schweiz.Kirch.Ztg.* 124 (1956) 545s. 559s; A. MARINI, O.F.M., *Giovanni da Capestrano « atleta di Cristo, apostolo d'Europa »*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 7-14; M. VONDERHEINDEN, O.F.M., *Johann Kapistran, der Apostel Europas*, in *Bruder Franz* 9(1956) 116-119. M.A.

2108. - BICCELLARI Floro, O.F.M., *Lettera inedita del B. Alberto da Sarteano a S. Giovanni da Capestrano*, in *Studi Franc.* 53(1956) 382-384.

Cum die 13 iul. 1443 S. JOANNES DE CAPESTRANO vicarius Observantium italorum electus esset (quo munere functus est usque ad diem 15 maii 1446), ALBERTUS DE SARTEANO, qui tunc erat minister provinciae patavinae, eidem JOANNI epistolam gratulatoriam hic descriptam editamque misit, illum interea exhortans ut remisse ageret in emendandis fratribus. M. A.

2109. - BERTAGNA Martino, O.F.M., *S. Giovanni da Capestrano a Siena*, in *Studi Franc.* 53(1956) 385-389.

A. describit tres commorationes senenses S. JOANNIS, scil.: 1) an. 1423-1424, quo tempore praedicavit quadragesimam in templo S. Francisci et patribus Concilii; 2) an. 1443, ut coram EUGENIO IV, qui illic manebat, ageret de habitudine familiae Observantium erga ministrum generalem Conventualium; 3) an. 1448-1449, ut ibidem praepararet canonizationem S. BERNARDINI et iterum quadragesimam praedicaret. M. A.

2110. - SACCHETTI SASSETTI Angelo, *Giovanni da Capestrano Inquisitore a Rieti*, in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 336-338.

S. JOANNES electus fuerat inquisitor haereticae pravitatis contra Fraticellos de Opinione per bullam MARTINI V, datam die 27 maii 1426. Die vero 22 dec. 1430, rogatus, mitigat paenitentias inflictas duabus mulieribus reatinis eadem labe respersis, quibus iniunxerat ut quotannis quasdam romanas ecclesias visitarent.

Notandum vero est quod iidem Observantes iam mense novembri 1418 MARTINO V supplicaverant, ut comminaretur gravissimas poenas in fautores et receptatores Fraticellorum, qui tunc infestabant praesertim Status pontificii terras, et non raro contra ipsos Observantes saeviebant (cf. B. PANDŽIĆ, *De ordinatione sacerdotali S. Ioannis a Capistrano*, in *Arch.Franc.Hist.* 49[1956] 77s. 80). M. A.

2111. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Due lettere di Guglielmo da Casale a S. Giovanni da Capestrano (15-16 maggio 1432)*, in *Arch. Franc.Hist.* 49(1956) 338-345.

Ope harum epistolarum, quae hic exscribuntur quaeque datae fuerunt diebus 15 et 16 maii 1431 (ita enim tempus interpretandum est ratione habita de peculiari stilo ab auctore adhibito), GUILELMUS DE CASALE committit S. JOANNI officium visitandi varias provincias minoriticas exsistentes in Aprutio, Apulia et Campania « pro reformatione

et uniformitate » instauranda et, simul, ut posset fratres apostatas vel Conventuales inter Observantes recipere. M. A.

2112. - SIMEONI Vincenzo, *Il convento abruzzese fondato da San Giovanni da Capestrano*, in *Osserv.Rom.* 1956 nov. 28, 4.

Conventum, de quo hic sermo, S. JOANNES fundavit prope oppidum Orsogna in Aprutio an. 1448 dedicavitque mysterio Annuntiationis B.V. Mariae. Cuius in templo quiescunt reliquiae B. CHRISTOPHORI DE PENNE, O.F.M.Obs. († 12 dec. 1451); altera vero parte saec. XVIII idem conventus factus est locus « recessus » opera FRANCISCI DE CARAMANICO, O.F.M.Ref. († 21 mart. 1785); mansitque in humili forma, iuxta quam primitus exstructus fuerat, usque ad an. 1935, quo tempore tantisper ampliatus est. M. A.

2113. - TOZZI Angelo, *L'Ospedale S. Salvatore dell'Aquila nel passato e nel presente.* (Con particolare riguardo all'attività dell'ultimo decennio). L'Aquila, Tip. F.lli Centofanti, 1956. In-8°, 204 pp., ill.

In priore operis parte enarratur historia fundationis eiusdem hospitalis domus, quae facta est inter an. 1445-1447 promovente S. JOANNE DE CAPESTRANO. M. A.

2114. - PIACENTINO Salvatore, « *Mezano di Pace* », *S. Giovanni da Capestrano*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 51-60.

In lucem eduntur quatuor documenta, ex quibus elucet quid in aquilana urbe S. JOANNES operatus sit pro procuranda pace publica atque domestica civium. M. A.

2115. - CHIAPPINI Aniceto, O.F.M., *I compagni abruzzesi di S. Giovanni da Capestrano nell'impero tedesco*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 61-70.

Aprutini S. JOANNIS socii, quorum notitiae biographicae in pluribus fontibus sparsae hic apte congeruntur, sunt NICOLAUS DE FARA, JOANNES DE TAGLIACOZZO et AMBROSIUS PIZZOLI, omnes ex O.F.M.Obs. M. A.

2116. - [GEBHARD] Stephan, O.F.M., *Der hl. Johannes von Capestrano in Bayern*, in *Verba Vitae et Salutis* 27(1956) 179-190.

Vitae curriculo breviter delibato, S. JOANNIS DE CAPESTRANO momentum in motu religioso Observantiae extollitur. In parte praecipua vero eiusdem mira auctuositas an. 1451, 1452, 1455 in Bavaria exercita enarratur.

Connexiones quas CAPISTRANENSIS habuit cum provincia Saxoniae O.F.M. describuntur apud *Der hl. Johannes Kapistran und die Saxonia*, in *Vita Seraphica* 37(1956) 14-22. - Pretiosae notitiae bio-bibliographicae necnon iconographicae S. JOANNEM eiusque cultum in Belgio spectantes colliguntur ab A. HOUBAERT, O.F.M., in *Franc.* 11(1956) 114-118. - Quoad Hungaros cf. CHIAPPINI Aniceto, O.F.M., *S. Giovanni da Capestrano e gli Ungheresi*, in *Vita Ospedaliera* (Roma) 12(1957) 197s,

et J. O'Callaghan, O.F.M., *Hungary - a Cardinal - and a Centenary*, in *Ir.Eccl. Record* 87(1957) 1-12. M. A.

2117. - Meier Ludgerus, O.F.M., *De praedicatione dominicana sermonibus Capestranensibus Erfordiae parallela*, in *Antonianum* 29(1954) 143-156.

Ex duobus manuscriptis servatis in urbibus Wolfenbüttel, *Bibl. Regionalis, cod.203* et Lübeck, *Bibl.Civitatis, cod.theol.lat.64*, A. comperit quod diebus 14 et 17 sept. 1452 Erfordiae duos sermones ad clerum civitatis dixit ep. Bartholomaeus Lapacci de' Ribertini de Florentia, O.P. (1402-1466). Porro constat Joannem de Capestrano item Erfordiae ad utrumque cleri coetum praedicasse diebus 29 aug.-24 sept. 1452.

Hoc historice certum est, sicut ceteroquin constat eundem Capistranensem non ita multos tirones, sicut in ceteris Germaniae civitatibus ubi praedicaverat, ex studentium coetu pro sua Observantium familia esse lucratum. Quapropter conicere fas est quod tunc Fratres Praedicatores eidem Joanni opponere sategerunt suum celebrem contionatorem, scil. Bartholomaeum praefatum, qui ceteroquin iam pridem, scil. an. 1427-1431 in Italia contra Minoritas scripto certaverat in controversia de sanctissimo Nomine Jesu. M. A.

2118. - *Cusanus-Texte.* IV: *Briefwechsel Nikolaus von Kues. Nikolaus von Kues und der Deutsche Orden. Der Briefwechsel des Kardinals Nikolaus von Kues mit dem Hochmeister des Deutschen Ordens.* (Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-historische Klasse, Jahrgang 1956 - 1. Abhandlung). Heidelberg 1956, 1-71.

Inter has Nicolai Cusani epistolas recensetur una ad Joannem de Capestrano die 28 maii 1454 missa ex urbe Regensburg, ut ipse pacem inter principes Germaniae promoveret, cum instaret necessitas occurrendi contra Turcas (p. 16s. 49s. 55-57). M. A.

2119. - Babinger Franz, *Der Quellenwert der Berichte über den Entsatz von Belgrad am 21./22. Juli 1456.* (Sitzungsberichte der Bayr. Akademie der Wissenschaften. Phil.-Hist. Klasse 1957, Heft 6). München, C.H. Beck'sche Verlagsbuchhandlung, 1957. 22,5 cm., 69 pp.

Belogradensem obsidionem an. 1456 atque Turcarum cladem repente et praeter exspectationem inde secutam A. describit triplici gressu, agendo scil. de praeparatione et ordine pugnae (p.3-26), de peractis ab exercitu christiano (27-37) ac tandem de his quae Turcarum acies aggressa est. Quae quidem A. inquirit non in solis fontibus christianis, sed etiam (et hoc est praecipuum historicae elucubrationis meritum) in turcicis memoriis, scil.; ex Annalibus conscriptis ab 'Asyq-Pasa-zâde et Kemâl-Pasa-zâde et ex *Recollectis* Jacobi de Promontorio, mercatoris januensis qui penes sultanum tunc versabatur. Ex quibus fontibus comperimus tunc animum sultani eiusque militum fractum fuisse morte duorum ducum belli Qaradscha-Beg et Hasan-Aga; ideoque a castro Beograd oppugnando repente destitisse.

Relate vero ad partem quam S. JOANNES DE CAPESTRANO habuit in adipiscenda victoria, A., etsi iudicet nimis laudativam relationem conscriptam a JOANNE DE TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., de facto tamen fere universim confirmat sententiam Joannis HOFER, qui semel atque iterum (cf. *Coll.Franc.* 3[1943] 444 et 8[1938] 93-97), de eadem re disserens, eandem victoriam adscribendam censuit CAPISTRANENSI potius quam duci belli Joanni HUNYADI. - De eodem argumento scripserunt: I. DAAM, O.F.M., *Capistran and Hunyady. Heroes of the great Franciscan victory at Belgrade: 1456*, in *The Cord* 6(1956) 300-311. 318; G. BARANYAI-LÖRINCZ, *500th anniversary of the Midday Peal and the Victory of Belgrade*, München 1956; O. BONMANN, O.F.M., *Zum Jubiläum 1456/1956. « Sieg bei Belgrad » und « Tod des hl. Johannes Kapistran »*, in *Thur.Franc.* 11(1956) 91-94; K. JUHÁSZ, *Mission im Dienste der Türchen-Abwehr*, in *Theol.Glaube* 47(1957) 208-211; GIOVANNI DA TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., *San Giovanni da Capestrano e la battaglia di Belgrado*, in *Osserv.Rom.* 1956 sett. 2, 4; R. ZEZZOS, *La battaglia di Belgrado contro « il Turco »*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 70-74; - quantum incursiones Turcarum, eorum victoriae, clades moresque in modum praedicandi insigniorum contionatorum aevi quod Barocco nuncupant, influxum exercuerint, vivide illustrat POHLMANN Constantin, O.F.M., *Das Türkenmotiv in der Barockpredigt*, in *Franz.Stud.* 38(1956) 212-217, etiam sermonibus LEONARDI DE PORTO MAURIZIO, O.F.M.Ref., adductis. M. A.

2120. - OKTAVIAN SCHMUCKI [VON RIEDEN], O.F.M.Cap., *Sendung und Bindung des neutestamentlichen Priesters. Zeitlose Gedanken aus den Schriften des hl. Johannes Kapistran*, in *Schweiz.Kirch.Ztg.* 125 (1957) 333-335.

Praesertim ex S. JOANNIS tractatu quod *Speculum clericorum* inscribitur, A. describit imaginem sacerdotis catholici, quam ipsemet CAPISTRANENSIS ante clericorum oculos ponebat ope contionum, quibus illos, clausis templi ianuis, alloquebatur. Etenim sacerdos est « mediator per gratiam » sicut Christus est per naturam, cum sit deputatus « ad dispensanda talenta Christi ». Sanctitate fulgere debet, quia quod aliis dare debet « oportet, ut prius in se contineat ». Cuius sanctitatis capita seu virtutes (iisque opposita vitia), iuxta temporis opportunitatem apte enumerantur. M. A.

2121. - *Johannes von Capestrano über das Priestertum*, in *Verba Vitae et Salutis* 27(1956) 133-136.

Agitur de selectis quibusdam locis operis CAPISTRANENSIS *Speculum clericorum*, germanice interpretatis a Ludolfo THUM, O.F.M. M. A.

2122. - CHIAPPINI Anicetus, O.F.M., *De quodam breviario O.F.M. perperam S. Joanni Capistranensi adiudicato*, in *Coll.Franc.* 26(1956) 274-278.

Huiusmodi breviarium servatur Roma, *Bibl.Collegii S. Antonii O.F.M., cod.68*, conscriptum fuit an. 1402 et probabilissime pertinuit non ad S. JOANNEM, sed ad JOANNEM DE TAGLIACOZZO, O.F.M.Obs., qui eidem sancto viro morienti adstitit. M. A.

2123. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Lettera della Signoria di Firenze per la canonizzazione di Giovanni da Capestrano (11 luglio 1459)*, in *Studi Franc.* 53(1956) 378-381.

Litterae hic descriptae atque typis editae desumptae fuerunt ex Firenze, *Arch.Stato, Signoria, Missive I^a Cancelleria*, vol. 49, f.178*v*-179*r*. Ipsarum ope rectores florentini rogarunt imperatorem, regem atque ceteros Sacri Romani Imperii principes ut canonizationem S. JOANNIS promoverent. M. A.

2124. - CHIAPPINI Anicetus, O.F.M., *Epistolae vitam Fr. Ioannis de Capistrano commendantes eiusque canonizationem postulantes*, in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 222-226.

Descriptio cod. chartacei *Vat.lat. 12540*, f.1*r*-65*v*, qui conscribi desiit die 24 apr. 1462 et in quo legimus sex epistolas a pluribus viris datas pro promovenda causa canonizationis S. JOANNIS. Interea postrema ex ipsis (f.63*v*-65*v*) in lucem nunc primum editur: quam eadem de causa ad BAPTISTAM DE LEVANTO, vicarium generalem Observantium, die 5 apr. 1460 miserat STEPHANUS DE WASAN, vicarius provinciae Hungariae O.F.M.Obs. M. A.

2125. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *I documenti per la canonizzazione di S. Giovanni da Capestrano contenuti nel ms. Marciano cl. XIV, n. CCXLVI*, in *Studi Franc.* 53(1956) 364-377.

Describuntur f.151-166 cod. miscellanei ex saec. XVI, qui asservatur in Venezia, *Bibl.Marciana, ms. cl. XIV, n.CCXLVI*, in quibus legimus 14 documenta pro canonizatione S. JOANNIS promovenda concinnata.

Etenim A. quinque ex illis in lucem profert, scil.: 1) epistolam Angeli CAPRANICA, ep. reatini, imperatori, regi Hungariae et ceteris principibus missam, ut ipsi causam praedictam promoveant; 2) elogium quoddam CAPISTRANENSIS ab ignoto auctore dictatum; 3) litteras MATTHIAE, regis Hungariae, ad collegium cardinalium de eodem negotio; 4) litteras oboedientiales BAPTISTAE DE LEVANTO, vicarii Observantium cismontanorum, ad JOANNEM DE TAGLIACOZZO, ut promoveat eandem canonizationem; et 5) JACOBI DE MARCHIA ad eundem de eadem re; quibus tandem accedit *Praeconizatio* PETRI DE SOPRON, O.F.M.Obs., in lucem quidem iam edita, sed cuius exempla rarissima sunt. M. A.

2126. - SPERANZA Ugo, *Sulla canonizzazione di S. Giovanni da Capestrano. Relazione della festa per la canonizzazione di S. Giovanni da Capestrano in Roma (1600)*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 113-129.

Ope documentorum, ex archivo arcis Simancas quaesitorum, A. describit quid regia domus hispanica donaverit pro celebrationibus faciendis Matriti in ecclesia S. Francisci O.F.M.Obs. occasione beatificationis CAPISTRANENSIS et, simul, refert petitionem eiusdem domus, Sanctae Sedi oblatam, pro promovenda canonizatione eiusdem B. JOANNIS. Ex quadam vero relatione eruit quid Romae factum sit pro celebranda eiusdem canonizatione. M. A.

2127. - PIUS XII, *Epistola ad rev.mum P. Augustinum Sépinski, Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum, quinto revolvente*

saeculo ab obitu S. Ioannis a Capistrano, in *AAS* 47(1955) 714-716; *Acta O.F.M.* 74(1955) 217-219.

Suae actuosissimae vitae ratione fere in omnibus sacri apostolatus castris, S. JOANNES extollitur veluti christianae religionis defensor, catholicae fidei tutor, populi morum atque franciscanae vitae restitutor, ideoque « athleta Christi » et « apostolus Europae ».

Easdem litteras habes quoque latine in *Anal.O.F.M.Cap.* 71(1955) 228-230 et in *Comm.O.F.M.Conv.* 52(1955) 149-151; italice in *Studi Franc.* 53(1956) 195-198; germanice in *Thur.Franc.* 11(1956) 1-3, in *Ordensdirektor* 39(1956) 33-35 et in *Verba Vitae et Salutis* 27(1956) 53-55. M. A.

2128. - [SÉPINSKI Augustinus, O.F.M.], *Litterae quibus Rev.mus P. Minister Generalis - occasione Nativitatis Domini 1955 - filiis filiabusque salutationem dicit, apostolum proferens Europae S. Joannem a Capistrano quinto ab obitu revoluto saeculo († 1456-1956)*, in *Acta O.F.M.* 74(1955) 268-280.

S. JOANNIS, cuius res gestae pro Ecclesia et Observantium familia celebrantur, exempla atque monita proponuntur imitanda in vita claustrali, actuositate apostolica et missione pacificatrici inter populos.

Easdem litteras habes germanice in *Thur.Franc.* 11(1956) 5-23, et italice: A. SÉPINSKI, O.F.M., *Messaggio natalizio del Rev.mo P. Ministro Generale: Nella luce della vita dell'« apostolo d'Europa », S. Giovanni da Capestrano (1456-1956)*. Roma, Curia Generalizia, 1955. 17,5 cm., 29 pp. M. A.

2129. - MARTINI A., S.J., *La multiforme vita e la santità di Giovanni da Capestrano*, in *Civ.Catt.* 107/4(1956) 3-16.

Vita in saeculo et conversio, actuositas pro defendenda dilatandaque Observantia, praedicatio pro instaurandis populorum moribus et pace fovenda inter principes catholicos, lucta contra haereticos atque schismaticos ac tandem praeclara merita S. JOANNIS DE CAPESTRANO in victoria de Turcis reportata ad oppidum Beograd an. 1456 hic apte describuntur in ambitu morum atque hominum et quidem iuxta imaginem depictam a notissimo CAPISTRANENSIS biographo J. HOFER (cf. *supra* n.2094).

Occasione vero quinquies centesimi anniversarii a S. JOANNIS morte, brevi vel fusiore oratione, idem plurimi ex diversis nationibus viri fecerunt, quos hic sufficiat tantum innuere: A. NIMETH, O.F.M., *St. John Capistran, 1456-1956*, in *Franc.Herald & Forum* 35(1956) 99-101; L. BROPHY, *St. John Capistran*, in *The Canadian Messenger of the Sacred Heart* 67/2(1957) 83-88; - MGR. [L.] CRISTIANI, *Le 5e centenaire d'un saint aventureux: Saint Jean Capistran*, in *Ecclesia, Lectures chrétiennes*, n.92, novembre 1956, 123-129; PASCHASE [DE CERNIAT], O.F.M.Cap., *Saint Jean de Capistran 1456-1956*, in *Le message de S. François* (Fribourg) 34(1956) 56-59; J. LAGAGNEUX, *Un Pélerinage au Pays des Ancêtres de saint Jean de Capistran*, in *Amis de S.Franç.* n.75(1956) juin-décembre, 6-8; - K. LECHNER, *Johannes von Capestrano und seine Zeit*, in *Unsere Heimat* (Wien) 27(1956) 193-201; - A. SEOANE, O.F.M., *Bosquejo biográfico de San Juan de Capistrano*. in *Liceo Franc.* 9(1956) 49-57; A. CACHEDA, O.F.M., *Actividad de San Juan de Capistrano en favor de la Orden*, in *Liceo Franc.* 9(1956) 66-83; F. VÉLEZ, C.M.F., *San Juan de Capistrano, reformador y guerrero (1456-1956)*, in *Vida Rel.* 14(1957) 41-45; - H. BAGGIO, O.F.M., *No quinto Centenário da Morte de S. João de Capistrano*, in *Rev.Ecl.Bras.* 16(1956) 614-634; - A. SÉPINSKI, O.F.M., *Per S. Giovanni da Capestrano (1386-1456)*, in

Frate Franc. n.s. 2(1955) 150-153; G. MARINANGELI, O.F.M., *Una vita spesa nella lotta per la riforma della Chiesa*, in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 99-112; A. SÉPINSKI, O.F.M., *Messaggio del Ministro Generale O.F.M., P. Agostino Sépinski per il centenario di S. Giovanni da Capestrano*, in *Studi Franc.* 53(1956) 199-202; [A. CHIAPPINI, O.F.M.], *Giovanni da Capestrano*, in *Almanacco dei Bibliotecari Italiani* 1956, 165-170; L. DI STOLFI, O.F.M., *Giovanni da Capestrano emulo e glorificatore di Bernardino da Siena*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 63-69; T. CESANA, O.F.M., *Il Cavaliere di Dio*, in *Vita Min.* 27(1956) 3-6. 39-44; G. MARINANGELI, *Apostolo e dottore del Papato*, in *Osserv.Rom.* 1957 marzo 28, 2; G. LEONE, *Giovanni da Capestrano dalle trincee del pensiero all'azione*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 54-60; G. MARINANGELI, *Il Giudice forte*, in *Frate Franc.* n.s. 4(1957) 75-79; G. ODOARDI, O.F.M.Conv., *Il Santo Alfiere del Nome di Gesù. S. Giovanni da Capestrano nel V Centenario della morte*, in *Ecclesia* 15(1956) 264-269. M. A.

2130. - R[IVERA] L[uigi], *Rassegna bibliografica*, in *Bull.Dep. Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 155-157.

Brevissime recensentur elucubrationes quae, currente an. 1956, de S. JOANNE DE CAPESTRANO publici iuris factae sunt in plurimis periodicis. M. A.

2131. - CHIAPPINI Aniceto, O.F.M., *Cronaca dei festeggiamenti in onore di S. Giovanni da Capestrano nella ricorrenza del V centenario della morte (23 Ottobre 1456)*, in *Studi Franc.* 53(1956) 395-409 et in *Bull.Dep.Abruz.Stor.Patria* s.6 6(1956) 131-153.

Summatim describuntur sacra sollemnia liturgica, orationes, acroases atque chronica et nuntia in ephemeridibus publicata, quae sive in Italia sive in exteris nationibus facta sunt sexto illucescente saeculo a S. JOANNIS transitu. Peculiaris vero mentio fit de peractis in urbibus L'Aquila, Capestrano, Assisi, Levanto in Liguria, Perugia, Napoli, Siena, Madrid, Tokyo, Washington, Mainz, Köln, Wien.

Eadem sollemnia commemorantur ab O. BONMANN, O.F.M., *Cronaca del Centenario del Capistranese in Germania*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 124s; *Centenario di S. Giovanni da Capestrano, ib.* 188-190; *Capistran-Feiern in unserer Provinz*, in *Verba Vitae et Salutis* 28(1957) 33-42: mentio fit de celebrationibus in urbibus München, Nürnberg, Freystadt/Möningen, Berg, Ingolstadt. M. A.

2132. - FORCINA Gaspare Paolo, O.F.M., *L'eroe di Belgrado (S. Giovanni da Capestrano)*. (Dramma in 3 atti). (Collana « Piccoli araldi francescani », 7). Penne, Tip. Raffaele Volpi, [1955]. 17,5 cm., 48 pp.

Joannes de Segovia, (non O.Min.), † 1458

Vide etiam nn. 900 et 1935.

2133. - BONMANN Ottokar, O.F.M., *De Testamento librorum Joannis de Segovia. (Num Segoviensis ex Ordine Minorum fuerit?)*, in *Ant.* 29(1954) 209-216.

Hisce A. quaestionem satis diuque discussam dirimit, utrum siquidem JOANNES ALFONSUS DE SEGOVIA († 1458), Concilii Basileensis insignis theologus, olim Ordini Minorum adscriptus fuerit. Accurato examine praesertim ipsius testamenti librorum praehabito, A. iure fidenterque statuit: « Joannes de Segovia igitur, clericus exstans sae-

cularis et a fortuna et condicione humiliore oriundus, bibliothecae suae pretiosae archivique multo pretiosioris instituit heredes honoravitque omnes cuiusvis facultatis studiosos suae patriae, qui pauperes erant, sed bonae voluntatis » (p.216).

Commentario prius disceptationis decursus enarratur (210-212). Primus qui inter recentiores expresse negavit SEGOVIENSEM sodalem franciscanum umquam fuisse exstitit Joannes HALLER (1873). - Postea illius testamentum ad trutinam vocatur (212-216). Catalogus mss. luce clarius patefacit eum doctrinam Scholae franciscanae omnino affinem propugnasse. Omnia siquidem NICOLAI DE LYRA scripta, *Duae Regulae* S. FRANCISCI, eminentiora FRANCISCI DE MEYRONNES opera, *Dialogus* GUILELMI DE OCKHAM in eiusdem inveniebantur bibliotheca (214). O. R.

2134. - EMMEN Aquilin, O.F.M., « *Mutter der schönen Liebe* ». *Ein unveröffentlichter Sermo de Immaculata Conceptione, gehalten auf dem Baseler Konzil um 1436*, in *Wiss.Weish.* 19(1956) 81-99.

A. critice edit Sermonem *Ego mater pulchrae dilectionis* e Bibliothecae O.S.B. Salisburgensis *cod.Incun. 229*, f.20*v*, quem theologus anonymus in conciliabulo Basileensi, probabiliter an. 1436, pronuntiavit.

In introductione Ed. argumentis haud spernendis Sermonis Basileensis verisimilem auctorem — praesertim ob affinitatem cum certis scriptis suis — JOANNEM DE SEGOVIA fuisse statuit, etiamsi nec absolute a consideratione secludi valeant intimus eiusdem socius JOANNES DE ROMIREYO A LE PUY, vel PETRUS PORCHER, prov. minoriticae Aquitaniae minister. Influxus franciscanus liquido patet e plurimis allegationibus quas Ed. magna cum cura ac peritia adducit. O. R.

Guilelmus de Vaurouillon, O.F.M.Colet., † ca. 1464

Vide etiam: n.100 incunabula; 755 generatio aeterna.

2135. - CONTRI S., *Guglielmo di Vorillon*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 943.

Henricus de Werl, O.Min., † 10 apr. 1464

2136. - HENRICI DE WERLA, O.F.M., *Opera Omnia*. I. *Tractatus de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis*. Ad fidem manuscripti in lucem edidit Sophronius CLASEN, O.F.M. (Franciscan Institute Publications. Text Series, 10). St. Bonaventure, N.Y., The Franciscan Institute - Louvain, E. Nauwelaerts - Paderborn, F. Schöningh, 1955. 23 cm., XXVII-111 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 336-338; videantur praeterea *Franz.Stud.* 38(1956) 113s; *Bull.Thom.* IX, n.1884; *Mar.* 21(1959) 289s; *Salmant.* 4(1957) 264; *Verd.Vida* 14(1956) 485.

2137. - CLASEN Sophronius, O.F.M., *Henrici de Werla, O.F.M., Tractatus de formalitatibus*, in *Franc.Stud.* 14(1954) 310-322. 412-442.

Praemissa introductione (p.310-322) editur HENRICI DE WERLA *Tractatus de formalitatibus* (412-442).

In introductione brevis historia enarratur distinctionis formalis, materia tractatus innuitur et momentum eiusdem declaratur. Firmiter quoque stabilitur authentia tractatus, qui probabiliter in Italia exaratus est, antequam HENRICUS an.

1430 inter baccalaureos Sententiarum Universitatis Coloniensis est adscriptus. De quinque codicibus ad textum parandum adhibitis (*Vat.lat.1109*, f.137*ra*-144*rb*; Siena, *Bibl.Comun. G.VII.40*, f.255*ra*-260*vb*; Verona, *Bibl.Comun.1365*, f.114*ra*-121*rb*; Oxford, *Bodl.Can.Class.lat. 205*, f.113*ra*-114*rb*; Stuttgart, *Württemb.Landesbibl. H.B.X. 10*, f.133*r-v*) pauca sed essentialia memorantur. Inter eos eminet *cod.Vat.lat. 1109*, cuius textum scripsit HELFERICUS DE BABENHAUSEN, O.Min., probabiliter an. 1455, in Studio bononiensi sui Ordinis. In ipso *Tractatu*, praemissa definitione distinctionis et eiusdem divisione in communi et in speciali, hae singulae distinctiones probe explicantur: distinctio *rationis*, quae est duplex, nempe *subiective* et *obiective*; distinctio *ex natura rei*, quae est aut *formalis* aut *essentialis*, et haec ultima iterum aut *realis* aut *modalis*. HENRICUS DE WERL potius FRANCISCI DE MEYRONNES discipulus dicendus est quam ipsius SCOTI. - In descriptione chimaerae (p.415, 65) pro *stercore anglici* legendum forsitan est *pectore angeri*. S. ST. A.

Antonius de Bitonto, O.F.M.Obs., † 7 sept. 1465

Vide etiam: n.66. 89. 100. 113. 1129 incunabula; 96 praedicatio.

2138. - FOSSATI Felice, *Trecento ducati « d'oro in oro » per un quaresimale?*, in *Arch.Stor.Lomb.* s.8 7(1957) 366-368.

Ex 5 documentis asservatis in Milano, *Arch.Stato, Registro Missive n.19* et *26*, A. colligit quod celeber ANTONIUS DE BITONTO an. 1455 magno cum plausu quadragesimam Mediolani praedicavit. Immo CALLIXTUS III, rogatus a duce mediolanensi Francisco SFORZA, voluit ANTONIUM etiam an. 1456 illuc redire ad quadragesimam iterum praedicandam.

Interea idem dux Ferrariam misit 300 ducatus aureos eidem ANTONIO pro peracta praedicatione: sed ipsi videntur certo fini caritativo (forsitan erigendo cuidam hospitali domui) destinati fuisse. Causa vero cur dux sollicitabat ANTONII reditum Mediolanum erat « aciò che mediante vuy se possano fare lo dicto hospitale [della Nunziata] ». Usque modo tradebantur erectionem magni nosocomii ab Annuntiatione (cuius primus lapis iactus est die 12 apr. 1456) promovisse B. BERNARDINUS DE FELTRE et B. MICHAEL CARCANO DE MILANO (cf. S. SPINELLI, *La Ca' Grande, 1456-1956*, Milano 1956, 51-64); at extra dubium est plurimum ad id adlaborasse ANTONIUM BITONTINUM, qui an. 1456 (tunc pascha celebratum fuit die 28 martii) iterum quadragesimam Mediolani praedicavit. M. A.

Franciscus de Rimini, O.F.M.Conv., † p. 1469

2139. - EMMEN Aquilinus, O.F.M., et PIANA Caelestinus, O.F.M., *Franciscus de Arimino, O.F.M., Sermo ad clerum de Conceptione Beatae Virginis Mariae* (*S. Bernardino Senensi olim adscriptus*), in *Tractatus quatuor de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis*, Quaracchi 1954 (cf. *supra* n.2033), 335-391.

Salutandum sane est Edd. consilium, sermonem insignem qui a verbis incipit *Necdum erant abyssi, et ego iam concepta eram* vero auctori, scil. magistro FRANCISCO DE RIMINI, restituere atque ad fidem vetustiorum mss. critice edere (p.351-391). Nuper siquidem plurimum erat vociferationis de praesumpto maximo influxu huius sermonis in « mytho » SCOTI Immaculatae Conceptionis vindicis creando (cf. *supra* n.1820).

Edd. in paginis praeambulis satis fuse de variis illius vitae vicissitudinibus disserunt (337-344), qui an. 1428 in Studio generali Ordinis Bononiae baccalaureus exstitit; an. 1435 Ferrariae inter sodales Collegii theologorum Universitatis coopta-

tus est; an. 1438 Concilio Ferrariensi interfuit; an. 1449 vel 1450 provinciae Bononiensi minister praeficitur; probabiliter inter an. 1455-1459 munus inquisitoris Venetiis exercebat; an. 1462 famosae interfuit disputationi de sanguine Christi; ultima negotia est gravis censura PAULI II an. 1469. - Inter scripta ipsius omnino memorandus est tractatus *De sanguine Christi* (*cod.Vat.lat.3705*: 344s). Quod sermonem spectat, traditio mss. delibatur (345-347), inter quae *cod.Vat.Pal.lat.397* antiquitate eminet (350). Etsi contio vel anonyma tradatur vel aliis sodalibus franciscalibus attribuatur, Edd. validis argumentis firmarunt FRANCISCUM eiusdem esse auctorem (348-350). Omnino notetur Nostri relatio de insigni disputatione J.D. SCOTI in Universitate Parisiensi habita (369s). - Cf. quoque elucubrationem A. EMMEN in *Coll.Franc.* 14(1944) 148-187. O. R.

Nicolaus de Orbellis, O.Min., † 1472/75

Vide etiam: n.51 ms.; 100 incunabulum.

2140. - PASQUIER Émile, *Deux auteurs angevins du XV^e siècle*, in *Mém.Acad.Sc.Bell.Lett.Arts Angers* s.7 7-8(1953-1954) 85-98.

2141. - Idem, *Nouvelles notes angevines*. Angers, H. Siraudeau, 1955. In-8°, 28 pp.

Pretiosae traduntur notitiae biographicae de duobus scriptoribus franciscalibus saec. XV, quorum prior NICOLAUS DE ORBELLIS (d'Orvaux), assecla Doctoris Subtilis, multa scripsit de scientiis, philosophia et theologia (cf. J.H. SBARALEA, *Castigatio et supplementum ad scriptores trium Ordinum S. Francisci* II, Romae 1921, 285-286); alter autem PETRUS DE ORBELLIS (d'Orvaux) bonam laudem inter contionatores sui aevi adeptus est et collectionem sermonum scriptam reliquit (cf. J.H. SBARALEA, *op.cit.* 354s, qui suspicatur eum fuisse socium Congregationis Coletanorum). M. P.

Franciscus Micheli (del Padovano) de Firenze, O.F.M.Conv. † p. 1472

Vide etiam n.12.

2142. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Francesco Micheli del Padovano, di Firenze, teologo ed umanista francescano del sec. XV*, in *Arch.Franc. Hist.* 47(1954) 293-366; 48(1955) 73-130.

FRANCISCUS MICHELI DE FIRENZE, cognomine dictus DEL PADOVANO ratione originis patavinae suorum avorum, natus est Florentiae ca. an. 1396-1397; Ordinem minoriticum ingressus est ca. an. 1411-1412; an. 1418 discessit ex urbe Toulouse ubi theologiae studuerat; lauream doctoralem adeptus est Perusiae an. 1423; docuit vero Florentiae, Senis, Arimini et alibi; etenim an. 1433 accepit « gratias magistrales » (cf. editionem harum litterarum p.324-326); an. 1439-1443 (et forsan etiam deinceps) exstitit inquisitor haereticae pravitatis pro ditione florentina. Ipse vivebat adhuc mense augusto 1472. Has notitias A. accepit ex 17 documentis, quae in lucem profert p.317-333.

Potiorem vero pervestigationis partem A. destinat describendis operibus ipsius FRANCISCI, quae summam 12 scriptorum et totidem epistolarum attingunt. Etenim FRANCISCUS ipsa dictavit in altera suae vitae parte; de rebus moralibus et practicis (saepe ad Ordinem minoriticum attinentibus) agunt, et nonnumquam collecticia

sunt. Inscribuntur vero: 1) *Speculum christianae probitatis;* 2) *Christianarum institutionum liber;* 3) *Tractatus de S. Francisco ad plebem Veronensem;* 4) *Advisamenta pro reformatione facienda Ordinis Minorum* (quod opusculum A. typis edit p.109-130, et est maximi momenti pro historia Ordinis et pro decernenda aptitudine ipsius FRANCISCI circa Ordinis minime procrastinandam reformationem); 5) *Breviloquium de epidemia;* 6) *De insensata cura mortalium, ad illusos vitae huius amatores libellus;* 7) *De floccipendendo vulgo et contemnendis eius ineptiis et de quidditate fortunae;* 8) *Ad amicum quendam vitae praesentis plus quam expedit amatorem;* 9) *De quibusdam astrologorum parvipendendis indiciis;* 10) *De non negligendo vel etiam abdicando litterarum studio;* 11) *De ratione studendi sacrae Scripturae;* 12) *Orationes coram Summis Pontificibus.* Epistolas vero omnes A. in lucem edit: sunt vero magni momenti pro historia Ordinis franciscani duae missae ad Jacobum BASSOLINI, ministrum gen. O.F.M.Conv. (1454-1457), ut tandem Ordini reformando manum admoveret ,sedulam (p.79-86). M. A.

2143. - PRATESI Riccardo, O.F.M., *Discorsi e nuove lettere di Francesco Micheli del Padovano, teologo e umanista del secolo XV,* in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 83-105.

Ex ms. asservato in Firenze, *Bibl.Naz., cod.Landau-Finaly 152,* A. describit quaedam alia scripta FRANCISCI MICHELI (cf. *supra* n.2142), scil. quatuordecim orationes et tres epistolas.

Ex quibus orationibus septem recitatae fuerunt coram Romana Curia et una praesente ipso EUGENIO IV, probabiliter (ita A. autumat) currentibus an. 1434-1436. Ceterae sunt occasionales (de Nativitate Domini, pro degradatione delinquentis cuiusdam clerici, de virginitate ad moniales, funebre elogium). In eodem codice legimus etiam tres tractatus et totidem epistolas iam aliunde nota, sed tantisper aucta et emendata: etenim FRANCISCUS, qui humanas litteras optime callebat, antequam illa publici iuris faceret, retractaverat. M. A.

Joannes Brugman, O.F.M.Obs., † 19 oct. 1473

Vide etiam: n.36. 77 mss.; 149 opera; 949 Eucharistia; 1000 carmen.

2144. - VAN DEN HOMBERGH F.A.H., *Vijf eeuwen verering en verguizing van Jan Brugman. Bijdrage tot een bronnenkritiek,* in *Bijdr. Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 8(1956-1957) 329-341.

Critice examinatur quomodo persona notissimi praedicatoris popularis ducisque Observantiae Joannis BRUGMAN ab an. ca. 1455 usque ad haec nostra tempora diversimodo aestimata sit in ditionibus neerlandicis. Etenim, ad medium saec. XVII omnes fere eum famosum oratorem et zelatorem animarum efficacissimum laudaverunt, cum sequentibus saeculis (ca. 1660-1854) magis semper invalesceret opinio a scriptoribus Amstelredami diffusa, iuxta quam aliud non fuisset JOANNES nisi homo insane fanaticus, fraudator populi, ridiculus mediaevalis sermocinator. Nihilominus eloquentia et zelus animarum JOANNIS proverbii locum obtinuerunt apud populum neerlandicum. Ex parte protestantica bonam existimationem de JOANNE valide restituit W. MOLL celebri vulgato libro *Johannes Brugman en het godsdienstig leven onzer vaderen in de vijftiende eeuw, grootendeels volgens handschriften geschetst,* 2 voll., Amsterdam 1854. Ex parte catholica biographia definitiva JOANNIS adhuc desideratur. S. ST. A.

2145. - MAXIMILIANUS [VAN MOERDIJK], O.F.M.Cap., *Jan Brugman en het gebed « Sacrosanctae »*, in *Franc.Leven* 39(1956) 167-168.

Indicantur quinque codices, in quibus invenitur versio sermone neerlandico mediaevali exarata orationis *Sacrosanctae* post Horas Canonicas dicendae. Secundum additam rubricam Joannes BRUGMAN a Pontifice Romano nonnullas impetravit indulgentias omnibus hanc precem certis sub condicionibus recitantibus. Hanc tamen JOANNIS impetrationem A. non absque re in dubium vocat. In eisdem codicibus memoratur quod CLEMENS V (1305-1314) sacerdotibus et clericis hanc orationem post Officium devote recitantibus defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit. Duae recensiones memoratae orationis neerlandicae ab A. eduntur cum rubricis antiquis.

S. ST. A.

2146. - *Dit is een suuerlijc boecxken.* Het oudste gedrukte geestelijke liedboek in de Nederlanden naar het enig bekende exemplaar van de Antwerpse druk van 1508 in de Koninklijke Bibliotheek te 's-Gravenhage in facsimile uitgegeven, ingeleid en toegelicht door J.J. MAK. Voor de Stichting 'Onze Oude Letteren' in het jaar 1957 uitgegeven door de Wereld-bibliotheek. Amsterdam-Antwerpen, [Wereld-bibliotheek, 1957]. In-8°, XX-121 pp.

Antiquissimus canticorum spiritualium libellus neerlandicus, cuius editionis Antverpiensis an. 1508 unum tantum superest exemplum, iterum vulgatur et quidem perfecte similibus imaginibus (facsimile) expressus (p.3-98). In eo habentur duo carmina Joannis BRUGMAN, O.F.M.Obs., et unum Theodorici COELDE, O.F.M.Obs. Secundum J.J. MAK, Theodericus COELDE probabilis collector horum canticorum fuisset. Argumenta tamen allata, etsi sufficienter probent aliquem sodalem O.F.M. fuisse collectionis auctorem, THEODORICUM minime suggerunt.

Introductio, quam MAK praemisit editioni, iam antea apparuit in *Huldeboek Pater Dr. Bonaventura Kruitwagen, O.F.M.* ('s-Gravenhage 1949; cf. *Coll.Franc.* 20[1950] 430-432). Editionem sequuntur: elenchus abbreviationum (101s), adnotationes (103-115), index initiorum et materiae (117-121). - Aliam editionem (Antwerpen 1540) descripsit MAXIMILIANUS A MOERDIJK, O.F.M.Cap., in *Franc.Leven* 40(1957) 125-128, 148. Vide etiam *ibid.* 42(1959) 124s et *Ons Geest.Erf* 31(1957) 416-419.

S. ST. A.

2147. - HEGMAN W.E., *Middeleeuwse levens van de H. Lidwina van Schiedam; een bibliographische bijdrage*, in *Wetenschappelijke Tijdingen* 11(1953) 214-224.

Inter alias vitas S. LIDWINAE DE SCHIEDAM († 1435) media aetate compositas describitur illa a Joanne BRUGMAN neerlandice exarata.

S. Jacobus de Marchia, O.F.M.Obs., † 28 nov. 1476

Vide etiam: n.90. 105. 2125 mss.; 90 bibliotheca; 134 vita.

2148. - SACCHETTI SASSETTI Angelo, *Giacomo della Marca paciere a Rieti*, in *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 75-82.

Ineunte mense octobri 1444 S. JACOBUS DE MARCHIA, dum ex aquilana urbe peteret Terni, Reate constitit ibique publicis contionibus contendit nunnulla mala inter cives serpentia emendare. Imprimis vero discordias et partes tunc saevientes compescere voluit; quod tandem efficere valuit in sollemni notabilium conventu, qui die 11 oct. 1444, numero 427, in aula palatii episcopalis super evangelia iurarunt et in publicis actibus subscripserunt se pacem servaturos atque, ut id feliciter contingeret, invigilaturos. Sed videtur in posterum nil de his factum fuisse. A. eadem collegit ex actibus servatis in Rieti, *Arch.Comunale, Riformanze, vol.23,* et hic p.78-82 in lucem profert. M. A.

2149. - GHINATO Alberto, O.F.M., *Apostolato religioso e sociale di S. Giacomo della Marca in Terni,* in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 106-142. 352-390.

Ex documentis servatis in Terni, *Arch.Cittadino, Riformanze, vol. 497. 499* et *500,* A. describit duas commorationes S. JACOBI DE MARCHIA in eadem urbe, scil. mense nov. 1444 (id accidit certo diebus 11-22, sed forsan ibidem mansit per integrum mensem) et octobri 1455 (die 25 et probabiliter diebus 25-28 eiusdem mensis).

Etenim prima vice JACOBUS suis contionibus atque hortationibus effecit: ut in Reformationibus civitatis plurima statuerentur contra varias damnosasque luxus ostentationes, quae fiebant praesertim occasione sponsalium, nuptiarum et exsequiarum; et ad arcendos contractus illicitos atque usurarios, ludos, perturbationem nocturnae quietis, blasphemias, festorum profanationem ac nonnullas communicationes cum hebraeis. Peculiari vero mentione digna sunt ea quae, ipso JACOBO inspirante et disponente, pro sectis compescendis et pace servanda statuta sunt electione fere 300 bene moratorum civium, qui munere « conservatorum et defensorum » pacis fungerentur. Quae omnia, etsi in nonnullis decursu temporis variata, viginti post annis adhuc suam vim servabant. In altera vero visitatione S. JACOBUS interamnenses hortatus est ut sacellum quoddam in honorem S. BERNARDINI SENENSIS iuxta templum S. Francisci O.F.M.Conv. erigerent. Sed votum in cassum cessit, donec NICOLAUS DE SPOLETO, O.F.M.Obs., an. 1464 negotium iterum promovendum suscepit; et tunc tandem sacellum aedificatum est ad plateam civitatis, opera sodalitii S. BERNARDINI. - Praefata documenta typis eduntur p.370-390. Historica pervestigatio separatim quoque publicata est: A. GHINATO, O.F.M., *Vita religiosa del Quattrocento italiano. Apostolato religioso e sociale di S. Giacomo della Marca in Terni.* (Studi e Testi Francescani, 10). Roma, Edizioni Francescane, 1956, 24,5 cm., 88 pp.; nuntium vero eiusdem inquisitionis dedit: D. SCARAMUZZI, O.F.M., *Nuove luci su San Giacomo della Marca,* in *Osserv.Rom.* 1957 apr. 7, 4. M. A.

Henricus Herp (Harphius), O.F.M.Obs., † 13 iul. (22 febr.?) 1477

Vide etiam: n.36. 77 mss.; 62. 81 incunabula; 75. 149 opera; 129 vita, opera; 990 Ps.-Dionysius; 1091 abdicatio; 2275 inactio; 1140 cognitio mystica; 963 dona Spiritus Sancti; 1002. 1130 influxus.

2150. - MEUWESE A.P.M., *Erp, gemeente en parochie.* Uitgave van het Provinciaal Genootschap van Kunsten en Wetenschappen in Noord-Brabant. ['s-Hertogenbosch, Provinciaal Genootschap], 1955. In-8°. 144 pp.

Accurate narratur historia oppidi Erp in Brabantia septentrionali siti, quod iuxta A. sententiam — non novis tamen argumentis fir-

matam — patria fuisset praeclari magistri mystici HARPHII. Alii autem putant eum oriundum ab Erpe in Flandria orientali seu ab Erp prope Düren in Germania. S. ST. A.

2151. - JANSSEN Canisius, O.Carm., *L'oraison aspirative chez Herp et chez ses prédécesseurs*, in *Carmelus* 3(1956) 19-48.

2152. - Idem, *L'oraison aspirative chez Jean de Saint Samson*, *ibid.*, 183-216.

Duplici commentatione A. sibi finem praefixit: 1) notionem accuratam et momentum *aspirationis* penes Henricum HERP, O.F.M.Obs., declarare, et 2) eandem doctrinam apud JOANNEM DE SAINT SAMSON, O.Carm. († 1636), examinans, influxum prioris in alterum ostendere.

Vocis *aspirationis* sensu explanato, ortum et progressum orationum iaculatarum inde a Novo Testamento usque ad S. BERNARDUM CLAREVALLENSEM rapide prosequitur, cuius semitas fideliter pressit Schola franciscana. Peculiariter dein illustratur sententia HUGONIS DE BALMA, O.Cart., expressa in suo opere *Theologia mystica*, S. BONAVENTURAE diu perperam tributo. Tunc examinantur varii scriptores praesertim e motu Devotionis Modernae orti. Demum examen instituitur operis ipsius HERP quod *Speculum perfectionis* inscribitur (p.30-47), et quidem sequentibus gressibus: 1) delibatur structura animae ab HENRICO ad exemplum J. VAN RUUSBROEC excogitata. Etenim tres distinguit sphaeras seu mansiones concentricas: infimam, mediam et supremam. Viro religioso redeundum est ab exterioribus sensibus ad *essentialem unitatem animae* seu ad supremam mansionem. Ad mansionem infimam vero pertinent vires inferiores. Mansio media autem constituitur mente seu memoria, intellectu et voluntate. - 2) *Aspirationis* significatio, nexus cum intellectu atque obiectum proprium explicantur. Nam *aspiratio* est illud precationis genus, a vi concupiscibili ortum, quo homo activis affectionibus, crebro elicitis, ad unitatem cum Deo obtinendam impense contendit. - 3) Enucleatur habitudo *aspirationis* ad *amorem unitivum*, quae brevissime sic exprimitur: « Primum est corpus istius contemplationis, secundum est anima vel spiritus. Primum consistit in inferioribus viribus, secundum in superioribus » (40s). Omnia haec singulis textibus abundanter et fere exegetice comprobantur.

In commentatione altera prius monstratur influxus mediatus, quo doctrina mystici franciscalis de *aspiratione* alumno ex Ordine Carmelitarum derivata est. Inter ceteros nominantur BENEDICTUS A CANFIELD et CONSTANTINUS DE BARBANSON, uterque ex O.F.M.Cap. En JOANNIS iudicium de ambobus expressum: « En ma solitude j'ay conféré ces deux livres, celuy du P. Benoist et de Barbanson. P. Benoist ne me semble que spéculatif au respect de l'autre qui a la vray expérience des secrets mystiques » (188). Influxus vero directus non solum ex ipsorum sententia concordi sed etiam ex aliquibus citationibus explicitis clare patet. O. R.

2153. - COMBES André, *Influence du Pseudo-Denys en Occident. Harphius † 1477*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, col. 378-383.

Deficientibus dissertationibus particularibus de hoc insigni magistro spiritualitatis, prudenter omnino dicendum est de auctoritate AREOPAGITAE in scriptis atque doctrinis HARPHII. Colliguntur ergo ex operibus HARPHII omnes loci ubi explicitis verbis sententiae PSEUDO-DIONYSII adducuntur, et maioris momenti influxus AREOPAGITAE caute statuitur. HARPHIUS mente et voluntate videtur sequi AREOPAGITAM, accipiendo notionem elevationis in Deum mere affectivae. Nihilominus ei constanter resistit in aliquibus gravibus argumentis, propugnando scil.

crescentem facilitatem motuum anagogicorum pure affectivorum necnon raptum beatificum transitorie concessum intelligentiae viri contemplativi qui in amoris elevatione satis perseveraverit. S. St. A.

Joannes Foxal Anglicus, O.Min., fl. 1480

Vide etiam n.100.

2154. - *Giovanni Anglico*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 754.

Sixtus IV (Franciscus Della Rovere), O.F.M.Conv., † 12 aug. 1484

Vide etiam: n.12 bibliographia; 782 ms.; 89. 100 incunabula; 648 kabbala; 873-8 Imm. Conceptio; 1218 Virgo Perdolens; 1232 S. Joseph; 1586 canonizatio S. Bonaventurae.

2155. - Matanić Athanasius, O.F.M., *Xystus Pp. IV scripsitne librum « de conceptione beate virginis Marie »?*, in *Ant.* 29(1954) 573-578.

Quoniam nonnulli scriptores quasi coaevi vel suppares affirmarunt Sixtum PP. IV (1471-1484), antea Franciscum Della Rovere, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium sodalem atque ministrum generalem (1464-1469), librum *De conceptione beatae virginis Mariae* composuisse, A. problema penitius examinandum suscepit.

Testimoniis praelaudatis variorumque veterum ac recentiorum scriptorum, praesertim L. Wadding, O.F.M.Obs., sententia rite perpensis, A. ad hanc pervenit conclusionem: Summum Pontificem « minime quidem aliquem de conceptione B.M. Virginis tractatum scripsisse, auctorem autem saltem homiliae officii dicti Leonardi Nogaroli, ab ipso in honorem Virginis Immaculatae anno 1477 approbati, fuisse. Haec vero homilia, ab aliquibus qua 'opusculum' unius libri notata, ab aliis qua tractatus de Immaculata considerata est » (p.578). O. R.

Alexander Ariosti, O.F.M.Obs., † ca. 1486

2156. - Fussenegger Geroldus, O.F.M., *De vita et scriptis Fr. Alexandri Ariosti* († *circa 1486*), in *Arch.Franc.Hist.* 49(1956) 143-165.

Alexander Ariosti, certe Ferrariae (non Bononiae) ortus, primum studiis iuris vacavit; an. 1463-1466 in Palaestina commoratus est et dein an. 1475-1478 Syriam, Libanum, Palaestinam, Cyprum atque Aegyptum invisit, ex mandato Sixti IV missionem apud Maronitas obiturus, comitantibus quatuor sociis ex O.F.M.Obs., scil. Thaddaeo de Ferraria, Simone de Rhegio in Aemilia et, forsan, Antonio Maronita ac tandem quodam fratre laico cuius nomen ignoramus. Mortuus est post mensem iul. 1485.

Etenim A. in lucem edit (p.158-165) epistolam quandam eiusdem Alexandri sine nota temporis ad Simonem de Rhegio missam, in qua ipse ordine describit opera a se dictata. Et haec A. recenset, addita notitia de codicibus et editionibus, quae temporum decursu de ipsis exemplatae sunt. Alexandri vero scripta haec sunt: 1) *Serena conscientia* seu tractatus quidam in Regulam O.F.M., exaratus an. 1456-1458; 2) Florilegium quoddam praedicabile, deperditum; 3) tractatus quidam *De usuris*, typis editus Bononiae an. 1486; et alius 4) *De restitutionibus*, quod complementum quoddam ad eundem tractatum habendum est; 5) *Enchiridion seu Interrogatorium*, scil. manuale quoddam casuisticum de administratione paenitentiae sacramenti; 6) *Topographia Terrae promissionis*: quam descriptionem dictavit occasione

prioris commorationis in Palaestina (an. 1463-1466); 7) descriptio alterius sui itineris in Orientem; 8) duo scripta hagiographica de S. Bonaventura et B. Marco de Bononia, O.F.M.Obs.; tandem 9) supersunt 7 epistolae, quas ipse more humanistarum dictare atque expolire consuevit. - Cf. etiam *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 208-211. M. A.

B. Angelus Carletti de Chivasso, O.F.M.Obs., † 11 apr. 1495

Vide etiam: n.50. 74 opera; 62. 66. 100. 113 incunabula; 717 usura.

2157. - Moore E., S.J., *Principios constitutivos de la materia leve,* in *Arch.Theol.Gran.* 18(1955) 5-62.

Examinatur doctrina de parvitate materiae quatenus praesertim apud moralis theologiae magistros saec. XVI (Caietanum, Scholam Salmantinam) viguit. Sententia Angeli de Chivasso, O.F.M.Obs., breviter exponitur p.19-20. S. St. A.

Robertus Caracciolo de Lecce, O.F.M.Conv., † 6 maii 1495

Vide etiam: n.90 ms.; 62. 66. 89. 100. 113. 784 incunabula; 75 opera; 804 praedestinatio B.M.V.; 2075 sermo in honorem S. Bernardini.

2158. - de Boer Bertilo, O.F.M., *Een franciskaanse bibliofiel te Haarlem in de 17de eeuw,* in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 9 (1957-1958) 213-214.

Librorum amator Joannes Pütz, O.F.M.Rec. († 1676), alumnus prov. Coloniensis, dum apostolatum exerceret in missione neerlandica Harlemensi, pro eadem missione duo acquisivit post-incunabula pretiosa, quae nunc adservantur in bibliotheca Seminarii maioris cleri saecularis de Warmond: anonymi auctoris *De wyngaert van Sinte Franciscus,* Antwerpen 1518 necnon Roberto [Caracciolo] de Litio [Lecce, O.F.M.Conv.], *Sermones praestantissimi,* Lugduni 1503.

Notandi sunt tituli quos Joannes tribuit magistris nostris scholasticis in adnotatione f.341*a* *Sermonum* Caraccioli addita: « Nicolaus de Lyra, onsen profytelycker doctor [doctor proficuus]; Richardus de Media Villa, onsen stercker leraer [doctor fortis]; Franciscus Maijronis, onsen verlichter leraer [doctor illuminatus]; Landulphus [de Napoli], onsen vergaderter leraer [doctor collectivus]; Petrus Aureoly, onsen welspreekender leraer [doctor facundus]; Alexander de Ales, onsen onoverwinlijcker leraer [doctor invincibilis]; S. Bonaventura, onsen devoter leraer [doctor devotus] ». S. St. A.

Nicolaus Tinctor de Gunzenhausen, O.Min., † 1498

2159. - *Nicola Tinctor,* in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 896.

Joannes de Colonia, O.F.M.Conv., fl. saec. XV

2160. - *Giovanni di Colonia,* in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 755.

Petrus de Castropol, O.F.M.Conv., saec. XV

2161. - Munsterberg M., *A Spanish Friar on the Athanasian Creed,* in *Boston Public Library Quarterly* 9(1957) 211-213.

Describitur argumentum *Tractatus super psalmum Quicumque vult,*

auctore PETRO DE CASTROPOL (al. Castrobel et Castrovol) secundum exemplar Pampelone editum an. 1499, quod nuper Bibliotheca Bostoniensis acquisivit. Haec editio non recensetur a J.H. SBARALEA, O.F.M.Conv., *Supplementum et castigatio ad scriptores trium Ordinum S. Francisci* II, Romae 1921, 334, sed alia significatur quae in eadem civitate prodiit an. « 1496 in fol. apud Gulielmum de Brocario ». M. P.

Stephanus Brulefer, O.F.M.Obs., † ca. 1500

Vide etiam: n.77 ms.; 143 vita, opera; 755 generatio aeterna.

2162. - BETTONI E., O.F.M., *Brulefer Étienne*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 806.

S. Catharina de Genova, T.O.F., † 15 sept. 1510

Vide etiam: n.2052 excerpta; 1064 dialogus spiritualis.

2163. - S. CATERINA DA GENOVA, *Opere*. Presentazione, riduzione alla forma attuale e note di Giuseppe DE LIBERO. (Collana « Amanti di Dio », 5). [Modena], Edizioni Paoline, [1956]. 18,8 cm., 255 pp.

S. CATHARINAE opera, quae iterum typis eduntur, sunt *Dialogo* perfecti amoris (p.77-223) et *Trattato del Purgatorio* (227-252), quibus Ed. praemittit nonnullas S. CATHARINAE sententias, ex ipsius *Vita* excerptas, quas inscribit *Testimonianze e dottrina del perfetto amore* (51-73). Interea in praefatione disseruerat de vita ipsius CATHARINAE, de compositione et editionibus eius operum atque de ratione huius publicationis (7-45).

Ed. enim voluit genuinum textum catharinianum (iuxta ed. an. 1551) aliquo modo interpretari atque ad hodiernae linguae italicae formam reducere, ita ut lector quilibet facile valeat eadem scripta intelligere. Quod attigisse Ed. censendus est; at nemo ignorat difficultates et obiectiones in quas huiusmodi reductionis ratio incurrit. Certo tamen ipse poterat aliquid amplius delibare de spiritualitate et doctrina CATHARINAE, ita ut ipsius opera, quae re vera minime sunt intellectu facilia, aliquo modo explanarentur. M. A.

2164. - S. CATERINA DA GENOVA, T.O.F., *Trattato del Purgatorio*, [A cura di VALERIANO DA FINALMARINA, O.F.M.Cap.]. (I Capolavori dei Mistici Francescani). Genova, « Vita Francescana », 1954. 18 cm., XXIII-63 pp., tab.

Tractatus huiusmodi cum eadem praefatione in lucem prodiit ibidem an. 1929.

2165. - [S. CATERINA DA GENOVA], *Libro de la vita mirabile & dottrina santa, de la beata Caterinetta da Genoa. Nel quale si contiene vna vtile & catholica dimostratione & dichiaratione del purgatorio.* Stampata in Genoua, per Antonio Bellon. Nelli Anni del Signore M.D.L.I. - Edizione fotozincografica curata da « Vita Francescana ». Genova, Minori Cappuccini, [1957]. 15,5 cm., [8]-272 ff., ill.

2166. - Lubienska de Lenval Hélène, *Les Dialogues de Sainte Catherine de Gênes,* in *Vie Spir.* 91(1954) 263-270.

Brevis ac vivida informatio circa *Dialogorum* rem atque modum.

2167. - Cassiano da Langasco, O.F.M.Cap., *Dottrina di S. Caterina da Genova sul Purgatorio,* in *Tabor* 1957, 478-482.

2168. - Schamoni Wilhelm, *Kostbarkeiten. Kanonisierte und nicht kanonisierte Heilige über das geistliche Leben.* Paderborn, Ferdinand Schöningh Verlag, 1957. In-8°, 256 pp.

A. proponit mentem seu cogitata 33 sanctorum ac servorum Dei circa vitam spiritualem. Inter ipsos adnumerantur quoque S. Franciscus Assisiensis et S. Catharina de Genova. - Brevem quoque vitam delineavit Maura Sr., O.S.F., *Led by love,* in *The Cord* 4(1954) 166-175. M. A.

2169. - Alméras Ch., *S. Paul de la Croix.* Bruges, Desclée de Brouwer, 1957. 20 cm., 292 pp.

In scriptis S. Pauli a Cruce saepe occurrunt locutiones ac sensus, quae S. Catharinae de Genova propria dignoscuntur: et minime ambigendum est S. Paulum illa mutuasse ex Catharinae scriptis, quia ipse versabatur in regione ianuensi eo definite momento quo Catharina inter beatos (1735) et sanctos (1737) adnumerata est. M. A.

Philippus Porcacci, O.F.M.Conv., † 13 sept. 1511

2170. - Santinello G., *Porcacci Filippo,* in *Enc.Fil.* III, 1957, Venezia/Roma, 1957, 1517.

Gomes de Lisboa, O.F.M.Conv., † 1513

Vide etiam: n.81. 100 incunabula.

2171. - Vaccari Pietro, *Maestri e discepoli spagnuoli nell'Università di Pavia nell'età di Ferdinando il Cattolico,* in *Fernando el Católico e Italia.* V Congreso de Historia de la Corona de Aragón. *Estudios* III, Zaragoza 1954, 261-265.

Inter magistros Ticinenses, de quibus A. sermonem instituit, excellit Gometius Olisiponensis, O.F.M.Conv., qui praelectionibus et scriptis doctrinam traditionalem Scholae franciscanae tradebat adversus irrumpentes thomistarum sententias. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1427, ubi perperam asseritur hunc scriptorem esse sodalem O.F.M.Obs. M. P.

Bernardinus de' Bustis Mediolanensis, O.F.M.Obs., † prob. 8 maii 1513

Vide etiam: n.88 ms.; 62. 100. 113. 784 incunabula; 626 regalitas B.M.V.; 936 matrimonium B.M.V.; 1235 S. Josephi purificatio; 717 usura; 50. 1129. 2243 influxus.

2172. - SWIDER Ladislaus, *« Horulae Matris Dei », seu Officium Parvum de Immaculata Conceptione B.M. Virginis eiusque mira cum cantu populari per Poloniam expansio*, in *Virgo Immaculata* XV, Romae 1957, 339-364.

Elucubratione sua A. enarrat *Horularum Matris Dei* auctorem et diffusionem, speciatim in terra mariana Poloniae, indolem ac compositionem, momentum pro tempore nostro.

Quod nostras res hic pressius attinet, in eo est, quod A. post alios viros peritos, uti P. DEBUCHY, S.J., necnon C. CAHIER, S.J., paternitatem BERNARDINI DE' BUSTIS pro *Officio Parvo* vindicare satagit (p.339-343). Quin rem hic enucleatius indagare possimus, id tantum animadvertendum esse censemus Auctorem p.345s plura asserta erronea proponere, cum inquisitionem L. CEYSSENS, O.F.M., nondum inspicere potuerit (cf. *supra* n.1273). - Inter Officii commentatores e nostratibus adhuc recolendus est. Edmundus WATERTON, S.A. (an. 1879).

Plura nuper prodierunt studia idiomate polonico exarata, quae *Officii Parvi* versionem popularem *Godzinek* nuncupatam examinant atque vel cum textibus biblicis, vel cum Officio consimili LEONARDI DE NOGAROLE conferunt vel eiusdem verum auctorem pervestigant: H. CZOSNOWSKA-ŁUBIENSKA, *Od polskich « Godzinek » do biblijnego myslenia*, in *Ruch Biblijny i Liturgiczny* 10(1957) 299-311; Aleksy KLAWEK, *Powstanie « Godzinek » o Matce Bożej*, *ibid.* 5(1952) 177ss; Julian WOJTKOWSKI, *Powstanie « Godzinek » o Niepokalanym Poczęciu NMP. z Modlitw Wacława*, in *Roczniki Teologiczno-Kanoniczne* 2(1955) 23-28. Has indicationes grati desumpsimus e relatione B.M. PRZYBYLSKI, O.P., in *Mar.* 21(1959) 240s. Pro *Horularum* editionibus et commentationibus, circa eas an. 1903-1955 in Polonia vulgatis, cf. Z. SZOSTKIEWICZ - S. WESOLY, *ibid.* 18(1956) 24*, n.455-470. O. R.

Ambrosius de Montesino, O.F.M.Obs., † 29 ian. 1514

Vide etiam: n.60 incunabula; 931 regalitas B.M.V.

2173. - RUIZ I CALONJA Joan, *Fra Ambrosio Montesino, Ferrando de Vedoya i Gràcia Dei, a la cort de Ferran el Catòlic*, in *Est. Romànics* 4(1953-54) 241-250.

Ex documentis nunc primum editis ex *Archivo Corona de Aragón, ARP, reg.876,* f.114*r*. 154*v*, illustratur historia versionis hispanicae celeberrimi operis *Vita Christi*, quam ut vota regis FERDINANDI Catholici exsequeretur perfecit ante diem 3 ian. an. 1500 AMBROSIUS DE MONTESINO. Magni quoque habenda est notitia bibliographica quae, introductionis instar, disquisitioni praemittitur. M. P.

Theodericus Coelde de Münster, O.F.M.Obs., † 11 dec. 1515

Vide etiam: n.77 ms.; 2146 carmen.

2174. - CLASEN Sophronius, O.F.M., *Coelde* (Kolde, von Münster, von Osnabrück) *Dietrich* (Derik u.ä., Theodorich), in *Neue Deutsche Biographie* III, Berlin [1957], 307*a*.

2175. - DREES Clemens, *Der Christenspiegel des Dietrich Kolde von Münster, kritisch herausgegeben*. (Franziskanische Forschungen, 9). Werl/Westf., Dietrich-Coelde-Verlag, 1954. 23 cm., VII-95*-379 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 436-438. Videantur insuper:

Arch.Franc.Hist. 47(1954) 440s; *Ons Geest.Erf* 28(1954) 321s; *Sint Franc.* 2(1956) 315s. Praeter debita encomia JULIUS [VAN GINNEKEN], O.F.M.Cap., *De kerstenspiegel van Dirc Coelde van Münster*, in *Franc. Leven* 37(1954) 61-63 quasdam lacunas significat tam in manuscriptis quam post-incunabulis. O. R.

2176. - CLASEN Sophronius, O.F.M. (Ed.), *Alte niederdeutsche Gebete zur Immaculata*, in *Wiss.Weish.* 17(1954) 213-214.

Theoderici COELDE de Münster opportune vulgantur ac vertuntur duae preces in honorem immaculatae Conceptionis, lingua germanica inferiore exaratae. Insignis sodalis franciscanus easdem suo libello adiunxit: *Dit synt die seuen getzide seyr deuotelichen geprediget durch den gelarden und furigen geistlichen herren Broder Dederich van Munster des observanten ordens.* Gedruckt vp sent Marcellen straissen Johan van Sollynghen 1518 (cf. A. GROETEKEN, in *Franz.Stud.* 37[1955] 400-402). O. R.

2177. - GROETEKEN Albert, *Der älteste gedruckte deutsche Katechismus und die niederdeutschen Volksbücher des seligen Dietrich Kolde von Münster*, in *Franz.Stud.* 37(1955) 53-74. 189-217. 388-410.

Haud sine fructibus A. attentionem direxit ad primum catechismum — etsi non hoc nomine venerit —, quem Theodericus COELDE a Münster, O.E.S.A. prius et postea O.F.M.Obs., primus lingua germanica inferiore typis mandavit. Auctor de sodalis franciscalis veneratione non solum magna merita sibi acquisivit, sed insuper vitae eius enarrationem publicavit (cf. *Coll.Franc.* 8[1938] 453s).

En huius pervestigationis argumenta praecipua: 1) conspectu generali eiusdem actuositas apostolico-litteraria delibatur (p.53-57). - 2) Duo illius catechismi examinantur, videl. a) minor *Een scoon spieghel der simpelre menschen* praenotatus (cf. editionem criticam in C. DREES [cf. *supra* n.2175], p. 3-27), cuius origo innuitur necnon prima versio in idioma germanicum modernum offertur (58-74); b) medius *Der Kerstenen spiegel oft Hantboeczken wt gegeuen by Broeder Dierick van Munster* inscriptus (DREES, 29-321), cuius dilucidantur tempus ac adiuncta originis (189-201). THEODERICUS siquidem librum adhuc alumnus Ordinis Eremitarum in coenobio Coloniensi, et quidem qua manuale fraternitatum SSmi Salvatoris O.E.S.A. et Rosarii O.P., exaravit. Hic exhibetur quoque quaestionarium recognitionis speculi christifidelium medii a Ludovico KELLEN, O.F.M.Rec. an. 1674/77 factae, cuius ante bellicos eventus unicum exemplar inveniebatur ad Darmstadt, *Staatsbibliothek* (201-217). - 3) Catechismus maior *Der spieghel des kersten ghelouven* seu speculum fidei christianae appellatus a DREES (*loco cit.*, 39* adn. 63) Nostro negatur. Auctor tamen genuinitatem huius operis omni studio vindicare satagit (388-390), insuper illius redactionis maioris mss. (390-392), incunabula (392-394) ac argumenta praecipua (394s) significat. - 4) Cetera scripta THEODERICI vulgo destinata singulatim enumerantur (397-404). - 5) Scripta spuria considerantur, quae magister et presbyter Theodericus KERCKERINGK a Münster († 1422) composuit (404-407). - 6) Indoles, praestantia et argumenta illustrationum aestimantur, quas domus librariae libellorum editionibus inseruere (407-410). - Nemo est qui non videat momentum huius elucubrationis ad actuositatem litterariam sodalium franciscalium luce collustrandam. O. R.

Marcus Vigerio, O.F.M.Conv., † *516

2178. - ODOARDI Giovanni, O.F.M.Conv., *Vigerio, Marco*, in *Enc. Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1411s.

Lucas Pacioli de Borgo San Sepolcro, O.F.M.Conv., † 1517

Vide etiam n.98.

2179. - CASTIGLIONE T.R., *Luca Pacioli e Leonardo da Vinci. (A proposito del Manoscritto ginevrino « De Divina Proportione »)*, in *Misc.Franc.* 54(1954) 636-650.

Lucas PACIOLI seu etiam PACIOLO, de Borgo San Sepolcro anno 1445 ortus et ca. an. 1475 Ordinem Seraphicum ingressus, plures tractatus de re mathematica conscripsit atque eandem disciplinam docuit pluribus in locis, uti Pisis et Florentiae (an. 1500-1505).

A. vero, qui litteraturam etiam recentiorem de eodem LUCA novit, tria praesertim describit, scil: 1) contra nonnullos detractores vindicat probitatem eiusdem LUCAE qua hominis atque scriptoris, qui minime plagiarius exstitit relate ad opera PIERI DELLA FRANCESCA; 2) celebrem tractatum inscriptum *De Divina Proportione*, cuius archetypus adservatur in Genève, *Bibl.Publ. et Univ., ms. Petau 210*, ipse dedicavit duci mediolanensi Ludovico SFORZA, dicto Moro; codex vero an. 1720 inveniebatur Lutetiae Parisiorum atque an. 1756 pervenit ad praedictam Bibl. urbis Genève; 3) sexaginta vero tabulae, quibus ornatur, calamo coloribusque pictae fuerunt a LEONARDO DE VINCI, qui cum eodem LUCA magna amicitia copulabatur praesertim dum ipsi una viverent Mediolani an. 1496-1499 stipendio ducis Ludovici SFORZA. Hoc clare innuit ipse LUCAS et evincitur quoque ex eo quod ipsemet LEONARDUS plurimum inquisivit de numero aureo, qui principium proportionis reputabatur et de quo LUCAS quoque in suo tractatu agit. M. A.

Joannes Thénaud, O.F.M.Obs., fl. 1520

Vide etiam n.648.

2180. - SECRET F., *Jean Thénaud, voyageur et kabbaliste de la Renaissance*, in *Bibliothèque d'Humanisme et Renaissance* 16(1954) 139-144.

Singulae notitiae de Joanne THÉNAUD, sparsim et rarius inventae, colliguntur et ulterius perficiuntur. Frater ille unice fere notus est ut peregrinator, qui iter suum an. 1512 ad Terram Sanctam factum vivide descriptum an. 1530 Parisiis vulgavit, sed etiam alios libros exaravit quos tamen typis non edidit. Inter eos eminent tractatus de kabbala FRANCISCO I regi Galliae erudiendo compositi.

Utilitatis causa elenchum scriptorum eius referimus: 1) *Voyage itinéraire de oultre mer faict par frère Jean Thénaud, maistre ès art, docteur en théologie, gardien des frères mineurs d'Engoulesme* [= Angoulême] *et premièrement dudict lieu d'Engoulesme iusques au Cayre* (cf. HAIN, n.15466; novam editionem curavit C. SCHEFER in *Collection des récits de voyage et documents pour servir à l'histoire de la géographie*, Paris 1884, V). 2) *Le Triomphe des Vertus*, duabus partibus constans scil. *Traité de la Cabale céleste* et *Lignée de Saturne* (1539); 3) *La Saincte et trescrestienne Cabale métrifiée* (1540); 4) *La Marguerite de France ou chronique abrégée des rois qui ont régné es Gaules depuis Samothes-Dis fils de Japhet iusques à Charles VIII inclusivement;* 5) *Traicté des divinités poétiques;* 6) versio Epistolarum S. Pauli. S. ST. A.

Franciscus Lychetus, O.F.M.Obs., † 15 sept. 1520

Vide etiam: n.91 ms.; 755 generatio aeterna; 2216 influxus.

2181. - *Licheto Francesco*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 46.

Franciscus de Castrocaro, O.F.M.Obs., fl. 1521

2182. - Matanić Athanasius, O.F.M., *Francisci de Castrocaro, O. F.M., oratio seu in Martinum Luterum invectiva in capitulo Ordinis anno 1521 habita*, in *Ant.* 31(1956) 409-418.

A. describit fasciculum quendam valde rarum Bononiae impressum an. 1521 et asservatum in *Bibl.Vat., Barb.G.VIII.125, int.5*, in quo una cum duabus epistolis praesentationis, legimus orationem quam Franciscus de Castrocaro, (qui, humanistarum quos vocant more, se Philolaurum appellat) dixit in capitulo generali celebrato in oppido Carpi an. 1521. Ex qua oratione A. exscribit postremam partem, ubi (p.413-418) Franciscus disserit de Ordinis franciscani per orbem diffusione et de periculis a lutheranismo inductis. M. A.

B. Baptista de Varano, O.S.Cl., † 31 maii 1524

Vide etiam: n.129 vita, opera; 2052 excerpta.

2183. - Felice da Mareto, O.F.M.Cap., *Varano, Battista da, beata*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1030.

2184. - Boccanera Giacomo, *Biografia e scritti della B. Camilla-Battista da Varano, Clarissa di Camerino (1458-1524)*, in *Misc.Franc.* 57(1957) 64-94. 230-294. 333-365.

In optima hac inquisitione de B. Baptista de Varano, ordine atque ratione describuntur: 1) fontes archivorum, vitae tum manuscriptae cum typis editae, casus familiae de Varano, chronologia vitae (cf. *Coll. Franc.* 30[1960] 344) et iconographia ipsius Baptistae; 2) manuscripta (n.35, quorum 3 sunt autographa et quaedam deperdita) et editiones tum omnium cum quorundam tantum opusculorum B. Baptistae (quae ad n.52 pertingunt); 3) fortuna bibliographica ipsorum scriptorum penes quoslibet auctores (quorum series ascendit ca. ad n.150): cui tamen seriei A. peropportune praemittit descriptionem rei tractatae et temporis compositionis.

Quorum scriptorum seriem hic referre liceat, scil: 1) *Quando serà che possa contemplare* (laus dictata an. 1479-1481); 2) *I ricordi di Gesù* (in duplici redactione an. 1483 et 1491); 3) *I dolori mentali* (1488); 4) *Due preghiere a Dio* (1488-1490); 5) *Vita spirituale* (1491); 6) *Transito del b. Pietro da Mogliano* (1491); 7) *Memoria del monaco olivetano spagnolo* (1492); 8) *Istruzioni al discepolo* (1501); 9) *Ad una religiosa* (1506?); 10) *Visioni di s. Caterina da Bologna* (1512); 11) *Lettera alla suora vicaria* (1513); 12) *Lettera a Muzio Colonna* (1515); 13) *Lettera a Giovanni da Fano* (latine dictata an. 1521); 14) *Trattato della purità del cuore* (1521); cetera vero opuscula nescimus quo tempore scripta sint: 15) *Novena alla Vergine;* 16) *Preghiere alla Vergine;* 17) *Dichiarazione sulla Regola delle Clarisse;* 18) *Lettera al medico Battista Pucci;* 19) *Considerazioni sulla Passione*; 20) *Preghiera eucaristica;* 21) *Distici latini;* 22) *Sonetto alla Vergine.* Sed opuscula sub n.1. 14. 19. 20. 21. 22 recensita A. tenet dubie authentica. Eadem vero scripta interea ipse in lucem edidit an. 1958 (cf. *Coll.Franc.* 30[1960] 344). M. A.

3. - *A fundatione Ordinis Fr. Min. Capuccinorum ad subversionem gallicam (1528-1789)*

Barnabas de Palma, O.F.M.Obs., † 14 oct. 1532

2185. - LETURIA Pedro de, S.J., *Cordeses, Mercuriano, Colegio Romano y lecturas espirituales de los Jesuitas en el siglo XVI*, in *Arch. Hist.S.J.* 23(1954) 76-118.

Inter scriptores spirituales, qui saec. XVI apud Hispanos vim et efficacitatem non modicam habuerunt, iure meritoque recensendus est BARNABAS DE PALMA, quamvis eiusdem doctrina adhuc satis pervestigata non est (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.646). Nunc autem Petrus de LETURIA sagaciter demonstrat influxum huius magistri franciscalis in tractatus spirituales et ipsam propriam spiritualitatem Antonii CORDESES, S.J., itemque in alios sodales jesuitas praesertim in civitate Gandia, ubi plurimi quoque habebatur auctoritas alterius fratris laici JOANNIS DE TEXEDA, O.F.M.Obs.

Notamus quod Petrus SÁINZ RODRÍGUEZ exquisita et erudita animadversione in *Arch.Hist.S.J.* 23(1954) 351-366 locupletiores notitias de hoc argumento profert et multa affert de historia, structura, editionibus excellentissimi tractatus BARNABAE, cui titulus *Via spiritus*. - Addere possumus, suspicionem hoc eodem tractatu usum esse Joannem FALCONI, O. de M. († 1638), apprime confirmatam esse posterioribus investigationibus, quandoquidem *Via spiritus* idem est ac *Camino de perfección del alma*, Sevilla 1532 (cf. Elías GÓMEZ, O. de M., *Fr. Juan Falconi de Bustamante. Estudio biográfico-expositivo*, Madrid 1955, 333). M. P.

Joannes Vodnansky (Aquensis), O.Min., † 1534

2186. - KOUDELKA Vladimirus J., O.P., *Quid theologi in Bohemia saec. XIV et XV senserint de conceptione B.M. Virginis*, in *Virgo Immaculata* XIV, Romae 1957, 147-152.

Thema, commentarii titulo clare enuntiatum, tractans A. inter nostrates adducit etiam Joannem VODNANSKY (Aquensem), « qui an. 1506 absolvit lingua bohemica opus prolixum, cui titulus: *Tractatus de conceptione purissima et immaculata Mariae Virginis* » (p.151).

Forma colloquii scriptor disputat cum coenobii ad Horaždovice benefactore Henrico SVIHOVSKY. Opus est primum vel saltem unum e primis quo patrio sermone privilegium marianum illustratur. Adservatur manu scriptum ad Praha, *Bibl.Univ. XVII.H 18* ac *XVII.H 5*. In hoc scripto sodalis franciscanus Praedicatores acriter impugnat. Mysterii explanatio tamen magnis laborat defectibus. Ex encyclopaedia cecoslovacensi *Masaryku v Slovník Naučny* VII, 701s, desumimus, quod Joannes an. 1460 lucem adspexit atque 1534 ad superos evolavit in loco Bechyni. O. R.

Alfonsus de Madrid, O.F.M.Obs., † 1535 (?)

Vide etiam: n.1004 heroicum; 1006 mystica; 477 influxus.

2187. - CHRISTIAENS Jean, *Alonso de Madrid. Contribution à sa biographie et à l'histoire de ses écrits*, in *Lettres Romanes* 9(1955) 251-268. 439-462.

Paucae sunt et incertae notitiae biographicae ALFONSI MATRITENSIS; Auctor autem omnes diligenter colligit et critice perpendit in prima disquisitionis parte, et quidem non solum eas quae vicissitudines vitae externas respiciunt, sed illas quoque quae institutionem spiritualem et intellectualem declarant. Est animadvertendum quod haud spernendis argumentis Auctor contendit demonstrare ALFONSUM fuisse sodalem provinciae Compostellanae O.F.M.Obs., non autem provinciae Castellae multoque minus provinciae Carthaginensis. Deinde in subsequentibus capitibus copiose periteque disseritur de singulis ALFONSI operibus deque eorundem editionibus et versionibus, quarum historia enarratur.

Haec commentatio haud parvis commendanda videtur laudibus. Dicam tamen unum quod mihi non probatur. Nimirum Auctor asserit (p.449) ALEXIUM SEGALA A SALÒ, O.F.M.Cap. († 1628) editioni latinae *De Arte Deo serviendi* JOANNIS MICHAELIS, O.Cart., (Lovanii 1652) addidisse « exercitia, exempla, historiolas »; ego autem dicerem quod in praefata editione latina ipsemet JOANNES MICHAEL inseruit ab eodem sermone latino translatum opus quoddam ALEXII SEGALA. Cf. ILARINO DA MILANO, O.F.M. Cap., *Biblioteca dei Frati Minori Cappuccini di Lombardia*, Firenze 1937, n.161. M. P.

2188. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Alonso de Madrid et Melquiades*, in *Rev.Asc.Myst.* 30(1954) 29-71.

Die 21 martii an. 1575 supremus moderator Societatis Jesu E. MERCURIAN catalogum texuit librorum, quos sine delectu eius subditi legere non debebant, inter quos recensebatur aureum opusculum ALFONSI MATRITENSIS *Arte de servir a Dios*. Hunc catalogum sodalibus provinciae jesuitae Toletanae aptavit eius moderator Antonius CORDESES, S.J., qui illud opusculum ignoto cuidam MELCHIADI tribuit; quam attributionem explicare non potuit Petrus LETURIA, S.J., qui data opera quaestionem aggressus est (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1448). Nihilominus A. erudita perquisitione demonstrat confusionem ortam esse eo quod in editione Antverpiensi an. 1551 *Artis Deo serviendi* invenitur aliud opusculum *Memorial* dictum, cui adduntur excerpta ex revelationibus MECHTILDIS DE HACKEBORN, cuius nomen laudatus catalogus perperam MELCHIADEM interpretatur. Ceterum *Memorial* ab ALFONSO non est scriptum. Itaque tota confusio ex depravata lectione et incerta interpunctione provenit.

Sane A. errorem detexit et emendavit per viam nimis longam. Explicatio est facilior quam ipse crediderat. Etenim an. 1505 card. Franciscus JIMÉNEZ CISNEROS, O.F.M.Obs., ad pietatem fovendam et propagandam suis sumptibus Toleti typis vulgare fecit opera ANGELAE DE FOLIGNO, quibus accedit aliud opus, scil. *Liber spiritualis gratiae*, auctrice MECHTILDE DE HACKEBORN, quae in editione Toletana reapse scribitur MELCHIADES et inde in errorem inductus est Antonius CORDESES, et scriba omisit virgulam separationis inter hoc nomen et titulum operis *Arte de servir a Dios*. Ad hanc conclusionem posteriore tempore pervenit laudatus P. LETURIA alia elucubratione, scil. *Cordeses, Mercuriano, Colegio Romano y lecturas espirituales de los Jesuitas en el siglo XVI*, in *Arch.Hist.S.J.* 23(1954) 97. 113; itemque Petrus SÁINZ RODRÍGUEZ, disserens de eodem argumento *ibid.*, 354. M. P.

2189. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Saint Ignace et Alonso de Madrid*, in *Rev.Asc.Myst.* 32(1956) 196-214.

Enucleatius proponitur haud dubia connexio quam non ita pridem Petrus MESEGUER, S.J., inter aureum opusculum *Arte de servir a Dios* et librum *Exercitiorum* S. IGNATII adumbraverat (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1447). Siquidem accurata collatione facta, multiplicatis ex utraque parte textibus, negari non possunt affinitates quamplurimae cum in verbis tum in sententiis. Nihilominus A. candide fatetur hoc indubium factum neque adimere neque minuere originalitatem classici operis S. IGNATII, sed satis demonstrare utrumque supparem auctorem eadem problemata sui temporis easdemque sollicitudines expertum esse et similibus locutionibus usum esse ad opiniones manifestandas. M. P.

2190. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Aux sources du « Combat spirituel ». Alonso de Madrid et Laurent Scupoli,* in *Rev.Asc.Myst.* 30 (1954) 117-139.

Collatis notis et pervulgatis operibus *Arte de servir a Dios* (Alcalá 1526 et deinceps) et *Il combattimento spirituale* (Venezia 1589 et deinceps), in medium proferuntur plures similitudines et concordantiae sive in methodo adhibenda in servitio divino, sive in exercitio virtutum, sive in normis et principiis vitae christianae proponendis. Quocirca A. concludit Laurentium SCUPOLI, O.Theat., multa deprompsisse ex opere ALFONSI, quamvis in rerum applicatione est originalis et omnia ipse clariore ordine et forma exposuit. Ceterum scriptor theatinus non pedisseque magistrum sequitur sed industria et arte rem in propriam convertit.

De influxu spiritualitatis franciscanae aliquot abhinc annos disseruerat UBALDUS ALENCONIENSIS, O.F.M.Cap., *Des influences franciscaines sur l'auteur du Combat spirituel,* in *Ét.Franc.* 27(1912) 72-83. M. P.

2191. - DONATO DE MONLERAS, O.F.M.Cap., *Dios, el hombre y el mundo en Alonso de Madrid y Diego de Estella,* in *Coll.Franc.* 27(1957) 233-281. 345-384.

Vulgantur prima et altera pars inauguralis dissertationis ad lauream in Facultate theologica Universitatis Gregorianae obtinendam. Auctor sibi proposuit in supradictis scriptoribus franciscalibus invenire sensum ac valorem Dei, hominis et mundi comparate ad vitam spiritualem. Et quidem in prima parte demonstrat utrumque auctorem constituere fundamentalem positionem perfectionis erga Deum in nota caritatis, quae exerceri debet in maxima puritate vel perfectione possibili. Accurate significantur differentiae, quae in propria cuiusque explicatione inveniuntur. Quoad aestimationem autem hominis in ordine ad perfectionem duo scriptores radicaliter inter se conveniunt sub adspectu negativo, dum e contrario essentialiter differunt sub adspectu positivo; ALFONSUS proprietates et possibilitates hominis extollit ad purum amorem exercendum; DIDACUS vero viribus humanis diffidit et methodum renuntiationis et detestationis praediligit. Omnia asserta allatis auctoritatibus comprobantur eaque A. subtiliter interpretatur. Hanc dissertationem historiographi et cultores spiritualitatis saec. XVI magni certe habebunt. M. P.

2192. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Alonso de Madrid théoricien du pur amour*, in *Arch.Hist.S.J.* 25(1956) 351-379.

Hac dissertatione penitius theologia spiritualis ALFONSI MATRITENSIS pervestigatur, et quodammodo explicatio profertur prohibitionis E. MERCURIAN de qua actum est n.2188. A. in sententiam eius de amore Dei et de spe fusius inquirit et cum Schola spiritualitatis Societatis Jesu sedulo confert. Doctrina ALFONSI nulla quietismi nota inuritur, sed absque dubio tendentiam mysticam attingit, quam censura supradicta a sodalibus jesuitis segregare cupiebat. Tractatio est revera gravis et certis argumentis innixa. M. P.

2193. - LEKEUX Martial, O.F.M., *Auteurs franciscains: De l'usage de la volonté par Alphonse de Madrid*, in *Message Franciscain* 10 (1955) 151-154.

Franciscus Titelmans ab Hasselt, O.F.M.Cap., † 12 sept. 1537

Vide etiam: n.77 ms.; 50. 74 opera.

2194. - GROOTENS Pietro, S.J., *Titelmans, Franciscus*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 145.

Summaria notitia traditur de vita et scriptis huius egregii viri, qui dum munere ministri provinciae Romanae O.F.M.Cap. fungebatur, die 12 sept. an. 1537 ad superos volavit. Qui copiosiores desiderat notitias, adeat subsidia bibliographica recensita in *Lexicon Capuccinum*, Romae 1951, 638s. M. P.

2195. - GOMES DOS SANTOS Maurício Domingos, S.J., *Francisco Titelmans O.F.M. e os origens do Curso Conimbricense*, in *Rev.Port.Filosofía* 11(1955) 468-478.

Auctor non una ratione demonstrat FRANCISCUM TITELMANS, O.F.M. Cap. (antea autem O.F.M.Obs.), haud parvam habuisse vim in compositione *Cursus* philosophici Conimbricensis a sodalibus S.J. in lucem prolati. Et primo quidem scholares S.J. collegii urbis Mondego tamquam librum textus ad discendam logicam adhibebant, inde ab an. 1554-55, tractatum FRANCISCI, cui titulus *De consideratione dialectica libri VI*, saepe in lucem prolatum. Deinde vero notae peculiares philosophiae ab eodem traditae, quae traditionem aristotelicam sub lumine tamen humanismi interpretatam patefaciunt, necnon pulchra latine scribendi forma sunt exaratae, plane cohaerent cum indole laudati *Cursus*. Demum, in utroque opere argumentorum divisio fere eadem deprehenditur. - Auctor ipse fatetur haec asserta ulterius perscrutanda esse; interim tamen nihil impedit quominus influxus FRANCISCI TITELMANS in *Cursum* Conimbricensem indubitanter statuatur. P. M.

Bernardinus de Laredo, O.F.M.Obs., † 1540

Vide etiam: n.129 vita, opera; 990 Ps.-Dionysius; 931 regalitas B.M.V.; 1006 mystica; 1091 abdicatio; 1228. 1235 S. Joseph.

2196. - RICARD Robert et FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., « *La fonte* » *de saint Jean de la Croix et un chapitre de Laredo,* in *Bull.Hisp.* 58 (1956) 265-274.

Etiamsi magna adest analogia inter S. JOANNIS A CRUCE carmen *Que bien sé yo la fonte* (*Cantar del alma que se huelga de conoscer a Dios por fe*) et caput I libri secundi operis BERNARDINI DE LAREDO *Subida al monte Sión,* R. RICARD concludit non esse hoc caput unicum fontem illius carminis; quam conclusionem et FIDELIS A ROS in appendice (272-274) confirmat. I. V.

2197. - *Sesión necrológica en honor de fray Bernardino de Laredo, franciscano lego, boticario del siglo XVI, celebrada en Sevilla el día 10 de diciembre de 1955.* Madrid, 1956. 23,5 cm., 40 pp.

Cum BERNARDINUS DE LAREDO an. 1540 obiit, sepultus est in conventu O.F.M.Obs. oppidi Villaverde del Río (Sevilla), ex quo eius exuviae an. 1771 translatae sunt ad conventum eiusdem Ordinis in oppido Cantillana (Sevilla). Tandem an. 1955 cadaver repositum est in ecclesia paroeciali huius oppidi; qua oblata occasione, societas hispanica doctorum pharmacopolarum die 10 dec. an. 1955 Hispali solemnem litterarum ludum indixit, atque selecti viri ad memoriam BERNARDINI recolendam et perennandam, quippe qui in arte medicinae et medicamentariae singularem adeptus est laudem, opportunas acroases habuerunt, quae hoc opusculo, extracto e *Bol.Soc.Esp.Hist.Farmacia* 7(1956) 1*-40*, vulgantur.

Sunt quidem sequentes: ROLDÁN Y GUERRERO R., *Fray Bernardino de Laredo visto por sus biógrafos* (3*-20*): ad fidem biographorum A. ostendit BERNARDINUM decoratum non esse titulo publico medici vel medicamentarii, nihilominus eum summa cum laude, quandoquidem maxima experientia et eruditione eminebat, medicamentariam artem exercuisse apud sodales franciscales. Praeterea praefatae experientia et eruditio mirifice conspiciuntur in operibus ab eodem editis. - FOLCH JOU G., *Fray Bernardino de Laredo a través de sus obras científicas* (21*-31*): deficientibus documentis, haud possibile est statuere utrumne BERNARDINUS medici vel pharmacopolae habuerit titulum publicum, qui ceteroquin tunc temporis necessarius non erat ad artem exercendam. Sed quod negari non potest, est artis medicinae et medicamentariae, immo et herbariae, tum practicae tum theoricae plena et accurata cognitio et inquisitio, quae luculentur patent in eiusdem libris, nimirum: a) *Metaphora medicine* (Sevilla 1522 et 1536); b) *Modus faciendi cum ordine medicandi* (Sevilla 1527, 1534, 1542). Uterque liber hispanice scriptus est, quamvis titulus generalis latine exaratus sit. - ALCALDE S., O.F.M., *La espiritualidad franciscana en Fray Bernardino de Laredo* (32*-40*): uti compertum est, BERNARDINUS magis notus est ut scriptor rerum spiritualium; itaque breviter perstringuntur eius scripta pariterque delineantur praecipuae spiritualitatis franciscanae notae, quae in eisdem explanantur (cf. *Coll.Franc.* 19[1949] 308-311). M. P.

Franciscus Zorzi (Georgius Venetus), O.F.M.Obs., † 1 apr. 1540

Vide etiam: n.648s kabbala.

2198. - VICENTINI Ulderico, O.F.M., *Francesco Zorzi O.F.M. teologo cabalista* (*1453-1540*), in *Ven.Franc.* 21(1954) 121-162. 174-226; 24(1957) 25-56.

Ampla hac inquisitione A. tria praesertim describit, scil.: 1) cur-

riculum vitae ipsius Francisci ZORZI (GIORGI, latine GEORGII), qui nobili genere Venetiis natus est an. 1453; minoriticum habitum sumpsit inter an. 1471-1482; etsi baccalaureus perpetuo manserit, tamen inde ab an. 1488 fere indesinenter sacras disciplinas docuit provinciae venetae alumnos O.F.M.Obs.; an. 1500-1509 guardianus exstitit in conventu venetiano S. Francisci della Vigna; pluries definitor generalis electus est; an. 1513-1516, 1522-1525 et 1536-1537 minoriticam provinciam venetam rexit; delegatus apostolicus pro praedicanda peculiari indulgentia iubilari in terris venetis adlectus est an. 1502 (cf. *supra* n.1425) et 1527; rebus politicis pro Venetiarum republica saepe se addixit; magna pars fuit in quaestionibus quae an. 1528-1533 agitatae sunt inter sodales provinciae venetae et Paulum PISOTTI, ministrum generalem O.F.M.Obs.; ipse mortuus est in oppido Asolo die 1 apr. 1540; 2) recensentur opera edita et manuscripta ipsius FRANCISCI, quorum maiora exstant: *De harmonia mundi totius cantica tria* (Venetiis 1525 et dein alibi pluries) et *In Scripturam sacram problemata* (Venetiis 1536 et dein alibi pluries); ambo vero opera in indice librorum prohibitorum recensita sunt an. 1554; 3) tandem A. disserit de infirmis rationibus, quibus haec opera male fulciuntur: etenim FRANCISCUS quamlibet veritatem (theologicam, philosophicam, scientificam) voluit ex S. Scriptura eruere, illam interpretando rationibus kabbalisticis. Textus nonnulli inediti in lucem proferuntur. M. A.

2199. - VASOLI Cesare, *Francesco Giorgio Veneto. Testi scelti,* in *Testi umanisti su l'Ermetismo* (Archivio di Filosofia, 1955, n.1), Roma 1955, 79-104.

Introductionis instar perpenduntur proprietates quaedam generales doctrinae Francisci ZORZI, ut sunt eius mens neoplatonica, relatio ad RAIMUNDUM LULL et M. FICINO, necnon peculiaris modus veritates dogmaticas interpretandi, philosophiam et religionem componendi, et harmoniam mundi explicandi. Postea autem proponitur uti testis « hermetismi » qui dicitur aetatis a renascentibus artibus nuncupatae, selectis excerptis locis ex eiusdem operibus *De harmonia mundi* (Venetiis 1525) et *In Scripturam sacram problemata* (Venetiis 1536), qui valorem cognitionis philosophicae, essentiam et cognitionem Dei, hominis mundique naturam illustrant.

Secundum Auctorem Franciscus ZORZI natus est die 17 apr. an. 1460 et an. 1480 Fratribus Minoribus de Observantia cooptatur; obiit an. 1540. Cf. tamen *supra* n.2198. M. P.

2200. - VICENTINI Ulderico, O.F.M., *Jacopo Sansovino e Francesco Zorzi, O.F.M.,* in *Ven.Franc.* 21(1954) 35-51.

Cum an. 1534 coeptum est aedificari templum S. Francisci della Vigna Venetiis, contra exemplar praeparatum ab architecto Jacopo SANSOVINO plurimas obiectiones scripto movit Franciscus ZORZI, O.F.M. Obs., cui tandem JACOPUS pro bono pacis annuit.

Tamen FRANCISCUS nullam de architectura scientiam callebat, sed exemplar proposuit iuxta theoriam platonicam de numero perfecto. A. quaedam quoque refert

de constructione, an. 1510-1513 facta, sanctuarii mariani O.F.M.Obs. in oppido Motta di Livenza in ditione veneta exsistentis. M. A.

Antonius de Guevara, O.F.M.Obs., † 3 apr. 1545

Vide etiam: n.34 ms.

2201. - Castro Américo, *Hacia Cervantes.* (Persiles, 2). Madrid, Taurus Ediciones, 1957. 21 cm., XXXI-350 pp.

2202. - Zamora Lucas Florentino - Hijes Cuevas Víctor, *El bachiller Pedro de Rúa, humanista y crítico. Sus cartas censorias al P. Guevara y amistad con Alvar Gómez de Castro.* (Publicaciones del Centro de Estudios Sorianos, 2). Madrid, C.S.I.C., Patronato « José Quadrado », 1957. 24 cm., 134 pp.

Haec duo opera ideo in nostra bibliographia afferuntur, quia A. Castro in serie monographiarum, quas iterum foras edit, inseruit quoque disquisitionem quam olim confecerat de Antonio de Guevara. In altero autem opere, praeter notitias biographicas ipsius Antonii de Guevara, proferuntur quaedam fragmenta epistolarum quas contra ipsum scripserat Petrus de Rua († 1556), et quaedam epistolae latinae ad amicum A. Gómez de Castro, qui vitam card. Francisci Ximénez de Cisneros, O.F.M.Obs., vulgavit. M. P.

Franciscus Ortiz, O.F.M.Obs., † 1545 (?)

2203. - Abad Camilo M., S.J., *Unas « anotaciones » del Doctor Pedro Ortiz y su hermano Fray Francisco sobre los Ejercicios espirituales de San Ignacio,* in *Arch.Hist.S.J.* 25(1956) 437-454.

2204. - Idem, *Unas Anotaciones inéditas sobre los Ejercicios de San Ignacio compuestas por el Doctor Pedro Ortiz y su hermano Fr. Francisco,* in *Misc.Com.* 25(1956) 25-114.

In prima relatione sermo instituitur de monitis et additamentis, quae eximius theologus Petrus Ortiz et eius germanus frater Franciscus, O.F.M.Obs., qui in motu illuminatorum Toleti partes habuit (cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.1291), composuerant in *Exercitia* S. Ignatii. Auctor opinatur se fragmentum opusculi inediti invenisse Matriti, *Bibl. R. Academia de la Historia, Colección de Cortes, ms. 266,* illudque praefatis scriptoribus (quorum vitae curriculum describitur) adiudicat et observationum valorem perpendit. Satagit quoque partem uniuscuiusque significare.

In altera autem relatione in vulgus profertur textus commentarii, additis criticis notationibus. M. P.

Andreas de Vega, O.F.M.Obs., † ante 13 sept. 1549

Vide etiam: n.811 Imm. Conceptio; 956 iustificatio; 945 baptismus, paenitentia; 950 constitutiva paenitentiae.

2205. - Sagüés José, S.J., *¿Se puede evitar todo pecado venial? Trento y A. Vega,* in *Est.Ecles.* 31(1957) 205-218.

Contra quosdam theologos perperam asserentes ANDREAM DE VEGA, theologum tridentinum, tenuisse iustum communibus gratiis vitare posse omnia peccata venialia, quod adversatur definitioni Concilii Tridentini, iuxta quam iustus non potest in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare nisi ex speciali Dei privilegio, A. mentem haud claram nostri theologi adaperiens, demonstrat ex huius in Concilio participatione et discussione, et potissimum ex accurata analysi eius operis *De iustificatione*, illum potius docuisse iustum logice et metaphysice, nempe ex gratia extraordinaria seu singulari, vitare posse omnia peccata.

Vide etiam MELANI Gaudenzio, O.F.M., *Vega, Andrés de*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1158-59. Cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.924-933. I. V.

Ludovicus de Carvajal, O.F.M.Obs., † 1552

Vide etiam: n.881 Imm. Conceptio.

2206. - URUCHURTU Feliciano, O.F.M., *El Padre Luis de Carvajal, teólogo inmaculista*, in *Mauritania* (Tánger) 26(1954) 115-116. 138-139. 184-185. 209-210. 232-233.

Exhibetur brevis notitia biographica LUDOVICI DE CARVAJAL, et recolitur eius actuositas in favorem Immaculatae Conceptionis dum munere guardiani conventus de Jerez de la Frontera fungebatur (1532-1541). Ex analysi eius operum perpenditur doctrina de Immaculata necnon partes quas habuit in restauratione theologiae in Hispania. I. V.

Franciscus Vervoort, O.F.M.Obs., † 24 nov. 1555

Vide etiam n.75.

2207. - AMPE Alberto, S.J., *Vervoort, Francesco*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1310-1311.

2208. - PEETERS G., *De verhouding Ruusbroec-Herp-Vervoort*, in *Handelingen van het 21e Vlaams Filologencongres, Leuven 12-14 april 1955*, 235-239.

Ipse A. summam facit dissertationis suae ad Lauream (Leuven 1954-1955) *Frans Vervoort, O.F.M., en zijn afhankelijkheid*, in qua statuere potuit doctrinam spiritualem Francisci VERVOORT clare atque directe pendere ex auctoritate JOANNIS DE RUUSBROEC necnon HENRICI HARPHII, O.F.M.Obs., cuius institutis tamen addidit sensum fortiter affectivum. Antiquam traditionem mysticam apte prosecutus est et scriptis suis pluries editis feliciter coniunxit saec. XVI cum XVII.

De hac dissertatione, quam hucusque nondum vidimus editam, nuntium scripsit atque iudicium ROMBAUTS E., *Studie over de 16e eeuwse prozaschrijver Frans Vervoort en zijn afhankelijkheid van de middeleeuwse mystieke passieliteratuur*, in *Verslagen en Mededelingen van de Koninklijke Vlaamse Academie voor Taal- en Letterkunde*, 1955, 422-439 et *ibid.* 1954, 299-330 (cf. *Franc.* 9[1954] 139, n.78; 10 [1955] 148, n.90, 150, n.97). S. St. A.

Alfonsus de Castro, O.F.M.Obs., † 3 febr. 1558

Vide etiam: n.74 opera; 740 censura theologica.

2209. - GÓMEZ PARENTE Odilo, O.F.M., *Hacia el cuarto centenario de Fray Alfonso de Castro, fundador del derecho penal (1558-1958).* Conferencia pronunciada el 26 de marzo de 1957 en la Casa de Zamora, de Madrid. Madrid, Casa de Zamora, [1957]. 17 cm., 48 pp.

Hac inaugurali acroasi A. in primis opportunitatem ponderat congruis solemnitatibus celebraturum iri quartum centenarium ab obitu celebris ALFONSI DE CASTRO; deinde eius curriculum vitae delineat; sed maxime promerita extollit quae in excolendis theologia et iure poenali sibi comparavit. Ad ultimum additur selecta bibliographia ad vitam et opera illius praeclari viri illustranda. - Cf. etiam HEYNCK Valens, O.F.M., *Alfonso de Castro*, in *Lex.Theol.Kirche* ²I, Freiburg i. Br. 1957, 330. M. P.

2210. - GÁNDARA FEIJÓO Alfonso, O.F.M., *Racionabilidad de las leyes eclesiásticas y obligación de observarlas en caso de duda*, in *Liceo Franc.* 10(1957) 1-20. 57-75.

Fuso calamo demonstratur leges ecclesiasticas tunc esse rationi conformes, cum notionem et finem legis adaequant. Doctrina exposita hauritur praesertim ex operibus Francisci SUÁREZ, S.J., et ALFONSI DE CASTRO, O.F.M.Obs. Ad notionem legis quod spectat, propugnatur eam non esse actum intellectus, ut S. THOMAS eiusque asseclae docent, sed actum voluntatis, uti ALFONSUS DE CASTRO, vestigia premens Doctoris Subtilis aliorumque doctorum franciscalium, declarat et demonstrat. M. P.

Joannes Antonius Delfini, O.F.M.Conv., † 5 sept. 1561

Vide etiam: n.87 ms.

2211. - CARDIN A., *Delfini, Giovanni Antonio*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 1448.

S. Petrus de Alcántara, O.F.M.Disc., † 18 oct. 1562

Vide etiam: n.1006 mystica; 1128 modus orandi.

2212. - S. PIETRO D'ALCANTARA, O.F.M., *Trattato dell'orazione e della meditazione.* A cura e con una introduzione e note del Rev. Padre Pasquale VALUGANI, [O.F.M.]. Milano, Edizione S.T.E.M., Pontificia Editrice Arcivescovile G. Daverio, 1954. 16 cm., 223 pp.

In utilitatem religiosorum et fidelium vulgatur haec nova versio italica aurei *Tractatus* a quibusdam S. PETRO DE ALCANTARA tributi.

Praemittitur summaria introductio de vita et operibus S. PETRI, quae fere ad verbum deprompta est ex relatione olim edita ab AMEDEO TEETAERT A ZEDELGEM, O.F.M.Cap., in *Dict.Théol.Cath.* XII/2, 1793-1800. Quaestio controversa de authenticitate *Tractatus* soluta esse videtur ab Alvaro HUERGA, O.P. (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.649 et 1468). Infeliciter interpres nihil dicit de editione, ex qua praesentem

versionem perfecit. Id autem quod asserit de divulgatione *Tractatus* apud Italos veritati non respondet, nam plures exstant eiusdem versiones italicae (cf. J.H. SBARALEA, O.F.M.Conv., *Supplementum et castigatio ad scriptores trium Ordinum S. Francisci* II, Romae 1921, 320; *Arch.Franc.Hist.* 47[1954] 466). M. P.

2213. - SALA BALUST Luis, *Textos desconocidos de San Pedro de Alcántara y del beato Diego José de Cádiz,* in *Salmant.* 2(1955) 151-162.

Publici iuris fit ex apographo an. 1561 servato Matriti, *Bibl. Academia de la Historia, cod. Cortes 34,* f.296*r*-320*v,* fragmentum commentarii spiritualis *Super psalmum Miserere,* quem exaraverat S. PETRUS DE ALCÁNTARA. Authenticitas autem potius supponitur ex titulo quam demonstratur ex testimoniis extrinsecis et intrinsecis. Commentarius protrahitur usque ad versum sextum psalmi. - Ad DIDACUM JOSEPHUM A CÁDIZ, O.F.M.Cap., quod spectat, editur eiusdem epistola autographa scripta ex civitate Priego die 26 iun. an. 1776 ad dominam Th. SÁENZ DE TEJADA, quae servatur Plasenciae in monasterio Carmelitarum Discalceatarum; et deinde notitia commorationis eiusdem beati viri mense maio an. 1795 in seminario Salmanticensi occasione missionum ad populum depromitur ex chronica seminarii: *Arch. Seminario, Libro de los hechos más notables,* lib. 2, f.122*r*-123*v*. In fragmento, quod exscribitur, agitur quoque de MICHAELE A SANTANDER, concionatore O.F.M. Cap. M. P.

2214. - ÁLVAREZ Arturo, O.F.M., *Una reliquia de San Pedro de Alcántara,* in *Arch.Hispal.* 20(1954) 207-213.

Agitur de quadam epistula a S. PETRO DE ALCÁNTARA an. 1539 latine conscripta, quae hic in linguam hispanicam vertitur et commentariis illustratur. I. V.

2215. - HINJOS José de, *La estatua de San Pedro de Alcántara en la plaza de Santa María de Cáceres, obra de Enrique Pérez Comendador.* Cáceres, Diputación Provincial, Servicios Culturales, 1956. 31 cm., 207 pp., 25 tab.

Jacobinus Malafossa, O.F.M.Conv., † ca. 1563

2216. - HEYNCK Valens, O.F.M., *Zur Kontroverse über die Gnadengewißheit auf dem Konzil von Trient. Ein bisher unbeachtetes Gutachten des Franziskanerkonventualen Jakobinus Malafossa,* in *Franz. Stud.* 37(1955) 1-17. 161-188.

Ab iniusta oblivione vindicatur Jacobini (non Jacobi) MALAFOSSA votum de certitudine gratiae, pluribus episcopis rogantibus, Concilio Tridentino ante nov. 1546 transmissum, quo sententiam praesertim ministri sui generalis Bonaventurae FAUNI (Pio) de Costacciaro († 1562) acerrime impugnavit (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.950).

Offeruntur 1) paucae notitiae de eiusdem vitae cursu (p.2-6). Etenim in oppido pedemontano Barge — ideo nonnumquam Bargius vocatus — versus an. 1481 natus est. Insignibus magistris Joanne MONTESDOCA, Subtilis assecla e clero saeculari, necnon Hieronymo GADIO seu CAPACELLI de Gazzo, O.F.M.Conv. († 1529; cf. J.H.

Sbaraglia, O.F.M.Conv., *Supplementum...* I, Romae 1908, 365*a*, et *Misc.Franc.* 27 [1927] 27) usus est. Per 42 annos, et quidem inde ab 1518 cathedram de metaphysica scotica in illustri Universitate Paduana tenuit. Ultra octogenarius vitae cursum clausit versus an. 1563. - 2) Elenchus texitur ipsius scriptorum (7s; cf. tamen L. Di Fonzo, O.F.M.Conv., in *Enc.Catt.* VII, 1885s). - 3) Indoles ipsius Commentarii *Super Primum* operis scotici *Oxoniensis* intra ambitum historicum Commentariorum *IV Sent.* ac *Operis Oxoniensis* saec. XV diiudicatur (8-17). Malafossius opera scotistica praesertim adhibuit Pauli Scriptoris de Tubinga, O.F.M.Obs. († 1508), Francisci Lichetto, O.F.M.Obs. († 1520), necnon Joannis Vigerii seu a Vorragine, O.F.M. Conv. († post 1534). - 3) Votum Jacobini fuse delibatur (161-178), et quidem aestimatione de disceptationibus conciliaribus praemissa; innuuntur occasio ac tempus originis, structura ac argumenta tractata, pretia et defectus. Contra Bonaventuram praelaudatum firmiter propugnavit Doctorem Subtilem possibilitatem certitudinis gratiae excludere. Attamen, quoniam a sessionibus Synodi absens fuit, accuratum statum quaestionis interea satis evolutum, videl. utrum loqui oporteat de certitudine fidei, ignoravit. - 4) Textus ipse porrigitur, auctoritatibus ad calcem paginarum scite indicatis necnon opportunis subdivisionibus introductis (178-188). Editori eo magis grates rependendae sunt, quod opus, e quo textum typis denuo mandavit (Patavii 1560, f.220B-222D), rarissimum est. O. R.

Toribius Motolinía de Benavente, O.F.M.Obs., † 1565

2217. - Toribio de Benavente, *Relaciones de la Nueva España.* Introducción y selección de L. Nicolau d'Olwer. (Biblioteca del Estudiante Universitario, 72). México, Ediciones de la Universidad Nacional Autónoma, 1956. 20,5 cm., LVII-208 pp.

Textus seliguntur ex relatione, potius nota titulo *Historia de los Indios de la Nueva España,* a Toribio Motolinía de Benavente exarata. In erudita introductione huius actuositas missionaria enarratur, lites cum Bartholomaeo de Las Casas, O.P., et analysi subiciuntur illius opera principalia, scil. haec relatio et *Memoriales.* I. V.

Antonius de Córdoba, O.F.M.Obs., † 1578

Vide etiam: n.901 redemptio praeservativa.

2218. - Rocco Ugo, S.J., *L'avvertenza richiesta per il peccato mortale secondo Antonio da Cordova, O.F.M.,* in *Ant.* 31(1956) 419-425.

Quoniam plures rerum theologiae moralis cultores Antonii de Córdoba (1485-1578) genuinum sensum circa advertentiam pro committendo peccato mortali requisitam discorditer sunt interpretati, A. hoc problema ex ipsius opere *Quaestionarium theologicum* (Venetiis 1609) decidere aggressus est.

Cordubensis, licet verba sua non continuo sint manifesta, haud dubie necessitatem advertentiae plenae et actualis aperte professus est. Quaestionem vero, utrum gravitas malitiae moralis obiectum eiusmodi advertentiae constituat, Noster distincte non solvit. A qua causa incertitudo interpretationis scriptorum posteriorum derivari videtur. - Perperam A. affirmat (p.419) Antonium an. 1587 obiisse; cf. J.H. Sbaraglia, O.F.M.Conv., *Supplementum et castigatio...* I, Romae 1908, 77*b*. O. R.

Didacus (de San Cristóbal y Crusat) de Estella, O.F.M.Obs., † 5 aug. (?) 1578

Vide etiam: n.2191 Deus, homo, mundus; 881 Imm. Conceptio; 1004 heroicum; 1007 mystica.

2219. - ANSELMO DE LEJARZA, O.F.M.Cap., *Fray Diego de Estella y el « ser viscaino »*, en *Bol.R.Soc.Vasc.Amig.País* 12(1956) 224-225.

Exscribitur textus ex operibus DIDACI DE ESTELLA excerptus in quo agitur de penuria verborum linguae vasconicae ad ideas exprimendas. M. P.

Petrus de Aguado, O.F.M.Obs., † p. 1589

2220. - AGUADO Fray Pedro, *Recopilación historial.* Introducción, notas y comentarios de Juan FRIEDE. (Biblioteca de la Presidencia de Colombia, 31-34). Bogotá, Empresa Nacional de Publicaciones, 1956-1957. 23 cm., 672, 585, 526, 452.

Accurata editio, adnotationibus et commentariis illustrata, operis PETRI DE AGUADO, *Recopilación historial,* inter an. 1562-1575 exarati, primum editi an. 1906. In vol. 1-2 continetur pars prima, seu de inventione et gubernio S. Marthae et Novi Regni Granatae; in vol. 3-4 altera exhibetur pars, quae de inventione, fundatione et regimine provinciae Venetiolae agit.

Praemittitur ampla introductio, in qua Editor diserte loquitur de auctore et de fortunis manuscripti. - Conatus PETRI DE AGUADO ut opus suum typis mandaretur et fortunas manuscripti, tandem an. 1845 Matriti adinventi, enarrat etiam: FALS-BORDA Orlando, *Odyssey of a sixteenth-century Document: Fray Pedro de Aguado's « Recopilación historial »*, in *Hisp.Amer.Hist.Rev.* 35(1955) 203-220. - Ex supplicatione die 10 ian. 1582 data, qua P. DE AGUADO a potestate civili licentiam precabatur redeundi in Novum Regnum Granatae, ut typis mandaret opus suum *Historia del Nuevo Reino de Granada*, J. FRIEDE argumentum desumit exsistentiae artis typographicae in illo regno iam *ante* saec. XVIII: FRIEDE Juan, *Sobre los orígenes de la imprenta en el Nuevo Reino de Granada*, in *Revista Interamericana de Bibliografía (Interamerican Review of Bibliography*, Washington) 7(1957) 255-258. I. V.

2221. - [RESTREPO CANAL Carlos], *Probanza de servicios de Fray Pedro Aguado.* Notas e introducción de Roberto HERRERA SOTO, in *Historia* (Bogotá) 1(1955) n.2-4, 136-166.

Editur cum adnotationibus historicis documentum, cui titulus *Probanza de servicios*, a PETRO DE AGUADO an. 1575 exaratum, in quo promerita sua in servitium religionis et nationis hispanae exhibet. I. V.

2222. - FALS-BORDA Orlando, *Fray Pedro de Aguado, the forgotten chronicler of Colombia and Venezuela*, in *Americas* 11(1954-1955) 539-574.

Expositio, documentis referta, recentiorum investigationum circa vitam et opus historicum PETRI DE AGUADO. In parte prima actuositas describitur PETRI DE AGUADO qua missionarii, guardiani conventus Santa Fe de Bogotá, ministri provincialis provinciae de Santa Fe, scriptoris; in parte altera manuscriptum eius, cui titulus *Recopilación historial*, fuse consideratur, scil. eius compositio, descriptio, fontes, valor historicus.

Huius pretiosae dissertationis exstat versio hispanica: FALS-BORDA Orlando, *Fray Pedro de Aguado, el cronista olvidado de Colombia y Venezuela.* Traducción

del inglés por Fr. Carlos MARTÍNEZ, O.F.M. Cali, Editorial Franciscana, 1956. 21 cm., 96 pp. - Notitiae criticae de vita et opere historico PETRI DE AGUADO evulgatur etiam apud: MORÓN Guillermo, *El primer historiador de Venezuela: Fray Pedro de Aguado*, in *Cult.Universit.* (Caracas) n.55(1956) 5-23; CORREA Ramón C., *Fray Pedro de Aguado*, in *Repertorio Boyacense* (Tunja) 42(1956) 187-190. I. V.

2223. - FRIEDE Juan, *New archival data concerning Fray Pedro Aguado, O.F.M.*, in *Americas* 12(1955-1956) 195-198.

Publici iuris fit documentum seu attestatio de collato baptismo cuidam Petro SÁNCHEZ AGUADO, die 26 ian. 1513 in oppido Valdemoro (Madrid); quem A. putat verisimiliter esse PETRUM DE AGUADO, O.F.M. Obs., haud ignotum missionarium et historiographum.

Nota haec, aliquantulum amplificata, in hispanicum sermonem versa est: *Nuevos datos sobre fray Pedro de Aguado. La «Insigne Villa de Valdemoro»*, in *Rev.Colomb.Antropol.* (Bogotá) 5(1956) 375-380. I. V.

2224. - MORÓN Guillermo, *Fray Pedro de Aguado y su fe de bautismo*, in *Rev.Indias* 16(1956) 93-101.

Ex collatione cum aliis notis datationibus vitae PETRI DE AGUADO, A. demonstrare conatur documentum de collato baptismo a J. FRIEDE exhibitum (cf. num. praedecentem) minime sese referre ad PETRUM DE AGUADO; sed huius baptismi veram attestationem illam esse sub die 16 febr. 1538 adnotatam in libris paroecialibus oppidi Valdemoro, scil. collatio baptismi cuidam PETRO filio Joannis AGUADO NABERO; quod documentum iam an. 1936 C. PARRA LEÓN evulgaverat.

Versio anglica huius commentarioli: *Fray Pedro de Aguado, O.F.M. Date of Baptism*, in *Americas* 12(1955-1956) 399-405. Summarium de hac quaestione vulgavit CORREA Ramón C., *La partida de bautismo de fray Pedro de Aguado, historiador colonial*, in *Repertorio Boyacense* (Tunja) 43(1957) 257. I. V.

Bernardinus de Sahagún, O.F.M.Obs., † 23 oct. 1590

2225. - BERNARDINO DE SAHAGÚN, [O.F.M.Obs.], *Historia general de las cosas de Nueva España*. Escrita por BERNARDINO DE SAHAGÚN y fundada en la documentación en lengua mexicana recogida por los mismos naturales. La dispuso para la prensa en esta nueva edición con numeración, anotaciones y apéndices Angel María GARIBAY K. 4 voll. (Biblioteca Porrúa, 8-11). México, D.F., Editorial Porrúa, 1956. 25 cm., 387, 337, 367, 380 pp., tab.

Accurata editio, adnotationibus et appendicibus illustrata, celebris operis BERNARDINI DE SAHAGÚN. Libri XII ita disponuntur: in tomo I, libri I-IV; in t. II, lib. V-VIII; in t. III, lib. IX-XI; in t. IV, liber XII, cui adiunguntur aliae relationes indigenarum de adventu hispanorum in Mexicum, appendices, vocabularium verborum et locutionum ex lingua náhuatl.

Commentarium super librum XII, qui agit de expugnatione imperii mexicani ab hispanis, et notitias criticas de illius influxu in historiographiam mexicanam tradit etiam: LEAL Luis, *El libro XII de Sahagún*, in *Hist.Mex.* 5(1955) 184-210. - Ex opere BERNARDINI DE SAHAGÚN textus examinatur ubi sermo est de vetere arte aurificum mexicanorum et quidem de horum methodo seu usu «cerae perditae», apud: EASBY

Dudley T., Jr., *Sahagún y los orfebres precolombinos de México*, in *Anal.Inst.Nac. Antrop.Hist.* 9(1955) 85-89. - Pariter, ex BERNARDINO DE SAHAGÚN excerpitur et adnotatur descriptio ab illo tradita de natione mexicana: *Tenochtitlan Mexico descrito por Fray Bernardino de Sahagún*. Texte presenté et annoté par J. DONVEZ. (Collection Ibero-Américaine, 6). Paris, A. Hatier, 1957. 19 cm., 48-32 pp., ill. et tab. geogr. I. V.

2226. - BERNARDINO DE SAHAGÚN, *Florentine Codex. General History of the Things of New Spain*. Translated from the Aztec into English with notes and illustrations by Arthur J.O. ANDERSON and Charles E. DIBBLE. Part 9, book 8: *Kings and Lords*. Part 13, book 12: *The conquest of Mexico*. Parts 5 and 6, book 4: *The soothsayers*, and book 5: *The Omens*. 3 voll. (Utah University Publications. Monographs, 14). Salt Lake City, Utah, School of American Research - Utah University Press, 1954/56/57. 29 cm., 89, 122, 196 pp., ill.

Continuatio editionis in binis columnis, sermone anglico et azteca, operis BERNARDINI DE SAHAGÚN, de quo cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1488ª.

2227. - ANDERSON Arthur J., *Sahagun's Sahagun*, in *El Palacio* (Santa Fe) 63(1956) n.7-8, 195-201.

Notitiae divulgantur de oppido Sahagún (León, Hispania) et de vita BERNARDINI DE SAHAGÚN, ibidem nati.

2228. - TRUEBA Alfonso, *Retablo franciscano. Los Padres Bernardino de Sahagún, Andrés de Olmos, Diego de Olarte, Juan de San Miguel y Francisco Lorenzo*. (Figuras y episodios de la historia de México, 19). México, Editorial Campeador, 1955. 64 pp.

Opus divulgativum, quod inspicere non potuimus.

2229. - DIÉGUEZ Luis M., O.F.M., *Nuevos estudios sobre fray Bernardino de Sahagún*, in *Liceo Franc.* (Santiago de Compostela) 2ª ep. 8(1955) 99-107.

Ampla recensio operis L. NICOLAU D'OLWER (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1488), cui adiungitur elenchus bibliographicus de vita et opere BERNARDINI DE SAHAGÚN. I. V.

Petrus Trigoso a Calatayud, O.F.M.Cap., † 20 iul. 1593

2230. - ILARINO DA MILANO, O.F.M.Cap., *Trigoso, Pietro da Calatayud*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 527s.

2231. - JULIANUS-EYMARD AB ANGERS, O.F.M.Cap., *De visionis beatificae naturali desiderio apud Petrum Trigoso a Catalayud* [*!*], *O.F.M. Cap., 1533-1593*, in *Ant.* 32(1957) 3-16.

In primis exscribitur textus quaestionis *An in nobis sit naturale desiderium vel appetitus videndi Deum*, excerptus ex altera editione operis PETRI TRIGOSO *Sancti Bonaventurae... Summa Theologica*, Lugduni 1616, 164-168 (in prima editione, Romae 1593, 150-154); deinde eius sententia breviter exponitur, quae secundum A. opinionem ita

enuntiari potest: *a*) quin sui desiderii sit conscius, homo Deum clare visum naturaliter appetit; *b*) cum quoquo modo sive per revelationem sive per persuasionem cognoscit visionem esse possibilem, potest eam appetere appetitu naturali elicito sed inefficaci; *c*) cum divina gratia iustificatur, tunc eum appetit appetitu elicito efficaci, sed supernaturali.

Animadvertas quod locus originis PETRI TRIGOSO appellatur *Calatayud*, et est civitas dioecesis Tarasionensis (*Tarazona*) non Tarragonensis (*Tarragona*). Insuper noster theologus non brevi tempore, sed an. 1556-1580 apud jesuitas permansit. Inter capuccinos autem haec munera obivit: contionatoris in prov. Picena (1581-84), lectoris in coenobio Bononiensi (1585-89), definitoris et custodis in prov. Neapolitana (1589-93). M. P.

Franciscus Panigarola, O.F.M.Obs., † 31 maii 1594

Vide etiam: 114 epistola et carmen Torq. Tasso; 1005 conceptus episcopi.

2232. - PETROCCHI Massimo, *L'« idea del vescovo » nel Panigarola*, in *Riv.Stor.Chiesa Italia* 8(1954) 93-95.

Ex oratione quam Franciscus PANIGAROLA sollemniter dixit in templo mediolanensi in memoriam S. CAROLI BORROMEO (quae dein typis edita est Romae 1584 et 1585, Brixiae 1585) A. deducit ipsum PANIGAROLA voluisse ostendere quod S. CAROLUS exstitit perfectus episcopus seu potius exemplar quoddam episcopi aetatis post-tridentinae.

Etenim in S. CAROLO fuit amor suae eccleciae mediolanensis una cum oboedientia erga romanum pontificem et reverentia in omnes S. Ecclesiae praelatos. Pervestigatio publicata fuit quoque in *Pagine sulla letteratura religiosa lombarda del '500* (cf. *infra* n.2241) p.47-55. M. A.

Archangelus de Alarcón a Tordesillas, O.F.M.Cap., † 1598

Vide etiam: n.931 regalitas B.M.V.

2233. - P[ACÍFICO] DE V[ILANOVA], O.F.M.Cap., *Un cantor de la Inmaculada: el P. Arcángel de Alarcón*, in *Apost.Franc.* (Barcelona) 45(1954) 10-13. 82-83.

Praemissa brevi introductione de opera poetico-mariana ARCHANGELI DE ALARCÓN A TORDESILLAS, fundatoris provinciae Catalaunicae O.F.M.Cap., editur eius celebre poema cui titulus *Canto en alabança de la concepcion sin manzilla de la gloriosíssima Madre de Dios Abogada y Señora nuestra*, ex illius opere *Vergel de plantas divinas...*, Barcelona 1594, desumptum. Cf. *supra* n.931. I. V.

Bernardus Lavinheta, O.F.M.Conv., fl. saec. XVI

2234. - CARDIN A., *Lavinheta, Bernard*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 1826.

Antonius Delgado, O.F.M.Obs., fl. saec. XVI[2]

2235. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Delgado (Antoine)*, in *Dict. Spir.* III, Paris 1957, 129.

Hieronymus de Mendieta, O.F.M.Obs., † 10 maii 1604

2236. - PHELAN John Leddy, *The Millennial Kingdom of the Franciscans in the New World. A Study of the Writings of Gerónimo de Mendieta (1525-1604)*. (University of California Publications in History, 52). Berkeley-Los Angeles, University of California Press, 1956. 23,5 cm., [V]-159 pp.

Rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 441s.

Martinus Ignatius de Loyola, O.F.M.Disc., † 9 iun. 1606

2237. - ANASAGASTI Pedro de, O.F.M., *Notas críticas sobre el « Itinerario » de Fray Martín Ignacio de Loyola*, in *Miss.Hisp.* 11(1954) 579-596.

Notae criticae de *Itinerario* MARTINI IGNATII DE LOYOLA, in compendium redacto et publici iuris facto a Joanne GONZÁLEZ DE MENDOZA, O.S.A., in suo opere *Historia de las cosas más notables, ritos y costumbres del gran reino de la China*, Romae 1585. Disseritur de momento ethnographico relationis, de eius auctore, de manuscripto originali (adhuc ignoto), de aliis apographis quae a redactione J. GONZÁLEZ pendent; denique, breves commentationes apponuntur prologo novissimae editionis (Madrid 1944) operis Joannis GONZÁLEZ. I. V.

Joannes de Angelis (de los Ángeles), O.F.M.Disc., † 1609

Vide etiam: n.931 regalitas B.M.V.; 1196 statuta servitutis B.M.V.; 1006s mystica; 1064 dialogus spiritualis.

2238. - JOHN OF THE ANGELS, *Conquest of the Kingdom of God.* Translated by Cornelius J. CROWLEY. St. Louis, Herder, 1957. In-8°, XXI-216 pp.

Versio anglica celeberrimi operis *Diálogos de la conquista del Reino de Dios;* momentum et promerita operis in historia spiritualitatis et hispanicarum litterarum in prologo scite considerantur. I. V.

Benedictus a Canfield, O.F.M.Cap., † 21 nov. 1610

Vide etiam: n.129. 1001 vita, opera; 960 divinizatio; 1064 dialogus spiritualis; 1140 cognitio mystica; 2152 oratio aspirativa; 2275 inactio.

2239. - RENAUDIN Paul, *Un Maître de la Mystique française*: *Benoît de Canfield.* Paris, Éditions Spes, [1956]. 20 cm., 236 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 321-323.

2240. - GOUHIER H., *La mystique et le non-figuratif Benoît de Canfeld,* in *Table ronde* n.120 (1957) 170-172.

Si in vitae mysticae summitate unio cum Deo perficitur extra quaslibet imagines et ideas, quid erit sentiendum de cogitationibus

cum humanitate Christi connexis, et potissimum de signo crucis sensibili? Haec est quaestio ab A. pervestigata. - Ex *Bull.Sign.* XII, n.5754. M. P.

Matthias Bellintani a Salò, O.F.M.Cap., † 20 iul. 1611

Vide etiam n.1005.

2241. - PETROCCHI Massimo, *Pagine sulla letteratura religiosa lombarda del '500.* Napoli, Libreria Scientifica Editrice, 1956. 19,5 cm., 115 pp.

In hac pervestigatione de scriptis sex auctorum regionis langobardicae, A. p.57-73 inscribit *Il problema dell'ascesi in Mattia da Salò.*

Etenim, inquisitione instituta circa eiusdem MATTHIAE opus *Pratica dell'oratione mentale* (1584), A. ostendit quas partes MATTHIAS, qui voluntarista exstat, in via christianae perfectionis adipiscendae tribuat Deo (gratiae per orationem impetratae), et quas homini (seu exercitationi virium naturalium), qui tamen semper indiget divino auxilio ut proficiat. Oratio vero, de qua ipse potissimum agit, est illa mentalis, quae exercenda proponitur modo affectivo-ascetico iuxta genuinam traditionem franciscano-bonaventuriam. - Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2093. M. A.

S. Josephus a Leonessa, O.F.M.Cap., † 4 febr. 1612

Vide etiam: n.782 ms.; 804 praedestinatio B.M.V.

2242. - BRUGNOLA E., *S. Giuseppe da Leonessa nel IV centenario della nascita,* in *Osserv.Rom.* 1957 febbr. 18-19, 2.

2243. - BALDUINUS AB AMSTERDAM, O.F.M.Cap., *Doctrina de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis in scriptis ineditis S. Josephi a Leonessa, O.F.M.Cap.,* in *Regina Immaculata* (cf. *supra* n.815), 322-396.

Inter verbi divini praecones ex familiis franciscanis oriundos, qui egregio cum fructu populum christianum de intemerata B.M.V. conceptione edocuere, locum haud infimum occupat S. JOSEPHUS A LEONESSA, uti A. erudita amplaque pervestigatione luculenter demonstrat.

1) Sancti vita (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1504), affectio ardens erga Immaculatam necnon sermones manu scripti (cf. *Coll.Franc.* 18[1948] 259-272) enarrantur (p.324-329). - 2) Doctrina Nostri de hoc privilegio luce praesertim sermonum idem explicite tractantium dilucidatur (329-365). Recoluntur nimirum prius argumenta e S. Scriptura atque Traditione hausta ad Immaculatae Conceptionis factum adstruendum. Deinde privilegii explanatio rationalis consideratur, et quidem quoad iustitiae et peccati originalis naturam necnon peccati originalis contractionem; quoad praeservationis Deiparae explicationem; quoad rationes convenientiae, cum Maria immaculata fuerit Mater Dei, Redemptoris, salvandorum. - 3) Pretia ac momentum doctrinae S. JOSEPHI diiudicantur (365-376). Nonnullis de eiusdem institutione theologica praelibatis, A. scite ostendit Nostrum magna cum praedilectione doctores franciscanos, praesertim S. BONAVENTURAM et J.D. SCOTUM adduxisse, immo in explicando hoc mysterio se fidelem Doctoris Subtilis discipulum exhibere. Multa ad verbum mutuavit e Francisco CANOFILO (Canophylus) de Castel di Sangro (Aquila), O.F.M. Obs. (fl. 1551), qui iterum e BERNARDINO DE' BUSTIS, O.F.M.Obs., pendet. - 4) Ad appendicis instar, prooemio praemisso (377s), in lucem editur S. JOSEPHI *Sermo in annuntiatione B.M. Virginis,* idiomate italico conscriptus an. 1581 (378-396). O. R.

Joannes de Cartagena, O.F.M.Obs., † 1617

Vide etiam: n.919 corredemptio.

2244. - ALCÁNTARA MARTÍNEZ Pedro de, O.F.M., *La Inmaculada Concepción según las doctrinas de Juan de Cartagena y Juan Serrano, O.F.M. (s. XVII)*, in *Virgo Immaculata* VII/2 (cf. *supra* n.812), 209-241.

Momento haud carent in historia theologiae marialis franciscanae hi duo auctores, qui, iuxta proprium systema, immunitatem B.V.M. ab originali labe propugnarunt. Singillatim eorum doctrina exponitur ac perpenditur iuxta idem schema: praesupposita (peccatum originale eiusque transmissio); radices privilegii (maternitas divina, corredemptio, praedestinatio); essentia privilegii (redemptio praeservativa, debitum, merita Christi). I. V.

Melchior de Cetina, O.F.M.Obs., fl. 1618

Vide etiam: n.931 regalitas B.M.V.; 1196 servitudo B.M.V.

2245. - MELCHIOR DE CETINA, O.F.M. (1618), *Exhortation to devotion to the Blessed Virgin Mary*, in *The Cord* 5(1955) 153-160.

Versio anglica, a M.A. LAUGHLIN perfecta, cuiusdam partis opusculi fratris MELCHIORIS *Exhortación a la devoción de la Virgen*, Compluti an. 1618 editi. Cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.439.

S. Laurentius a Brindisi, O.F.M.Cap., † 22 iul. 1619

Vide etiam: n.649 kabbala; 797 principia mariologica; 914 corredemptio; 926-9 regalitas B.M.V.; 897 dona iustitiae originalis; 1229 S. Joseph.

2246. - *S. Laurentii a Brundusio, O.F.M.Cap., Opera Omnia*, a Patribus Min. Capuccinis Provinciae Venetae e textu originali nunc primum in lucem edita notisque illustrata, Summo Pontifici Pio XII dicata. Volumen X. *Codex Vindobonensis*. Pars I: *Quadragesimale quartum*. Pars II: *Sermones de tempore, adiectis opusculis*: I. *De rebus Austriae et Boihemiae;* II. *De numeris amorosis*. Patavii, ex Officina Typographica Seminarii, 1954/1956. 29 cm., XIII-714, XI-529 pp., tab.

Rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 436-438.

2247. - *Sancti Laurentii a Brundusio, O.F.M.Cap., De numeris amorosis mystice in divina Scriptura positis disquisitio*, cura et studio fr. BERARDI AB AARLE-RIXTEL, O.F.M.Cap. Lugduni Batavorum, ex Officina Typographica E.J. Brill, 1956. 28 cm., 78 pp., tab.

Excerptum ex *Opera Omnia* X/2, 417-489 et proprio indice ornatum; cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 436-438.

2248. - SILVESTRO DA VALSANZIBIO, O.F.M.Cap., *Un Quaresimale italiano inedito di S. Lorenzo da Brindisi*, in *Coll.Franc.* 24(1954) 136-158.

Examini subicitur codex asservatus in Milano, *Arch.Prov.Frati Min. Cap., ms.52,* qui purgatur notis decursu temporis eidem additis, ita tamen ut textus italicus sermonum quadragesimalium in eodem receptus, ex criteriis tum intrinsecis tum externis, S. LAURENTIO A BRUNDUSIO vindicetur. Etenim S. LAURENTIUS hos sermones in Bohemia (probabiliter Pragae) dixit an. 1607. A. vero autumat ipsos sermones ab auditore quodam fuisse fideliter, non tamen de verbo ad verbum, reportatos. M. A.

2249. - ERNEST (Brother), C.S.C., *So shines the lamp. A story of St. Lawrence of Brindisi.* Illustrations by Barbara HECKETHORN. Notre Dame, Indiana, Dujarie Press, [1956]. 23,5 cm., 95 pp., ill.

In hoc pulchro opusculo, stilo simplici et delectabili exarato, communi lectorum coetui praesentatur vita S. LAURENTII A BRINDISI, huiusque ad supremos altaris honores exaltatio.

Conspectum vitae et doctrinae S. Doctoris accurate exhibet HEINZMANN Kurt Heinrich, *Laurentius von Brindisi, der Feldherr in der Kutte,* in *Die Großen der Kirche* (cf. *supra* n.133), 334-338. I. V.

2250. - VITTORIO DA CEVA, O.F.M.Cap., *San Lorenzo da Brindisi: prodigio del suo secolo,* in *Osserv.Rom.* 1956 lugl. 22, 2.

Brevis notitia biographica de S. LAURENTIO, quae dein germanice quoque edita est in *St.Fidelis* 44(1957) 145-151. M. A.

2251. - SEBASTIAN FALCONE [OF ROCHESTER], O.F.M.Cap., *St. Lawrence of Brindisi: Marian Saint and Scholar,* in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 121-142.

Devotio et obsequia S. LAURENTII BRUNDUSINI erga B.V. Mariam enarrantur, et, illius operum textibus allatis, principaliora capita doctrinae mariologicae explanantur, praesertim quoda Beatam Virginem mediatricem gratiarum, Immaculatam Conceptionem, dolores Deiparae; tandem, exstructio *Marialis* clare describitur.

Eandem fere dissertationem A. iterum edidit hoc titulo: *The Marian doctrine of Saint Lawrence of Brindisi,* in *Mary in the Franciscan Order,* St. Bonaventure, N.Y., 1955, 43-56.

Perspicuam descriptionem *Marialis* et conspectum mariologiae laurentianae etiam exhibet ANTONIO DA STIGLIANO, O.F.M.Cap., *Un grande teologo mariano cappuccino,* in *Italia Franc.* 29(1954) 299-307. I. V.

2252. - HENRY DE DOMINICIS [OF PHILADELPHIA], O.F.M.Cap., *St. Lawrence of Brindisi and the types of Mary,* in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 171-182.

Recoluntur atque illustrantur typi seu comparationes quas S. LAURENTIUS, sacris Scripturis nixus, inter Mariam et quasdam figuras Veteris Testamenti adinvenit, ut melius intellegantur Beatae Virginis persona, virtutes necnon partes obtentae in oeconomia seu dramate redemptionis. I. V.

2253. - Benedict Simeone [of Buffalo], O.F.M.Cap., *St. Lawrence of Brindisi and the name and titles of Mary*, in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 183-195.

Interpretationes explanantur quas S. Laurentius in sua mariologia adducit circa nomen Mariae aliosque Deiparae titulos, nempe: Maria sedes sapientiae, pulcherrima Dei imago, mater nostra, fons gratiae, advocata nostra, et ita porro. I. V.

2254. - Clemente da S. Maria in Punta, O.F.M.Cap., *S. Lorenzo da Brindisi, teologo dell'Immacolata*, in *Regina Immaculata* (cf. *supra* n.815), 397-416; *Virgo Immaculata* VII/2 (cf. *supra* n.812), 22-43.

Mens elucidatur S. Laurentii circa privilegium Immaculatae Conceptionis, quod centrum dicendum est suae mariologiae, singulaeque rationes enucleantur, nempe: divina maternitas (fulcrum privilegii), principia analogiae et praeeminentiae, argumenta S. Scripturae et Traditionis. I. V.

2255. - Vincenti Marino [pseudon. pro Clemente da S. Maria in Punta, O.F.M.Cap.], *San Lorenzo da Brindisi di fronte alla « Ineffabilis Deus » ed alla « Fulgens corona »*, in *Marianum* 17(1955) 332-353.

Mira identitas principiorum atque argumentorum doctrinae laurentianae de Immaculata Conceptione cum litteris encyclicis *Ineffabilis Deus* et *Fulgens corona* clare evincitur ex S. Doctoris expositionis examine. Perpenduntur huius principia rationis theologicae (convenientiae, analogiae, eminentiae) necnon argumenta positiva ex sacra Scriptura, Traditione et auctoritate ecclesiastica. I. V.

2256. - Ronald Jansch [of Neisse], O.F.M.Cap., *St. Lawrence of Brindisi and the Assumption of Mary*, in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 143-170.

Iure S. Laurentius inter clariores assumptionis B.V. Mariae assertores adnumerandus est, qui ad consensum fidelium stabiliendum et roborandum egregie contulit. Eius contiones de assumptione Mariae examini subiciuntur et argumenta probativa ex sacra Scriptura et ratione aeque perpenduntur atque elucidantur. I. V.

2257. - Dominic of Herndon, O.F.M.Cap., *The heavenly Queenship of God's Virgin Mother according to St. Lawrence of Brindisi*, in *Coll. Franc.* 24(1954) 303-328; 25(1955) 114-148.

Textibus mariologicis S. Laurentii diligenter collectis, huius eximia doctrina de Genitricis Dei dignitate regia ample illustratur. Primum septem enumerantur iura quibus Maria vere proprieque regina est; dein, huius dignitatis essentia, dotes atque exercitium super omnes creaturas explanantur; denique, loci praecipui sacrae Scripturae rediguntur ex quibus regalitas mariana revelatur atque illustratur.

Principaliores textus laurentiani de S. Maria Regina etiam excerpuntur in brevi commentario anonymo: *Mary's Queenship in the Mariale of St. Lawrence of Brindisi,* in *The Messenger* (Detroit, Mich.) 17(1954) 184-188. I. V.

2258. - MEINOLF MÜCKSHOFF [VON OBERHAUSEN], O.F.M.Cap., *Die heilsgeschichtliche Stellvertretung der Menschheit durch Maria nach dem hl. Laurentius von Brindisi,* in *Die heilsgeschichtliche Stellvertretung der Menschheit durch Maria,* Paderborn 1954 (cf. *supra* n.920), 199-259.

Scitae huius pervestigationis propositum est enucleare, quomodo ad mentem S. LAURENTII BRUNDUSINI B. Maria personam gerat humani generis in opere humanae salutis efficiendae.

Praemittitur fusior explicatio, cur promerita Sancti in historiis theologiae diu penitus omissa sint. Definitur insuper eiusdem doctrina mariologica in genere (p.199-208). - Argumentum tractatum pressius aggrediens, A. 1) munus ac missionem Deiparae in consilio aeterno divinae praedestinationis ample describit (208-237). Secundum BRUNDUSINUM B.M.V. simul cum Filio praedestinata fuit ante praevisum Adae lapsum. In signum Dei incentissimae erga eam caritatis Genitrici secundus post Christum locus assignatus fuit, ut esset dispensatrix omnium gratiarum, ut evaderet cum Filio exemplar omnium creaturarum, ut, similiter ac Christus et ab eo dependenter, finis exsisteret praedestinatorum. - 2) Pars Matris divinae aestimatur quoad consilium salvificum Christi exsequendum (237-259). *Principium consortii* urgens, Sanctus affirmat Christum ac Mariam nobis obtinuisse ac iugiter conferre « remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam » (239). Conclusum est insuper divinum coniugium inter Deum et Deiparam ad pacem inter Creatorem mundumque reparandam. In hoc templo virgineo reposita fuit, simul cum Verbo incarnato, gratia sanctificans Ecclesiam. « Spiritus Mariae cum spiritu Christo sacerdotali munere iuxta aram crucis fungebatur » (249). Regina caelestis est simul thesauraria distribuens hominibus divitias gratiarum.

S. LAURENTIUS in sermonibus mariologicis cogitationes Scholae franciscanae ulterius evolvit, scriptis praesertim fultus ANTONII PATAVINI, BONAVENTURAE, HUBERTINI DE CASALE, BERNARDINI SENENSIS. Ideo A. concludit commentationem suam, plurimorum testimoniorum examine acuto necnon orationis elegantia praestantem: « Die Frage nach der Gültigkeit der laurentianischen Mariologie ist die Frage der Gültigkeit der franziskanischen Mariologie überhaupt » (259). O. R.

2259. - PRADA Benito, C.M.F., *Doctrina cordimariana de S. Lorenzo de Brindis,* in *Eph.Mariol.* 7(1957) 453-476.

Ceteris mariologis doctoribus, anterioribus et coaetaneis, antecellit S. LAURENTIUS BRUNDUSINUS in expressa et perspicua expositione doctrinae de Corde Mariae. Eius operibus attente examinatis, mens S. Doctoris hac in re ordinate adaperitur quoad fontes doctrinae cordimarianae, conceptus de Corde Mariae, parallelismum et similitudinem cum Corde Jesu, Cor Mariae Matris Dei, sanctitatem, amorem et virtutes Cordis Mariae, Cor Mariae corredemptricis, matris spiritualis et mediatricis. I. V.

2260. - *From the Mariale of St. Lawrence of Brindisi. Sermon 1. 2. 3. 5 on the Annunciation,* in *Round Table Franc.Res.* 19(1954) 30-36. 74-77. 111-115. 154s.

Interpretationem ex latino in linguam anglicam perfecerunt VERNO WAGNER A WEST BEND (serm. 1 et 2) et JOSEPHUS SMETANA A BLOOMER

(3 et 5), ambo ex O.F.M.Cap. Uti constat, sexdecim sermones S. LAURENTII de Annunciatione inscribuntur *Super*: *Missus est.* M. A.

2261. - VERNON WAGNER [OF WEST BEND], O.F.M.Cap., *The sorrowful Mother. Saint Lawrence of Brindisi*: *Sermon VI on the vision of Saint John,* in *The Cord* 4(1954) 264-267.

2262. - *A sermon on Saint Francis by Saint Lawrence of Brindisi, ibid.,* 360-310.

In idioma anglicum vertuntur duo sermones S. LAURENTII BRUNDUSINI, videl. *De Virginis Deiparae doloribus,* in *Mariale* (*Op.om.* I, 59-69) necnon unus e tribus *Diei Seraphici Patris nostri S. Francisci* (IX, 165-188). O. R.

2263. - SILVESTRO DA VALSANZIBIO, O.F.M.Cap., *Filosofia e predicazione di S. Lorenzo da Brindisi,* in *Misc.Franc.* 56(1956) 103-178. 428-489.

Quadruplici gressu in hac perlucida investigatione A. incedit, scil.: 1) dicendo de S. LAURENTII mente circa relationem inter philosophiam et sacram praedicationem; ac dein, adductis quamplurimis exemplis, 2) demonstrando qualiter eiusdem sermones sint philosophice constructi: praeponuntur assumpta, quae dein demonstrantur, pervestigantur atque ex ipsis conclusiones pro praxi deducuntur iuxta methodum categorico-causalem; 3) adducendo ancillationes philosophicas, quarum 47 sunt sententiae philosophorum, dum, quod attinet 23 categorias terminorum philosophicorum (anima, amor, bonum, beatitudo, causa, finis, etc.), ex S. LAURENTII sermonibus A. adducit 98 exempla; tandem 4) A. putat quod idem LAURENTIUS, quod sermonum structuram attinet, magistrum habuit praecipuum LUDOVICUM DE GRANADA, O.P., et, probabiliter, Augustinum VALIER, ep. veronensem, Ludovicum CARBONE et, forsan, etiam Joannem BOTERO, quorum opera de sacra praedicatione exeunte saec. XVI typis impressa sunt.

Ceterum BRUNDUSINUM nonnihil variandum in ipsis censuit, v.g. inducendo morem dicendi de B.V. Maria in sabbatis quadragesimae et non parum indulgendo apologeticae, quapropter tractatum proprium de sacra praedicatione, nunc deperditum, dictavit. Sed eius de hac re praecepta colligi adhuc possunt ex pluribus eius sermonibus, quos A. describit. Ea breviter retractat LUCA M. DE CARRÈ, O.F.M.Cap., *S. Lorenzo da Brindisi oratore classico,* in *Italia Franc.* 32(1957) 63-65. M. A.

2264. - SILVESTRO DA VALSANZIBIO, [O.F.M.Cap.], *Aristotele e l'aristotelismo nel giudizio di S. Lorenzo da Brindisi,* in *Sophia* 22(1954) 82-103.

Post brevem introductionem, qua summatim describitur historia aristotelismi, praesertim illius patavini saec. XVI, examinatur quomodo S. LAURENTIUS aestimaverit 1) ARISTOTELEM ut hominem atque philosophum, 2) aristotelicos eorumque doctrinas; 3) quaenam capita philosophiae ARISTOTELIS reprehenderit, 4) quaenam vero apud eius asseclas; 5) rationes censurae a LAURENTIO actae indicantur et 6) conclusiones quaedam nostris temporibus aptae proponuntur.

S. LAURENTIUS, pastorali cura et fidei integritate praesertim motus, partes potissimum negativas aristotelismi illustravit impugnavitque. Nonnihil contulit ad mythum fere infallibilitatis ARISTOTELIS destruendum. - Apud Universitatem S. Cordis Mediolani an. 1954 dissertationem ad lauream exaravit DI FLUMERI Francesco, *Problemi filosofici nelle opere di S. Lorenzo da Brindisi.* S. ST. A.

2265. - SILVESTRO DA VALSANZIBIO, O.F.M.Cap., *La ragion di Stato in S. Lorenzo da Brindisi*, in *Stud.Pat.* 3(1956) 421-467; 4(1957) 33-81.

Etsi peculiarem tractatum de re politica S. LAURENTIUS minime dictaverit, tamen in huiusmodi negotio plurimum fuit occupatus et saepe de rebus rectam populorum gubernationem attinentibus in suis scriptis egit.

Ex quibus A. eiusdem mentem explorare satagit inquirendo quid ipse senserit: 1) de conceptu Status et auctoritatis politicae (Status originem ducit, iuxta BRUNDUSINI mentem, ex sociali hominis natura, et princeps qui illum regit nil aliud est quam quidam Dei vicarius); 2) princeps vero non ad honores accipiendos eligitur, sed ut populo sibi commisso iustitiam, rerum abundantiam atque pacem procuret; ad quod efficiendum princeps potestate legislativa, iudiciali atque coercitiva ornatur; notandum vero est quod S. LAURENTIUS potestatem civilem et religiosam dictinctas quidem vult, sed tamen cooperationem inter utramque exigit; quod haereticos attinet, BRUNDUSINUS illos dure coercendos esse putat a principe civili, in Ecclesiae defensionem; 3) populi officia erga principem S. LAURENTIUS ita describit: « Principi terreno atque mundano, quia Dei vicarius est, debetur honor, oboedientia, tributum, aliquando etiam vita ipsa, ut in iustis bellis pro defensione reipublicae »; 4) optimus princeps erit, qui virtutibus domesticis, sapientia atque providentia ornatur, ita ut consilio et exemplo populo subvenire valeat; 5) tandem princeps et regna ruunt, iuxta S. LAURENTII doctrinam, exigente Dei iustitia cum res politica administratur iuxta postulata impiae *rationis Status*, scil. contra leges divinas et sanctitatem pactorum: et hoc modo ipse omnino aliter arbitratur ac defensores politicae paganae saec. XV-XVII, qui ob *rationem Status* violationem omnium iurium licitam dicebant.

Etsi A. de hoc ex professo minime inquirat, tamen extra dubium est S. LAURENTIUM in tractatione de rebus politicis, quae quaestiones fere universas tunc temporis actas attingit, convenire cum suae aetatis magistris, quorum praecipui sunt J. BOTERO, S. ROBERTUS BELLARMINO, S.J., et G. FRACHETTA. - Eandem rem retractavit LUCA DA CARRÈ, O.F.M.Cap., *L'antimachiavellismo di S. Lorenzo da Brindisi*, in *Italia Franc.* 32(1957) 320-324 et *S. Lorenzo da Brindisi e la ragione di Stato*, in *Osserv.Rom.* 1957 apr. 21, 4. M. A.

2266. - FRANCISCO LEITE DE FARIA [DE GUIMARÃES]. O.F.M.Cap., *Lisboa e S. Lourenço de Brindes.* [Separata de « Olisipo » n. 77, janeiro de 1957, 3-25]. Lisboa, [Oficinas Gráficas de Ramos, Afonso & Moita]. 1956. 24,5 cm., 28 pp., ill.

Documentis tabulariorum diligentissime examinatis, A. commorationem S. LAURENTII, legati populi neapolitani munere fungentis, Olisipone an. 1618-1619 enarrat, eiusque sanctam mortem describit. Tandem, aliqua tradit de Sancti perduranti fama illa in urbe, de festivis solemnitatibus occasione beatificationis, et de biographiis in Lusitania editis.

Idem argumentum A. brevius pertractavit, auctis tamen adnotationibus ad calcem, in *Bol.Of.Comiss.Fr.M.Cap.Portugal* 2(1956) n.6, 28-36. I. V.

2267. - BRADY Ignatius, [O.F.M.], *A painting of saint Lawrence of Brindisi*, in *Provincial Chronicle* (St. John Baptist Province, Cincinnati, Ohio) 29(1956) 54-57, 8 ill.

In introitu ad sacristiam Collegii Joannis Duns Scoti O.F.M. civitatis Detroit, Michigan, pictura exponitur sodalis capuccini, qui sudario manus dexterae lacrimas sibi abstergit, sinistra vero crucifixum tenet. Mensa, qua cubitus brachii dexteri innitur, lilium ut innocentiae signum ostendit.

Auctor rationibus haud spernendis adstruit imagine descripta ab ignoto pictore S. LAURENTIUM vividis coloribus exprimi. Inter 7 imagines BRUNDUSINUM delineantes, quas A. comparationis gratia adduxit, reperitur etiam pictura P. LABRUZZI quam an. 1610 ortam esse censet. Cf. tamen JOSEPH-ANTOINE DE GEN. NIKOLAEVO, O.F.M.Cap., *À propos de l'iconographie de s. Laurent de Brindes*, in *Coll.Franc.* 29(1959) 448-457, spec. 450-452. O. R.

Remigius a Beauvais, O.F.M.Cap., † 28 oct. 1622

2268. - HILDEBRAND D'HOOGLEDE, O.F.M.Cap., *Deux poètes peu connus: les capucins Remi de Beauvais (1568-1622) et Jean Évangéliste d'Arras († 1654)*, in *Coll.Franc.* 24(1954) 159-165.

Accuratae et vel minimae perhibentur notitiae biographicae, quae exstant laudatorum poetarum, et historicae ac bibliographicae eorumdem operum, quae respective sunt *La Madeleine* (Tournai 1617) et *La Philomèle séraphique* (Tournai 1632 et 1640).

Sollertem et indefessum Auctorem, qui die 6 iun. an. 1961 animam Deo reddidit (cf. *Coll.Franc.* 32[1962] 208), quaedam latuerunt notitiae, quas hoc loco addere iuvat. De arte poetica REMIGII iudicia quoque protulerunt sequentes auctores: Cl. P. GOUJET, *Bibliothèque Françoise, ou Histoire de la Littérature Françoise* XV, Paris 1754, 120-121; E.L.N. VIOLLET-LE-DUC, *Bibliothèque poétique*, Paris 1843, 383-390, qui insuper aliqua fragmenta exhibet; Pseudonymus L'Apôtre Bibliographe, *Bibliographie clérico-galante*, Paris 1879, 17. - Praeterea exemplar apographum manuscriptum operis JOANNIS EVANGELISTAE exstat Parisiis in *Bibl.Franciscaine* (cf. UBALD D'ALENÇON, O.F.M.Cap., *Catalogue des manuscrits de la Bibliotèque Franciscaine Provinciale*, Paris 1902, 13 n.65[143]). Nostra sententia, opus *Les trophées de l'amour séraphique*, quod EVANGELISTA an. 1650 typis vulgare cogitabat, potest idem esse ac *La Philomèle séraphique*. M. P.

Hugo Cavellus (Mac Aingil, Mac Caughwell), O.F.M.Rec., † 22 sept. 1626.

2269. - *Cavello (Mac Caughwell, Mac Aingil)*, in *Enc.Fil.* I. Venezia/Roma 1957, 981.

Ludovicus de Miranda, O.F.M.Obs., † post 1629

Vide etiam n.881.

2270. - APERRIBAY Bernardo, O.F.M., *La Inmaculada según Fr. Luis de Miranda, O.F.M.*, in *Virgo Immaculata* VII/2 (cf. *supra* n.812), 166-181.

Praemissa nota bio-bibliographica, ex analysi praesertim operis quod inscribitur *Defensio pro immaculata sacrae Deiparae Virginis Conceptione ab omni prorsus originali labe* (Salmanticae 1626), auctoris, scil. LUDOVICI DE MIRANDA, doctrina mariologica adaperitur quoad factum praeservationis Virginis Mariae a peccato originali, et quidem per gratiam in primo instanti sibi collatam; inquiritur illius theologi mens circa peccatum originale et debitum, factum praeservationis, radices et consequentias. I. V.

Didacus de S. Anna, O.F.M.Disc., † 1630

2271. - HENRI DU SACRÉ-CŒUR, O.C.D., *Diégo de Sainte-Anne, franciscain espagnol*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 875.

Sixtus Cucchi, O.F.M.Obs., † 1630

2272. - GIRALDI Giovanni, *Un mistico bergamasco: Sisto Cucchi*, in *Bergomum* n.s. 27(1954), fasc. 4, 71-82.

Describitur doctrina operum asceticorum et mysticorum Sixti CUCCHI (1585-1630), quae pluries typis edita sunt. Opus spirituale vero inscriptum *Le vie della contemplazione*, cum quietismum redoleret, in indicem librorum prohibitorum insertum est an. 1690. M. A.

Petrus Simón, O.F.M.Obs., † ca. 1630

2273. - FEBRES CORDERO Julio, *Notas sobre fray Pedro Simón*, in *Bol.Hist.Antigüedades* (Bogotá) 44(1957) 4-49.

Opere historico Petri SIMÓN innixus, A. aliquas quaestiones inventionis et colonisationis regionum occidentalium Venetiolae enodat, adspectus aliquos iuridicos et oeconomicos illustrat necnon amplam proverbiorum collectionem exhibet.

Notitiis biographicis praemissis, merita historica et ethnographica recoluntur operis P. SIMÓN, *Noticias historiales* (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1577) in brevi commentario: FORERO Manuel José, *Un capítulo de la historia de la literatura colombiana: Fray Pedro Simón*, in *Bolivar* (Bogotá) n.28(1954) 473-488. Duo capita exscribuntur *Notitiae quintae*, quae de expugnatione Terrae Firmae (Panamá et Venetiola) agunt. I. V.

Laurentius a Paris, O.F.M.Cap., † 12 apr. 1631

2274. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Une thèse en Sorbonne sur le Père Laurent de Paris, O.F.M.Cap. († 1631)*, in *Ét.Franc.*, n.s. 8(1957) 76-80.

Innuuntur animadversiones factae ab examinatoribus dominae M. DUBOIS-QUINARD, quae die 16 febr. 1957 publice defendit suam dissertationem de doctrina spirituali LAURENTII PARISIENSIS, O.F.M.Cap., quae iam publici iuris facta est an. 1959. Cf. *Coll.Franc.* 31(1961) 243-244. M. P.

2275. - GROOTENS P., S.J., *Joannes Crombecius, S.J., (1558-1626) als geestelijk schrijver*, in *Ons Geest.Erf* 31(1957) 225-275.

Doctrinam exponens Joannis CROMBECII de vita spirituali secundum eiusdem scriptum *De studio perfectionis* A. ostendit perfectionem, iuxta CROMBECIUM, non consistere in Dei *inactione* in animae nostrae essentiam delapsa, omni humana actione exclusa (p.251-265). De *inactione* primus, ut videtur, scripsit HENRICUS HERP, O.F.M.Obs. Sed etiam BENEDICTUS A CANFIELD, O.F.M.Cap., hac terminologia usus est. CROMBECIUS autem, hanc « neotericorum » doctrinam impugnans, imprimis adversatur LAURENTIO A PARIS, cuius quidem expositionem in *Le Palais d'Amour Divin*, Paris 1602, de *inactione* divina traditam acriter corripuit, quin tamen nomine LAURENTIUM appellaret. S. St. A.

Thomas a Bergamo, O.F.M.Cap., † 3 maii 1631

2276. - Ubaldo da Piove di Sacco, O.F.M.Cap., *La devozione alla Passione di Cristo in Tommaso da Bergamo, cappuccino (1563-1631)*, in *Italia Franc.* 32(1957) 123-129. 136.

Venerabilis servus Dei Thomas Bergomensis exstitit eximius cultor devotionis erga dolores Christi Jesu. Itaque A. pervestigat notas praecipuas huius cultus suasque varias manifestationes, nimirum in doloribus externis et internis atque in Corde transfixo contemplandis; et demum theologia devotionis erga Cor Jesu eiusque valor asceticus breviter declarantur. M. P.

Joannes de Abreu Galindo, O.F.M.Obs., † p. 1632

2277. - Abreu Galindo Juan de, *Historia de la conquista de las siete Islas de Canarias*. Edición crítica con introducción, notas e índice por Alejandro Cioranescu. Santa Cruz de Tenerife, Goya Ediciones, 1955. In-4°, XLIV-368 pp.

Exhibetur editio critica operis a Joanne de Abreu Galindo, prov. Baeticae O.F.M.Obs. alumno, an. 1632 exarati. Primum anglice prodierat an. 1764, e ms. translatum; editio hispanica an. 1848 publici iuris facta est (cf. Marcellino da Civezza, *Saggio di bibliografia sanfrancescana*, n.2; Streit R. - Dindinger J., *Bibliotheca Missionum* XVII, n.6951). I. V.

Joannettinus (Juanetín) Niño, O.F.M.Obs., † p. 1632

2278. - Nogueiro Jesús, O.F.M., *Un gran promotor del Movimiento Inmaculista de la primera mitad del siglo XVII: Fr. Juanetín Niño*, in *Arch.Ib.Amer.* II ep. 15(1955) 1047-1056.

Documentis exhibitis, partes enarrantur quas Joannettinus Niño egit an. 1617-1618 in propugnanda et obsecranda definitione Immaculatae Conceptionis apud regem Philippum III, et ut membrum consilii cui nomen « Real Junta de la Inmaculada Concepción ». Editur eius dictamen pro Immaculata Conceptione die 15 ian. 1618 subsignatum. I. V.

Guilelmus van Spoelberch, O.F.M.Obs., † 1 iun. 1633

Vide etiam: n.1000 carmina.

2279. - Somers L.H., *Bijdrage tot de bio-bibliografie van Willem van Spoelberch met een kleine keur uit zijn « Gheestelijcke Dreve »*, in *Franciscana* 9(1954) 1-24.

Ut tandem aliquando sancta vita et praeclara opera Guilelmi van Spoelberch plene perfecteque describi possit, hac dissertatione Guilelmus consideratur ut poeta popularis, canticorum spiritualium auctor. Praemissa brevi sed accurata vitae descriptione necnon notitiis bibliographicis, a D. van Heel collectis (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1451), ulterius expletis, diversae editiones examinantur libri canticorum *Gheestelijcke Dreve* inscripti, ab an. 1604 saepius editi. Deinde eiusdem operis pro-

prietates, indoles, materiae explicantur et septem cantica lectoribus degustanda eduntur.

Guilelmus VAN SPOELBERCH Bruxellis natus est die 21 aug. 1569. Ordinem franciscanum ingressus an. 1587, vir pietate insignis pluries guardianatus officio aliisque muneribus functus est. Regularis disciplinae studiosissimus, ferax librorum spiritualium scriptor, Mechliniae obiit 1 iun. 1633. S. St. A.

Balduinus De Jonghe, O.F.M., † 13 apr. 1634

2280. - VERJANS Matthieu, O.F.M., *De Jonghe (Baudouin; Junius Balduinus)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 116-117.

Praemissa brevi notitia biographica, significatur operositas litteraria B. DE JONGHE contra novatores et deinde afferuntur tituli quinque operum eiusdem, quae indolem spiritualem prae se ferunt. Quandoque auctor subsignatur *Constantius Peregrinus*. M. P.

Bernardinus a Nocera Umbra, O.F.M.Cap., † 6 iul. 1635

2281. - MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.Cap., *Apologia pro Immaculata Conceptione a Bernardino Nucerino, O.F.M.Cap., anno 1619 scripta*. (Textus ineditus), in *Regina Immaculata* (cf. *supra* n.815), 417-474.

BERNARDINUS A NOCERA UMBRA, qui lectoris ac alia munia obivit in sua Umbriae provincia, plurima reliquit manu scripta, inter quae interpretatio italica I vol. *Annalium* Z. BOVERII et praedictam *Apologiam*, quae asservatur in *Bibl.Vat., Barb.lat. 1043*, f.218*r*-231*v*. Opusculum ipse dictavit suadendo de pia sententia circa Immaculatam B.V. Mariae Conceptionem suo amico Joanne ROA de Ávila, O.E.S.A., qui tunc, sicut ipsemet BERNARDINUS, in oppido Città di Castello morabatur. In *Apologia* critice exponuntur testimonia S. Scripturae, SS. Patrum, theologorum necnon rationes theologicae, quae pro Immaculata militant. Item, iuxta Scholae scotisticae traditionem, magna vi ipse insistit in elucidanda notione perfectissimi Redemptoris et Mediatoris et in extollendo consensu fidelium, qui, sicut in Assumptionis privilegio, pro quo desideratur biblicum testimonium, veritatis catholicae norma haberi debet. M. A.

Joannes Evangelista a 's-Hertogenbosch, O.F.M.Cap., † 2 nov. 1635

Vide etiam n.129.

2282. - LEONARDUS [VAN OOSTERHOUT], O.F.M.Cap., *Wie is de auteur van « Cort begrijp... »*, in *Franc.Leven* 38(1955) 131-142.

Post brevem conspectum controversiae, inter D.A. STRACKE, S.J., et OPTATUM A VEGHEL, O.F.M.Cap., exortae de quodam tractatu mystico neerlandico *Beworp* et appendicula *Waerschouwinghe* (cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.425 et IX, n.980-982), Auctor aliud opusculum mysticum neerlandice conscriptum examinat, quod inscribitur *Cort begrijp van den staet van een ziele trachtende naer de volmacktheyd* (status interior animae ad perfectionem tendentis, breviter descriptus). Hic enim libellus, a STRACKE valde laudatus et editus in *Ons Geest.Erf* 22(1948) 313-366, eadem manu eademque ratione exscriptus invenitur in eodem codice quo

Beworp et *Waerschouwinghe* habentur. Nunc vero A. liquido evidenterque comprobat libellum *Cort begrijp* non esse nisi versionem neerlandicam aliquatenus abbreviatam adaptatamque tractatus *Divisio animae ac spiritus* Joannis Evangelistae a 's-Hertogenbosch. Porro, etiam illa appendicula *Waerschouwinghe* non est nisi compilatio aliquorum textuum ex opere *Het Ryck Godts inder zielen* eiusdem Joannis Evangelistae depromptorum. S. St. A.

Leo a Vannes, O.F.M.Cap., fl. 1635

2283. - Debauve J.L., *Un juriste capucin. Le Père Léon de Vannes (circa 1635-1640)*, in *Bull. de la Soc. polymatique de Morbihan* 1953-1954, 3-7.

Hunc articulum non inspeximus, ideoque nescimus cur Leo a Vannes inter cultores iuris recenseatur, siquidem hoc unum opus edidit asceticum *La seconde naissance de Jésus, complément de la première: c'est à dire, la conversion de l'âme, formée sur le modéle du Verbe Incarné*. Oeuvre divisé en trois parties. Partie I, A Paris M.DC.XXXVII (1637). M. P.

Alfonsus de Benavides, O.F.M.Obs., † 4 apr. 1636

2284. - *Benavides' Memorial of 1630*. Translated by Peter P. Forrestal, C.S.C. With an historical introduction and notes by Cyprian J. Lynch, O.F.M. (Publications of the Academy of American Franciscan History. Documentary Series, 2). Washington D.C., Academy of American Franciscan History, 1954. 26 cm., 96 pp., tab.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 25(1955) 330s.

Paulus Vitelleschi a Foligno, O.F.M.Cap., † febr. 1638

2285. - Paulus a Foligno, O.F.M.Cap., *Origo et progressus Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum*. Edidit P. Melchior a Pobladura, O.F.M.Cap. (Monumenta Historica Ordinis Minorum Capuccinorum, 7). Romae, Institutum Historicum Ord.Fr.Min.Cap., 1955. 25 cm., LI-557 pp., facs.

Paulus Vitelleschi a Foligno (ca. 1560-febr. 1638) inter Capuccinos provinciae Umbriae adlectus est ca. an. 1580, in eaque plura munia obivit an. 1614-1627. Porro ca. an. 1615 supremus moderator O.F.M. Cap. eidem mandavit ut ex documentis undique collectis *Chronica* Ordinis componeret. At an. 1627, sive ob longiorem moram in exsecutione sive ob linguam italicam, loco universalioris latinae, in dictando adhibitam, ab officio scriptoris eorundem *Chronicorum* exoneratus est, cum obligatione tradendi Zachariae Boverio a Saluzzo, vel alteri cuivis scriptori ad id deputato, quidquid ad eundem transmissum fuerat vel ipsemet collegerat atque conscripserat.

Editio facta est ex codice asservato Romae, *Arch.Gen.O.F.M.Cap., AD-108*, qui probabilissime conscriptus est an. 1620-1627. Editor vero erudite atque ordine in introductione generali disserit (p.XXV-LI) de authentia, fontibus, valore historico et

influxu eorundem *Chronicorum*, necnon de ratione critica in efficienda editione adhibita. Opus vero laudatum invenies in *Arch.Franc.Hist.* 48(1955) 443s et *Ét. Franc.* 7(1956) 102s; momentum vero *Chronicorum* eiusdem FULGINATENSIS, qui exstat « novus testis veritatis aliunde iam notae », secure descripsit L. DI FONZO, O.F.M. Conv., in *Misc.Franc.* 59(1959) 256-259, dum, ad ostendendum ipsius PAULI scribendi modum, exempla quaedam ex *Chronicis* excerpsit ARSENIO DE CASORATE, O.F.M.Cap., *Pagine di bella scrittura in una cronaca del Seicento*, in *Italia Franc.* 31(1956) 47-51. M. A.

Zacharias Boverio a Saluzzo, O.F.M.Cap., † 31 mart. 1638

Vide etiam: n.2281 versio italica *Annalium;* 2285 Paulus a Foligno.

2286. - MALVEZZI Aldobrandino, *Papa Urbano VIII e la questione della Valtellina. Nuovi documenti*, in *Arch.Stor.Lomb.* s.8 7(1957) 5-113.

Pro ferienda pace inter Hispaniam et Galliam quod attinebat usum itinerum in Valtellina, cum cetera tentamina in cassum cessissent, card. Antonius BARBERINI (dum rediret e Gallia, ubi legatione ad hoc functus erat) autumno 1625 misit ad ducem sabaudum CAROLUM EMMANUELEM I legatum ZACHARIAM DE SALUZZO, qui eiusdem ducis bona officia pro pace penes regem Galliae sollicitaret. Sed ipse nonnisi ambigua verba accepit (p.35-37). M. A.

Josephus Le Clerc du Tremblay a Paris, O.F.M.Cap., † 18 dec. 1638

Vide etiam: n.129. 143ª vita, opera; 114 epistola Oct. Corsini.

2287. - HUXLEY Aldous L., *Grey Eminence. A Study in Religion and Politics.* (Collected Edition). London, Chatto & Windus, 1956. 19 cm., 330 pp.

Cf. *Coll.Franc.* 20(1950) 421-424.

2288. - BORROMEO JACKSON [OF MARQUETTE]. O.F.M.Cap., *Man with a Vision. Père Joseph, Capuchin*, in *Round Table Franc. Res.* 22(1957) 149-157.

Capita, quae obiter tanguntur, ex fontibus historicis notis et allatis hausta, respiciunt conatus et promerita JOSEPHI LE CLERC DU TREMBLAY PARISIENSIS, scil. in apparanda expeditione contra Turcas ad recuperandam Terram Sanctam, in missionibus instaurandis et in scientia spirituali excolenda, qua animarum moderator et magister. M. P.

Antonius Daza, O.F.M.Obs., † ca. 1640

2289. - FIDÈLE DE ROS, O.F.M.Cap., *Daza (Antoine)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1954, 52-53.

Fusiores notitiae traduntur biographiae sororis tertiariae S. Francisci JOANNAE A CRUCE († 1534), quam Antonius DAZA saepe edidit. Addenda est versio italica, interprete Paulo BRUSANTINI, Mediolani 1616. Item memorandus erat tractatus de Stigmatibus S. FRANCISCI, qui ex sermone hispanico in linguam italicam translatus prodiit, interprete Daniele DELLE RHETI, O.F.M.Obs., Florentiae 1621. M. P.

Paulus Heath de Sancta Magdalena, O.F.M.Obs., † 15 apr. (27 apr. vel 7 maii?) 1643

2290. - Lekeux Martial, O.F.M., *Auteurs franciscains: Conseils de perfection chrétienne par le B. Paul de Sainte-Madeleine*, in *Message Franciscain* 10(1955) 124-126.

Angelus Volpi (Vulpes), O.F.M.Conv., † 19 mart. 1647

Vide etiam: n.799 maternitas B.M.V.; 926 regalitas B.M.V.

2291. - Di Monda Antonio M., O.F.M.Conv., *L'Immacolata nell'opera mariologica dello scotista Angelo Volpi, O.F.M.Conv. († 1647)*, in *Virgo Immaculata* VII/2, Romae 1957, 242-273.

Prolusio ista versatur circa doctrinam immerito oblitterati theologi Angeli Volpi enucleandam de intemerato Deiparae conceptu.

Ad introductionis instar A. pauca de eius vitae cursu necnon de opere suo *Sacrae theologiae Summa* disserit (p.242-245). Angelus nimirum versus an. 1590 lumen adspexit ad Montepeloso regni Neapolitani. Familiae franciscalis O.F.M.Conv. sodalis effectus, miram doctrinarum J.D. Scoti peritiam sibi acquisivit. Inde ab an. 1622 per 25 annos munus rectoris in Studio generali S. Laurentii Maioris Neapoli obivit. Cf. insuper *Bibliog.Franc.* VIII, n.439; IX, n.1063s. - Primo dein proponitur doctrina eius in vol. III, disp. 72: *De Immaculata Conceptione Mariae* exposita (245-266), sive quoad factum evinciendum, sive circa genus praeservationis, gradum certitudinis ipsius veritatis necnon consectaria privilegii. - Secundo sententia Nostri tam in adspectibus positivis quam in negativis serene diiudicatur (266-272). Eiusdem explicationis fastigium aeterna Deiparae praedestinatione constituitur. Proinde insuper exclusionem a quolibet peccati originalis debito et exstinctionem totalem fomitis sustinet. Non desunt tamen defectus: saepius meridionis poetae fervor theologiae campum invadit. Insuper contentiosius adversariorum sensum, speciatim Aquinatis, impugnat, atque quaedam principia mariologica, puta analogiam inter Christum et Mariam, nimis premit. O.R.

Emmanuel Orchi a Como, O.F.M.Cap., † 22 febr. 1649

2292. - Giovanni da Locarno, O.F.M.Cap., *Saggio sullo stile dell'oratoria sacra nel Seicento esemplificata sul P. Emmanuele Orchi*. (Bibliotheca Seraphico-Capuccina. Sectio Historica, 14). Romae, Institutum Historicum O.F.M.Cap., 1954. 25,5 cm., XVI-251 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 25(1955) 327s et *Rassegna Letteratura Ital.* 58(1954) 595-598.

Joannes Maria Zamoro ab Udine, O.F.M.Cap., † 30 aug. 1649

Vide etiam: n.797 principia mariologica; 588 Imm. Conceptio.

2293. - Melchiorre da Pobladura, O.F.M.Cap., *Zamoro, Giovanni Maria da Udine*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1773.

2294. - Adalberto M. da Postioma, O.F.M.Cap., *La conoscenza di Dio in P. Giovanni Zamoro da Udine, O.F.M.Cap. (1579-1649)*, in *Stud. Pat.* 3(1956) 5-53 vel separatim: Padova, [Tipografia del Seminario di Padova], 1956. 24 cm., 61 pp.

2295. - Idem, *P. Giovanni Zamoro da Udine è uno scotista nella dottrina sulla conoscenza di Dio?*, in *Coll.Franc.* 27(1957) 52-81.

Utraque elucubratione A. in doctrinam JOANNIS ZAMORO UTINENSIS, quatenus cognitionem Dei attinet, inquirere sibi proposuit. Quae hic in lucem eduntur, constituunt dissertationem ad Lauream in Facultate philosophica Pontificiae Universitatis Gregorianae, an. 1954 approbatam.

Commentatione prima prius postulata necnon indoles cognitionis Dei definiuntur. Mens Nostri exploratur circa sequentia: conceptum entis, Deo et creaturis univocum; univocitatem in attributis divinis simplicibus; univocitatem praefatorum quatenus ad cognitionem Dei praerequiruntur; ascensionem hominis ad Dei exsistentiam demonstrandam; conceptum entis infiniti, qualitates cognitionis Dei. - Pars altera dicatur capacitati humani intellectus ad Deum intuitive cognoscendum. Siquidem adest desiderium naturale ad visionem Dei. Reperitur insuper proportio inter intellectum hominis ac divinam essentiam. Viatori in statu isto tamen sola cognitio abstractiva propria est, etsi eidem, absolute considerato, divina essentia intuitive manifestari possit. Qua aptitudine naturali non obstante, intellectus ad apertam Dei visionem improportionatus dicendus est, quippe cum eiusdem assecutio e divina voluntate penitus pendeat. Ad quam obtinendam ob expressam divinam voluntatem lumen gloriae requiritur. Quatenus Noster indolem omnino liberam visionis gloriosae urgeat, omnimodam Dei transcendentiam servare intendit.

Disquisitione altera, parvulo commentariolo historico praemisso, A. stabilire studet, utrum UTINENSIS iure, prout saepe fit, J.D. SCOTI assecla praedicetur. Ad quaestionem A. responsum affert, quatenus illius doctrinam de cognoscibilitate Dei acuto examini supponat. JOANNES nimirum, sententiam scotisticam de entis univocatione cum analogia S. THOMAE AQUINATIS concilians, suam entis notionem ut quid medium inter duas metaphysicas, scotisticam et thomisticam collocat. Utriusque systematis vestigia clare quoque apparent in argumento causae seu exsistentiae Dei, in conceptu entis infiniti et in expositione naturalis desiderii Deum intuitive videndi. Unde A. haud immerito concludit: « P. Zamoro ci ha dato uno scotismo personale rielaborato, integrato » (p.80). - Utraque elucubratio se invicem complent et mentem Nostri sereno veritatis studio necnon dilucida stili claritate patefaciunt. O. R.

2296. - ADALBERTO DA POSTIOMA, O.F.M.Cap., *P. Giovanni Maria Zamoro da Udine, Pioniere dell'Immacolata nel secolo XVII*, in *Italia Franc.* 29(1954) 345-355.

2297. - CARMELUS A S. GIOVANNI IN GALDO, O.F.M.Cap., *Synopsis doctrinae Joannis M. Zamoro Utinensis, O.F.M.Cap., de Immaculata Conceptione B.M. Virginis*, in *Regina Immaculata* (cf. *supra* n.815), 475-483.

Anno centenario recurrente ex quo Immaculatae Conceptionis praerogativa solemniter definita fuit, uterque A. breviter exponit, quae JOANNES MARIA ZAMORO UTINENSIS de hac praerogativa docte scripsit et pro ea vindicanda fortiter sustulit.

Prior Nostri praesertim vitae curriculum texit. Natus est enim an. 1579, 8 sept. an. 1598 lanis seraphicis indutus, 26 mart. 1605 sacerdotio initiatus fuit. Contionatoris dehinc munus obivit. Ob intrepidam erga Apostolicam Sedem fidem simul cum confratribus in exsilium pulsus est. In provinciam redux philosophiae et theologiae praelectiones habuit. Post peregrinationem ad domum Lauretanam mariologiae tractatum *De eminentissima Deiparae Virginis perfectione* (Venetiis 1629) composuit, attamen S. Congregatio Indicis librum, cum eodem B.M.V. peccati originalis contrahendi debitum proximum renueretur, proscripsit. Quae sententia, licet JOANNES per octo circiter annos indesinenter tractatus omnimodam orthodoxiam defendebat, abrogata non fuit. Ad superos evolavit die 30 aug. 1649.

Auctor alter praelaudati operis mariologici non solum accuratam descriptionem bibliographicam tradit (p.476), sed insuper principia theologica necnon argumenta praecipua eiusdem duobus libris proposita exhibet. Opinione illius de debito adumbrata, his concludit verbis: « Iure merito auctor noster inter Ordinis franciscani doctores et Mariae Immaculatae praeclaros defensores recenseri debet » (483). Tabula 18, inter p.480s libro inserta, frons incisa operis mariologici Joannis lucis arte exprimitur. - Cf. insuper *Bibliog.Franc.* VIII, n.855. O. R.

Antonius Tello, O.F.M.Obs., † ca. 1650

2298. - van Horne John, *Fray Antonio Tello, historiador*, in *Est. Hist.* (Guadalajara, Jalisco) 1(1957) n.2-3, 87-100.

Ex analysi operis *Crónica miscelánea* an. 1891 editi, merita extolluntur Antonii Tello qua historiographi et litterati; ipse historiam religiosam, militarem et civilem enarrat Novae Gallaeciae (nunc Jalisco in Mexico). I. V.

Jacobus Du Bosc, O.F.M.Conv., fl. 1650

Vide etiam: n.143ª. 980 vita, opera; 741 apologetica.

2299. - Julien-Eymard d'Angers, O.F.M.Cap., *Sénèque et le stoïcisme dans l'œuvre du cordelier J. du Bosc*, in *Bull.Soc.d'Étude du XVII^e siècle* n.29(1955) 353-377.

A., qui iam habitudinem Jacobi Du Bosc erga Blasium Pascal exposuerat (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2306), nunc inspectis tribus operibus editis an. 1632, 1643 et 1645, duo priora in usum feminarum et tertium ad philosophum incredulum, pervestigat illius sententiam comparate ad doctrinam stoicorum, et concludit eum ad coetum humanistarum christianorum pertinere, qui non oculis clausis placita philosophorum paganorum admittunt, sed, si contraria veritati christianae conspiciunt, ea efficaciter impugnant. M. P.

Bonaventura ab Oldenzaal, O.F.M.Cap., † 5 aug. 1653

2300. - Optatus [van Veghel], O.F.M.Cap., *P. Bonaventura van Oldenzaal († 1653)*, in *Franc.Leven* 38(1955) 124-125.

Describuntur duo codices nuper acquisiti et nunc depositi in 's-Hertogenbosch, *Archiv.prov.O.F.M.Cap.*, qui continent plures epistolas, sermones, consilia Bonaventurae ab Oldenzaal. Iidem codices etiam continent omnis generis preces et exercitia spiritualia, quae saec. XVII in usu fuisse videntur penes Sorores T.O.F. de Almelo, ubi Bonaventura spiritualem curam gerebat. S. St. A.

Bonaventura de Salinas y Córdova (Córdoba), O.F.M.Obs., † 15 nov. 1653

Vide etiam n.2306.

2301. - Salinas y Córdoba Buenaventura de, *Memorial de las historias del Nuevo Mundo Pirú*. Con introducción de Luis E. Valcárcel y estudio sobre el autor de Warren L. Cook. (Colección Clásicos Peruanos, 1). Lima, Universidad Mayor de San Marcos, 1957. 24,5 cm., LXXIX-358 pp.

Opus hoc, summi momenti pro historia religiosa et civili Peruviae, iterum editur, quod, publici iuris factum Limae an. 1630, rarissimum iam evaserat.

Introductio seu prologus iam vulgatus fuerat an. 1956: VALCÁRCEL Luis E., *El «Memorial» del Padre Salinas*, in *Rev.Museo Nac.* (Lima) 25(1956) 8-21; pariter prodierat studium praeliminare: COOK Warren, *Fray Buenaventura de Salinas y Córdova. Su vida y su obra*, in *Rev.Mus.Nac.* 24(1955) 19-49, in quo A. plura de persona Bonaventurae de SALINAS profert et amplam analysim instituit de illius opere.

Ad biographiam quod attinet Bonaventurae de SALINAS, aliqua affert LOHMANN VILLENA Guillermo, *Sobre fray Buenaventura de Salinas y Córdoba*, in *Mercurio Peruano* (Lima) 35(1954) 780-781; publici iuris facit regium documentum (cédula) an. 1635, quod nonnulla de vita et operibus Bonaventurae de SALINAS illustrat. I. V.

Mechtildis van Lom, O.Ann.M., † 1653

2302. - *Liederen van Mechtildis van Lom en andere Annuntiaten, voorafgegaan door de Transcedronkroniek van Barbara de Put*. Ingeleid en met aantekeningen voorzien door N. WIJNGAARDS. (Zwolse Drukken en Herdrukken voor de Maatschappij der Nederlandse Letterkunde te Leiden, 25). Zwolle, N.V. Uitgevers-Maatschappij W.E.J. Tjeenk Willink, 1957. 20,5 cm., [IV]-276 pp.

Ad fidem codicis Maastricht, *Bibl. Beijart, Aa 10, nr. 32* eduntur 48 carmina antiquo sermone neerlandico exarata (p.143-267), quorum 42 composuit Mechtildis VAN LOM, Annuntiata in monasterio Transcedron de Venlo; cetera vero ab aliis sororibus eiusdem domus sunt confecta. Hisce carminibus A. praemisit editionem chronicorum memorati monasterii *Transcedronkroniek*, (16-141), quae scripsit Barbara DE PUT (seu PUTEANA) pro annis 1423-1619 et deinde ad an. 1703 aliae Sorores continuaverunt (Venlo, *PP. Dominicanen, Leges-Boeck*). Brevis introductio (1-15) ambitum historicum Annuntiatarum Venloensium delineat et in extremo libri indices apte sunt dispositi. S. St. A.

2303. - WIJNGAARDS Nicolaas Carel Heinrich, *Mechtildis van Lom, 1600-1653. Dichteres en Annuntiate van Venlo*. Academisch proefschrift... R.K. Universiteit te Nijmegen... Zwolle, N.V. Uitg.Mij. W.E.J. Tjeenk Willink, [1957]. 20,5 cm., [V]-179 pp.

Haec dissertatio ad lauream obtinendam in Facultate Artium Universitatis Catholicae de Nijmegen an. 1957 defensa quinque complectitur capita: 1) enarrantur lineamenta generalia historiae conventus Transcedron eiusque habitudo ad Ordinem Annuntiatarum (p.3-46); 2) spiritualitas in hoc monasterio saec. XVII efflorescens examinatur (47-80); 3) vita et spiritus Mechtildis VAN LOM describitur, ope praesertim eiusdem carminum (81-131); 4) examini subicitur ars poetica MECHTILDIS, scil. eiusdem technica (132-146) necnon 5) sermo eius seu genus dicendi et stilus (147-165). Appendicis instar pretiosus texitur elenchus chartarum documentorumque ad monasterium Transcedron pertinentium (166-178).

Prope ab oppido Venlo (Neerlandia) aliquot piae virgines an. 1423 monasterium fundarunt sub Regula T.O.F. Illud furore Geuziorum die 17 sept. 1582 destructum

est. Sorores post commorationem in Roermond (1582-1586) eo nihilominus redierunt, sed an. 1599 ad tutiorem domum intra oppidum migraverunt, scil. ad Transcedron, quod erat coenobium a fratribus Cellitis (*Cellebroeders*) derelictum. Sorores an. 1614 Regulam Annuntiatarum professendam receperunt. Hoc monasterium an. 1620 intravit Mechtildis VAN LOM, tunc viginti annos nata, notabilis poetria, cuius carmina spiritualia altam tradunt sensibilitatem necnon afflatum mysticum in describendo amorem erga Deum humanatum, Virginem Mariam, angelos, Sanctos. S. ST. A.

Vitalis ab Alcira, O.F.M.Cap., † 1654

2304. - HILDEBRAND [VAN HOOGLEDE], O.F.M.Cap., *Nog over de Franciscaanse Boom*, in *Franc.Leven* 37(1954) 122-124.

Additiones quaedam vulgantur de *Arbore Seraphicae Religionis* (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.4633) a VITALI AB ALCIRA inventa.

Anno 1623 caelator Michael SNYDERS *Arborem* dedicavit GERARDO ANTONII, T.O.R. († 1640) eiusque fratri (?) MATHIAE ANTONII. Post tres tantum annos omnes tabulae perfectae erant et *Arbor*, a VITALI excogitata, edi poterat (1626). Sub titulo *Cronycke ende geslachtenboom* in codice Bruxellis, *Bibl.Royale 12, 181-63* (J. VAN DEN GHEYN, *Catalogue des manuscrits...* VI, Bruxelles 1906, p.206-7, n.3939) invenitur exemplum propositae editionis *Arboris* (1626) a Joanne de MONTOYA neerlandice redactum, quod continet nomina personarum delineandarum, locum ubi in *Arbore* ponendae erant, elenchum Ministrorum generalium Ordinis, singulas Reformationes, fontes adhibitos. - Notamus quod AEMILIUS A SOLLANA, O.F.M.Cap., magnam dissertationem praeparat de historia et momento huius *Arboris* fratris VITALIS. S. ST. A.

Didacus de Córdova (Córdoba) y Salinas, O.F.M.Obs., † p. 14 apr. 1654

2305. - CÓRDOVA SALINAS Diego de, O.F.M., *Crónica franciscana de las Provincias del Perú*. New edition with notes and introduction by Lino G. CANEDO, O.F.M. (Publications of the Academy of American Franciscan History. Franciscan Historical Classics, 1). Washington, D.C., Academy of American Franciscan History, 1957. 28 cm., XCIII-1195 pp., tab. et ill.

Rec. in *Coll.Franc.* 28(1958) 350-351; *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 459-460.

2306. - GENTO SANZ Benjamín, O.F.M., *Semblanza histórica del cronista peruano fray Diego de Córdoba y Salinas (Siglo XVII)*, in *Rev.Hist.América* (México) n.40(1955) 425-486.

In hac dissertatione, quamplurimis documentis tabulariorum firmata, A. de genere et familia Didaci de CÓRDOBA pervestigat et praesertim eius consuetudinem relate ad fratrem germanum Bonaventuram de SALINAS (de quo *supra* n.2301) illustrat; deinde, examini subicit illius chronicam. I. V.

Gabriel ab Antwerpen, O.F.M.Cap., † 29 ian. 1656

2307. - HILDEBRAND [VAN HOOGLEDE], O.F.M.Cap., *Gabriel van Antwerpen, Uitgever van de Pseudo-Tauler en Ruusbroec*, in *Bijdragen tot de Geschiedenis*, reeks III, 6(1954) 43-50.

Plura dubia de sana rectaque fide GABRIELIS AB ANTWERPEN, poetae flandrici, nuper insinuavit A. AMPE, S.J. (cf. *Bibliog.Franc.* IX,

n. 1073). Huiusmodi criminationes a perito A. enervantur, rectius — ut videtur — describendo historiam editionum PSEUDO-TAULERI *Naer-volghinge des armen leven Christi* (1647, 1685, 1707) et JOANNIS DE RUUSBROEC *Cieraet der gheestelycke bruyloft* (1624) et *Den grondt-steen der volmaecktheyt* (1638), quas GABRIEL curavit evulgandas. Condiciones quoque temporum et existimatio, qua gaudebat GABRIEL, apte illustrantur.

Nota quod in *Ons Geest.Erf* 28(1954) 416 haec controversia originem duxisse dicitur ex eo quod HILDEBRANDUS non cognoverit specialem GABRIELIS editionem ab AMPE adhibitam. Non tamen indicatur qualis haec editio fuerit. S. Sr. A.

Franciscus Quaresmi (Quaresmio, Quaresmius), O.F.M.Obs., † 25 oct. 1656

2308. - ROMANUS [pseud.], *Il 3° centenario di Francesco Quaresmi*, in *Osserv.Rom.* 1956 nov. 8, 3.

Occasione tertii centenarii ab obitu Fr. QUARESMI, recoluntur eius promerita qua missionarii, custodis Terrae Sanctae, apostolici legati apud Chaldaeos et Maronitas, eiusque opera principaliora perpenduntur, scil.: *Apparatus pro reductione Chaldaeorum ad catholicam fidem* (6 voll. inedita) et *Historica, theologica et moralis Terrae Sanctae elucidatio* (2 voll., Antwerpiae 1639, Venetiis ²1880-81). I. V.

Lucas Wadding, O.F.M.Rec., † 18 nov. 1657

Vide etiam: n.262s *El Floreto;* 881 Imm. Conceptio; 1916 postulator causae B. Raim. Lull.

2309. - *Father Luke Wadding.* Commemorative volume edited by the Franciscan Fathers, Dún Mhuire, Killiney, Dublin. Clonmore and Reynolds Ltd. - London, Burns Oates and Washbourne Ltd., [1957]. 22 cm., 652 pp. tab.

Rec. in *Coll.Franc.* 28(1958) 116-117; *Arch.Franc.Hist.* 51(1958) 211-215; *Misc.Franc.* 59(1959) 260-262.

In commodum tamen lectorum iuvat hic iterum saltem titulos exscribere dissertationum huius voluminis miscellanei quae directe de L. WADDING agunt, et de quibus summarium vel commentarium in recensionibus supra citatis exhibetur: MILLET Benignus, O.F.M., *Guide to Material for a Biography of Father Luke Wadding* (229-262); BALIĆ Charles M., O.F.M., *Wadding, the Scotist* (463-507); CEYSSENS Lucian, O.F.M., *Florence Conry, Hugh de Burgo, Luke Wadding and Jansenism* (295-404); MOONEY Canice, O.F.M., *Was Wadding a Patriotic Irishman?* (15-92); CASTRO Manuel de, O.F.M., *Wadding and the Iberian Peninsula* (119-170).

Huius ter centenarii ab obitu L. WADDING causa, et alia prodiere opuscula commemorativa, de quibus tamen pleniorem notitiam bibliographicam habere non potuimus: MCCLEAN Lucius, O.F.M., *Father Luke Wadding: Irishman and Franciscan.* A tercentenary tribute. Dublin, Assisi Press, 1956; FLANAGAN Urban, O.P., *Luke Wadding.* Cork, University Press, 1957.

Merito figura et opera L. WADDING etiam recoluntur in parvis aliis commentariis: MELANI Gaudenzio, O.F.M., *Wadding, Lukas* [sic], in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1639-1641; SCARAMUZZI Diomede, O.F.M., *La figura e le opere di Luca Wadding,* in *Osserv.Rom.* 1956 dic. 16, 3; ESHPETER Henry, O.F.M., *Luc Wadding, sa vie et ses œuvres,* in *Studium* 10(1957) 208-217; HEGENER Mark, O.F.M., *Luke Wadding, Churchman, Franciscan, Patriot,* in *Franc.Herald & Forum* 36(1957) 41-44.

Tandem, praeclarissimas laudes de L. WADDING protulerunt: PIUS PP. XII, *Epistula ad E.mum P.D. Joannem tit. S. Agathae S.R.E. Presb. Card. D'Alton, Archiepiscopum Armachanum: Tertio exeunte saeculo ab obitu Lucae Wadding, Ordinis Fratrum Minorum* [23-9-1956], in *AAS* 48(1956) 812-813; *Acta O.F.M.* 76(1957) 48-49; *Anal.O.F.M.Cap.* 73(1957) 3-4; - Idem, [*Allocutio*] *ad Exc.mum Virum Eamon De Valera, Primum Ministrum Hiberniae Gubernii* [4-10-1956], in *AAS* 49(1957) 953-954; *Ir.Eccl.Rec.* 88(1957) 443-444; *Acta O.F.M.* 77(1958) 26-27; - Idem, [*Allocutio*] *E.mo P.D. Joanni S.R.E. Cardinali D'Alton, Archiepiscopo Armachano, Exc.mo Viro Eamon De Valera, Hiberniae Primo Ministro, Exc.mis Episcopis Hiberniae ceterisque praeclaris peregrinis, qui Romae advenerant Lucam Wadding celebraturi, tertio exeunte saeculo ab eius obitu* [8-10-1956], in *AAS* 49(1957) 959-961; *Ir.Eccl.Rec.* 88(1957) 441-443; *Acta* O.F.M. 77(1958) 27-28; - SEPINSKI Augustinus, O.F.M., *Epistula ad Adm. R.P. Hubertum Quinn, O.F.M., Ministrum Provinciae Hiberniae, tertio ab obitu Lucae Waddingi recurrente saeculo* [4-11-1956], in *Acta O.F.M.* 76(1957) 18-20.

I. V.

2310. - PANDŽIĆ Basilio, O.F.M., *Gli « Annales Minorum » del P. Luca Wadding*, in *Studi Franc.* 54(1957) 275-287.

A., recentissimus *Annalium Minorum* continuator, rationes et occasionem historicam considerat hos *Annales* redigendi eximioque Lucae WADDING committendi; aequum iudicium fert de hoc opere, iuxta criteria historica tunc temporis vigentia, nempe: quoad investigationem et collectionem documentorum, quoad criticam testimoniorum et quoad synthesim historicam. Demum, de felici exitu operis deque editionibus aliqua pervulgat. I. V.

2311. - MOONEY Canice, O.F.M., *The letters of Luke Wadding*, in *Ir.Eccl.Rec.* 88(1957) 396-409.

Multiformem Lucae WADDING actuositatem humanissimamque indolem A. illustrat analysi illius epistolarum, ex quibus plures excerpit locos, in anglicum sermonem versos. I. V.

2312. - CORISH Patrick J., *Father Luke Wadding and the Irish Nation*, in *Ir.Eccl.Rec.* 88(1957) 377-395.

Licet Lucas WADDING patriae exsul vitam transegit, summo amore Hiberniam suam, pro aris et focis pugnantem, prosecutus est, ut copiose in hoc commentario enarratur, ubi sermo est de eius loco nativo Waterford, de familia et habitudine ad gaelicam traditionem, de inceptis ad patriam, anglicana persecutione subactam, adiuvandam tum stipe collecta tum via diplomatica apud catholicas nationes et praesertim apud Romanam Curiam.

De vita et actuositate litteraria necnon de patrio amore Lucae WADDING, Romae commorantis ab an. 1618, summarias notitias exhibet Fausta CASOLINI, *Irlandese e romano: Fra Luca Wadding*, in *Osserv.Rom.* 1956 nov. 18, 4. Eadem A. in parvo commentariolo partes extollit quae Lucae WADDING competunt in processu canonizationis S. JOANNIS DE CAPESTRANO promovendo praesertim critica et amplissima tractatione in suis *Annalibus* (ad an. 1456): *Fra Luca Wadding difensore della santità di fra Giovanni da Capestrano*, in *Frate Francesco* (Roma) n.s. 3(1956) 151-154. I. V.

Franciscus Guerra, O.F.M.Obs., † 1657

2313. - PIJOÁN José, O.F.M., *La Inmaculada Concepción en Francisco Guerra y Tomás Francés Urritigoyti*, in *Virgo Immaculata* VII 2 (cf. *supra* n.812), 182-208.

Uterque theologus, privilegii Immaculatae Conceptionis assertor, illud tamen methodo, ratione scientifica et dicendi genere diversimode exposuit. Fusius illustratur mens Francisci GUERRA (p.182-201), hoc quidem ordine: doctrina de peccato originali eiusque transmissione; rationes pro Immaculata Conceptione (maternitas divina, plenitudo gratiae, consociatio cum Christo); debitum peccati originalis; praeservatio a peccato et debito per merita Christi redemptoris; certitudo et definibilitas (sententia moraliter certa et evidens). - Deinde per summa capita doctrina Thomae FRANCÉS delibatur (p.201-208): sententia scil. de peccato originali eiusque transmissione, argumenta Traditionis et theologica, definibilitas privilegii mariani (proxime definibilis). I. V.

Bonaventura a Langres (Lingonensis), O.F.M.Cap., † 28 dec. 1658

2314. - JULIANUS EYMARD AB ANGERS, O.F.M.Cap., *De beatificae visionis naturali desiderio apud Bonaventuram Lingonensem, O.F.M. Cap., et Marcum a Baudunio, O.F.M.Cap., gallicos theologos*, in *Ant.* 29(1954) 45-62.

Ut duorum theologorum capuccinorum, videl. BONAVENTURAE DE LANGRES, necnon MARCI BEC A BAUDUEN († 1692) exponat sensum de beatificae visionis desiderio naturali, prius aliquos ipsorum textus edit eosque dein diiudicat.

LINGONENSIS exhibetur quaestio *Quomodo Deus cognoscatur* ex opere *Bonaventura et Thomas seu Unica geminaque Theologiae Summa* (Lyon 1655, 89-91); MARCI item textus *De cognitione Dei* operis sui *Paradisus theologicus* (Lyon 1661, 77) necnon locus ex eiusdem scripti vol. II (1663, 27-28). - Uterque theologus in eo conveniunt, quod ordinem supernaturalem humanae naturae non repugnare asserunt, ita tamen ut efficaciter desiderari nequeat. Dissentiunt, quatenus prior in gratiae necessitate insistit, dum alter ad humanum intellectum extollendum inclinatur, ita ut desiderio naturali favere merito dicatur (58-62). O. R.

Valerianus Magni a Milano, O.F.M.Cap., † 29 iul. 1661

Vide etiam: n.114 epistolae Oct. Corsini ad eum; 741 apologetica.

2315. - BLOTH Hugo Gotthard, *Der Kapuziner Valerian Magni und sein Kampf gegen den Jesuitenorden*, in *Materialdienst des Konfessionskundlichen Instituts* (Bensheim) 7(1956) 81-86.

Capita praecipua acris diuturnaeque controversiae inter VALERIANUM MAGNI et quosdam Societatis Jesu sodales, secundum subtilem Auctoris analysim explicantur: *a*) ex discrepante philosophiae interpretatione; *b*) ex methodologia laborandi ad unionem confessionum acatholicarum cum vera Christi Ecclesia obtinendam; *c*) ex pondere et momento, quod utraque pars auctoritati Ecclesiae tribuit in negotiis iurisdictionis et doctrinae componendis.

Auctor existimationem non dissimulat erga VALERIANUM MAGNUM, immo verbis honorificis sese gerendi rationem prosequitur. Optandum est ut novis inquisitionibus, quas promittit, omnia asserta allatis locis et auctoritatibus, quibus iam usus est, magis roborentur. Indoles publicationis apparatum criticum, qui dicitur, neque exigebat neque permittebat. - Opera et principia philosophica VALERIANI MAGNI distincte significantur ab I. DANIELE in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 239-240. M. P.

Maria a Jesu de Ágreda, O.Conc., † 24 maii 1665

Vide etiam: n.34. 40. 102. 108. 722 mss.; 143ª vita, opera; 886 censura; 893 Euseb. Amort; 931 regalitas B.M.V.; 1004 heroicum; 1228 S. Joseph.

2316. - MARIA VON JESUS [DE AGREDA, O.Conc.], *Maria die geheimnisreiche Stadt Gottes.* Ein Wunder seiner Allmacht, ein Abgrund seiner Gnaden. Leben der jungfräulichen Gottesmutter Maria, unserer Königin und Herrin, Sühnerin der Schuld Evas, Mittlerin der Gnaden, der ehrwürdigen Schwester MARIA VON JESUS vom Orden des heiligen Franziskus, Äbtissin des Klosters der Unbefleckten Empfängnis in Agreda, geoffenbart. Unter Zugrundelegung der *Nueva Edición de la Mística Ciudad de Dios*, Barcelona 1911-1914, bearbeitet und herausgegeben von Schw. Assumpta VOLPERT, Dienerin des Hl. Geistes. Illustrationen von Schw. Calliste MASUTH und Schw. Serviane WOLLSEIFEN, SSpS. Band I-VII. Zürich, Albertus Verlag, 1954-1958. 18,5 cm., 399, 253, 257, 235, 244, 253, 207 pp., 45 tab.

2317. - CUTHBERT [GUMBINGER OF CHICAGO], O.F.M.Cap., *The Tercentenary of Mother Agreda's Mystical City of God*, in *The Messenger* 18(1955) 24-27. 46-48.

2318. - Idem, *The Mystical City of God*, in *Franc.Herald & Forum* 34(1955) 262-265. 272.

Tertio revoluto saeculo, ex quo serva Dei MARIA A JESU celeberrimum opus cui titulus primigenius *La Mística Ciudad de Dios* iussu animae moderatorum an. 1655 exaravit, recensentur illius operis editiones et approbationes, ex eoque duo capita doctrinae maxime commendantur, quae primatum Domini Jesu et Virginis Matris Mariae extollunt. M. P.

2319. - SPILL Edmund J., *Mother Mary of Agreda. Mysterious Woman in Blue*, in *Franc.Herald & Forum* 34(1955) 259-262.

Ex nota biographia MARIAE A JESU duae notitiae excerpuntur, nimirum eius mira evangelizatio indigenarum regionis vulgo Texas tunc sub dominio regis Hispaniarum, atque eiusdem vis et auctoritas in aula regia Matritensi.

De eadem pia domina cf. KELLERMANN W., *Agreda, Maria de*, in *Lex. der Marienkunde*, 1. Lieferung, Regensburg 1957, 88-89; STEGMÜLLER O., *Amort, Eusebius, ibidem*, 185-186. M. P.

2320. - MORENO Y MORENO Miguel, *Ágreda, barbacana de Castilla*. Soria, Tip. Casa de Observación, 1954. 24 cm., 134 pp.

Concinne describitur historia urbis Ágreda (Soria) et quia in eadem die 2 apr. an. 1602 nata est venerabilis serva Dei MARIA A JESU, ideo eius curriculum vitae breviter quoque delineatur. M. P.

Petrus David, O.F.M.Conv., fl. 1666

2321. - RAYEZ André, S.J., *David (Pierre), cordelier*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1954, 50.

Petrus de Alva y Astorga, O.F.M.Obs., † 5 april. 1667

2322. - EGUILUZ Antonio, O.F.M., *El P. Alva y Astorga y sus escritos inmaculistas. Bosquejo bio-bibliográfico*, in *Arch.Ib.Amer.* II ep. 15(1955) 497-594.

In hoc ditissimo repertorio diligenter colligitur quidquid ad vitam et actuositatem litterariam Petri de ALVA Y ASTORGA pertinet. In prima sectione fontes, vel etiam singula documenta indicantur quae spectant ad illius patriam hispanam et natalicium annum (1601 vel 1602), ad studia ecclesiastica in urbe Cuzco (Peruvia) peracta, ad ingressum in Ordinem franciscalem (Limae, probabiliter an. 1621), ad actuositatem et singulas commorationes in Peruvia, Hispania, Romae et Flandria. In sectione altera exhibetur accurate descriptus elenchus bibliographicus operum quae nomine expresso edidit (17), quae pseudonymo vel anonyme vulgavit (18), vel quae inedita remanserunt vel in animo exarandi habuit (9).

Notitiam biographicam de P. de ALVA Y ASTORGA scripserunt: AMORÓS León, O.F.M., *Alva y Astorga Pedro de, O.F.M.*, in *Lex.Theol.Kirche* ²I (cf. *supra* n.126), 409s; STEGMÜLLER O., *Alva y Astorga, Petrus de, O.F.M.Obs.*, in *Lexikon der Marienkunde*, 1. Lieferung, Regensburg 1957, 171-172. De percelebri opere *Armamentarium seraphicum* inscripto disserit DIÉGUEZ Gonzalo, O.F.M., *El mayor monumento a la gloria de la Inmaculada*, in *Liceo Franc.* (Santiago de Campostela) 2ª ep. 9(1956) 10-19. I. V.

2323. - EGUILUZ Antonio, O.F.M., *Fr. Pedro de Alva y Astorga, O.F.M., en las controversias inmaculistas*, in *Verd.Vida* 12(1954) 247-272.

Iuxta A. sententiam, Petrus de ALVA Y ASTORGA in sua indefessa actuositate litteraria in favorem privilegii Immaculatae Conceptionis, triplex habuit propositum; unde eius principaliora opera mariana in hanc triplicem categoriam distribui possunt, nempe: 1) opera critica traditionis conceptionistae (*Armamentarium seraphicum, Sol veritatis, Nodus indissolubilis*); 2) editiones operum pro Immaculata Conceptione (*Militia Immaculatae Conceptionis, Bibliotheca controversiae*); 3) opera polemica contra coaevos adversarios privilegii mariani. I. V.

Alfonsus Briceño, O.F.M.Obs., † 16 nov. 1668

Vide etiam n.670.

2324. - GARCÍA BACCA Juan David, *Datos para la historia de las ideas filosóficas en Venezuela durante los siglos XVII y XVIII*, in *Rev.Nac.Cultura* (Caracas) n.100(1953) 124-127.

Brevis notitia biographica Alfonsi BRICEÑO, ep. Nicaraguae et deinde de Caracas, et eximii cultoris philosophiae scotisticae. Summatim delibatur eius doctrina exposita in opere *Prima pars celebriorum controversiarum... Joannis Duns Scoti*, an. 1638 typis edito. I. V.

S. Carolus de Sezze, O.F.M.Ref., † 6 ian. 1670

2325. - *Scintille serafiche. Florilegio di massime e pensieri del beato Carlo da Sezze, O.F.M.*, raccolti e annotati a cura del P. Severino GORI. O.F.M. Roma, Edizioni « Fiamma Nova », [1957]. 16,5 cm., 202 pp., 1 tab.

En aureum florilegium sententiarum, propositorum monitionumque S. CAROLI SETINI, qui etsi frater laicus fuit et litteris humanis parumper tantum imbutus, divinarum veritatum contemplationi affixus, varia scripta ascetico-mystica miram supernaturalem attestantes sapientiam conscripsit partimque evulgavit; cf. *Coll.Franc.* 8(1938) 475; *Bibliog. Franc.* X, n.1608.

Editor e variis Nostri operibus sententias profundiores in commodum spirituale christifidelium excerpsit easque secundum sequens schema disposuit: virtutes theologales, virtutes morales, consilia evangelica, obstacula superanda vitam spiritalem praepedientia, desiderium sanctitudinis et pax cordis ut bonae animae dispositiones, plura media sanctitatis adipiscendae ut precatio, devotiones ac contemplatio. Notentur lepida praefatio Hygini GIORDANI necnon introductio Editoris (5-12. 13-16). En opusculum quod omnibus, speciatim militiae seraphicae adscriptis, e corde commendamus. - De eiusdem CAROLI causa canonizationis cf. *Acta O.F.M.* 73(1954) 28. 91. 261; 74(1955) 26. 94. 150; 76(1957) 232. O. R.

Gaudentius Bontempi a Brescia, O.F.M.Cap., † 25 mart. 1672

Vide etiam n.1649.

2326. - SISINIO DA ROMALLO, O.F.M.Cap., *Il sistema morale di P. Gaudenzio Bontempi da Brescia*, in *Ius Seraph.* 1(1955) 376-397; etiam separatim: Roma, [Collegio Intern. S. Lorenzo da Brindisi], 1955. 23,5 cm., 24 pp.

In systemate morali, quod dicitur, discutiendo GAUDENTIUS denuntiat defectus et incommoda tutiorismi, probabiliorismi et laxismi; exinde exponit et propugnat probabilismum purum etsi aliquatenus mitigatum, nixus argumentis quae communiter afferri solent. Eius tamen opinio maxime habenda est, quia tunc in vulgus prodiit cum probabilismus ex utraque acie jansenistarum et catholicorum acriter impetebatur. Iure A. asserit GAUDENTIUM in suis theologicis doctrinis explanandis asseclam esse non Doctoris Subtilis sed Doctoris Seraphici. M. P.

Bartholomaeus Mastrius, O.F.M.Conv., † ian. 1673

Vide etiam n.129.

2327. - POZZO G.M., *Mastrio, Bartolomeo*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 361.

Casimirus a Toulouse, O.F.M.Cap., † 2 febr. 1673

2328. - TOMÁS DE LEZO, O.F.M.Cap., *La filosofía del P. Casimiro de Toulouse, O.F.M.Cap. (1633-1673)*. Excerpta ex dissertatione ad Lauream in Facultate Philosophica Pontificiae Universitatis Gregorianae, Roma, Istituto Storico dei Frati Minori Cappuccini, 1955. 24,5 cm., 60 pp.

Haec dissertationis inauguralis pars duo capita complectitur. In primo capite post conspectum generalem indolis philosophiae scholasticae saec. XVII examinatur structura eclectica operis *Atomi peripateticae*, 6 voll., Biterris 1674, quo CASIMIRUS suam doctrinam exposuit, pariterque in medium proferuntur potiora eiusdem asserta, quae verum eclecticismum redolent, dum recentiorum opiniones cum veterum sententiis componere satagit. In altero autem capite pervestigatur philosophica interpretatio atomismi, qui est fulcrum expositionis. Ecquidem CASIMIRUS in primis sententiam aristotelicam de continuo reicit et atomisticam amplectitur, sed mox vi eclecticismi, quem praediligit, omnia iterum perpendens, ad systema materiae primae et formae substantialis accedit.

Opus *Atomi peripateticae* decreto S. Officii die 26 nov. an. 1680 proscribitur, probabiliter ob exaggerationes discipulorum CASIMIRI, qui suam sententiam prosequebantur. Dissertatio vulgata erat in *Coll.Franc.* 25(1955) 259-278. 337-362, omissa tamen bibliographia generali. - Notitia quam scripsit TOGNOLO A., *Casimiro di Tolosa*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 919 perficienda est dissertatione praelaudata, quam A. ignoravit. M. P.

Joannes Chrysostomus Dobrosielski, O.F.M.Ref., † 1 aug. 1676

2329. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Dobrosielski (Chrysostome)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 1459-1460.

Sermo est de scriptore, qui omnium primus disciplinam rerum spiritualium vocavit « Theologiam asceticam » vel « Theologiam spiritualem », complectentem asceticam et mysticam (cf. *Rev.Asc.Myst.* 18 [1937] 404-408; *Coll.Franc.* 11[1941] 578). Praemisso curriculo vitae (1605-1676), attingitur doctrina explanata in eiusdem opere *Summarium asceticae et mysticae theologiae*, Cracoviae 1655. M. P.

Daniel ab Antwerpen, O.F.M.Cap., † 9 aug. 1676

2330. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Daniel d'Anvers*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 14-16.

A. summatim excerpit doctrinam de oratione mentali, quam DANIEL ANTVERPIENSIS tradidit in eius opere principe saepe edito: *Méthode facile pour apprendre l'oraison mentale*, Lille 1664, et septies deinceps.

Addimus notitias biographicas, quae Auctorem latuerunt. DANIEL, in saeculo Joannes Chrysostomus VAN DER GOES, natus est die 19 aug. an. 1613; exstitit germanus frater sanctimonialis capuccinae SUSANNAE (non CLARAE FRANCISCAE, O.S.Cl.,); obiit Anghiae (Edingen-Enghien) die 9 aug. an. 1676. Cf. HILDEBRAND [VAN HOOGLEDE], O.F.M.Cap., *De Kapucijnen in de Nederlanden en het Prinsbisdom Luik* IV, Antwerpen 1948, 121. M. P.

Joannes Maria de Bordeaux, T.O.R., fl. 1678

Vide etiam n.143[a].

2331. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Études sur le courant stoïcien dans la première moitié du XVII[e] siècle. L'« Épictète chrétien » de Jean-Marie de Bordeaux, Tertiaire régulier de S. François (1658)*, in *Rev.Asc.Myst.* 31(1955) 174-197.

Aliquot abhinc annos A. tenaci proposito sollertique industria inquirit in doctrinam stoicam, quae a scriptoribus spiritualibus Galliae saec. XVII exculta vel proposita est (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1079; X, n.1592. 1617. 1622). Nunc autem indagationem extendit ad EPICTETUM, cuius philosophia moralis naturalis resumitur ex tractatu JOANNIS M. BURDIGALENSIS, al. DE VERNON, scil. *Epictète chrétien*, Paris 1658. Ostenditur philosophum quasdam veritates essentiales detexisse, quae tamen plenam efficacitatem non obtinent, quandoquidem expertes sunt afflatu christiano qui per revelationem et gratiam excitatur et perficitur. Ex his commentariis A. concludit interpretem esse stoicum christianum, quatenus philosophum paganum christiane interpretatur. M. P.

Ivo a Paris, O.F.M.Cap., † 14 oct. (?) 1678

Vide etiam: n.143[a] vita, opera; 741 apologetica.

2332. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Deux nouveaux textes d'Yves de Paris (1635-1636)*, in *Ét.Franc.* n.s. 7(1956) 59-62.

Proferuntur duo novi textus ex *Théologie naturelle* excerpti ad sententiam IVONIS PARISIENSIS olim expositam (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1065) de desiderio naturali Deum videndi penitius enucleandam. M. P.

2333. - CHESNEAU Charles [Julianus-Eymard ab Angers, O.F.M. Cap.], *Textes prépascaliens (Yves de Paris)*, in *Bull.Soc.d'Études du XVII[e] siècle* n.24(1954) 735-747.

Ex operibus IVONIS PARISIENSIS an. 1633-38 editis excerpuntur et colliguntur textus, qui ideas vel opiniones Bl. PASCAL potissimum de dignitate hominis satis clare praenuntiare videntur. Ex *Rev.Hist.Eccl.* 51(1956) 328. M. P.

2334. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Naturel et surnaturel dans l'œuvre d'Yves de Paris antérieure à la querelle janséniste (1632-1638): étude du vocabulaire*, in *Mél.Sc.Rel.* 13(1956) 63-80. 179-188.

Scriptores catholici Galliae, qui saec. XVII doctrinam stoicam afferebant ad confutationem, ad christianam interpretationem vel ad utrumque, non semper clare perspexerunt habitudinem quae intercedit inter ordinem naturalem et supernaturalem. Itaque A. utile esse duxit mentem IVONIS PARISIENSIS in hac quaestione pervestigare, et summa diligentia ex operibus eiusdem editis an. 1632-1638 excerpsit singula

verba adhibita ad utrumque ordinem naturalem et supernaturalem significandum atque uniuscuiusque verbi valorem accurate perpendit.

Aliquid animadvertendum nobis est circa Auctoris conclusionem. Asseritur verba et sententias IVONIS manifestare cohaerentiam simul et confusionem. Constantia sive cohaerentia doctrinae satis explicatur tum ex mente platonica quae, cum ordines hierarchicos admittat, facile inductive de uno ad alium transit, tum ex eo quod homo semper consideratur in statu praesenti et numquam in statu possibili vel probabili naturae purae: unicus est hominis finis supernaturalis. Confusio autem deprehenditur in compositione necessitatis et gratuitatis gratiae. Sed nobis videtur Auctorem latere explicationem inveniri in ipsa IVONIS expositione. Etenim in statu praesenti hominis, et in quo IVO eum contemplatur, gratia ei necessaria est si ad ordinem supernaturalem elevatur, sed eo ipso ei est gratuita. Ergo nulla contradictio neque confusio. M. P.

2335. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Le sens du péché dans l'œuvre d'Yves de Paris antérieure à la querelle janséniste (1632-1642)*, in *Rev.Asc.Myst.* 30(1954) 140-157.

Contra quosdam scriptores, qui sic dictos humanistas devotos (inter quos connumeratur IVO PARISIENSIS) redarguunt et condemnant, quia omnia in vita christiana in meliorem partem interpretantes, naturam christianismi veluti deformant et inquinant, negligentes crucem et paenitentiam aliaque peccati consectaria, A. id minime sustineri posse contendit de supradicto scriptore. Siquidem in suis operibus ante concertationem jansenianam editis veram notionem peccati explorat eiusque malitiam infinitam et consectaria pessima proclamat. Profecto non pauca elementa quoque exponit, quae animum alliciunt et recreant, v.g. misericordiam divinam, pulchritudinem creationis, tranquillitatem spiritus pacemque cordis et cetera eiusmodi, quae humanistis christianis placent; sed hoc nullo modo sunt contraria postulatis asceticae christianae, quin immo hanc efficaciorem et amabiliorem reddunt. M. P.

Jacobus ab Autun, O.F.M.Cap., † 1678

Vide etiam: n.741 apologetica.

2336. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Le désir naturel du surnaturel. Jacques d'Autun (1649); Pascal Rapine (1658)*, in *Ét.Franc.* n.s. 7(1956) 45-58.

A. prosequitur disquisitiones de desiderio naturali Deum videndi apud scriptores franciscales saec. XVII (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1065) et textus affert excerptos ex operibus JACOBI AB AUTUN, O.F.M.Cap., qui an. 1678 supremum diem obiit, et Paschalis RAPINE, O.F.M.Rec., qui post medium saec. XVII (desiderantur notitiae biographicae) novem edidit volumina. Uterque scriptor admittit quoddam visionis beatificae appetitum naturalem, sed eius naturam non enucleat, immo neque suspicari videtur contradictionem, quae adesse adseritur, inter hoc desiderium naturale et obiectum supernaturale. Animadversionibus ad calcem paginarum A. satagit difficultates explicare et mentem auctorum pressius determinare. M. P.

Franciscus Cauwe, O.F.M.Rec., † 30 sept. 1679

2337. - HOSTE Anselm, O.S.B., *Rondom F. Cauwe's vertaling van een authentiek werkje van S. Aelredus*, in *Ons Geest.Erf* 31(1957) 205-207.

Tractatus S. AELREDI abbatis Rievallensis *De Jesu puero duodenni* (*PL* 184, 849-870) a Francisco CAUWE in vulgarem linguam neerlandicam versus fuit et pluries editus in eiusdem libello *De pelgrimagie van het Kindeken Jesus*. Versio tamen FRANCISCI non ex integro typis vulgata fuit, ut patet ex codice (autographo?) Gent, *Bibl.Univ. 2176*, qui f.56*a*-62*a* continet partem in editionibus suppressam, respondentem *PL* 184, 861A-870A (cf. *Coll.Franc.* 7[1937] 295; *Bibliog.Franc.* X., n.1623s). S. ST. A.

Rumoldus de Coster, O.F.M.Rec., † 14 nov. 1679

2338. - VERJANS Matthieu, O.F.M., *De Coster (Rombaud)*, in *Dict. Spir.* III, Paris 1957, 58.

Franciscus (Christophorus Davenport) de S. Clara, O.F.M.Rec., † 31 maii 1680

2339. - SANTINELLI G., *Francesco da S. Chiara*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 522.

Ludovicus Franciscus ab Argentan, O.F.M.Cap., † 8 iul. 1680

Vide etiam: n.143[a] vita, opera; 890 Imm. Conceptio.

2340. - LOUIS-FRANÇOIS D'ARGENTAN, O.F.M.Cap., *Lectures spirituelles sur la dévotion à la Très Sainte Vierge*, disposées par G. GOEDERT. E.M. (La science religieuse, 1). Paris, P. Lethielleux, [s.a.]. 17,5 cm., XXIV-590 pp.

Indicationes bibliographicas huius operis nobis non transmissi desumpsimus e *Mar.* 20(1958) 163*, n.3389.

Constituere videtur editionem alteram, quam idem Ed. an. 1902 in lucem protulit, 11 collationes insignis voluminis: *Conférences théologiques et spirituelles sur les grandeurs de la Très Sainte Vierge Marie, Mère de Dieu* (Rouen 1680) captui populi accommodans. *Cf. Étud.Franc.* 7(1902) 328s. O. R.

Joannes Gabriel Boyvin, O.F.M.Rec., † ante 1681

Vide etiam n.887.

2341. - *Boyvin, Jean-Gabriel*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 788.

Franciscus de S. Augustino Macedo, O.F.M.Obs., † 1 maii 1681

Vide etiam: n.723 ms.; 894 Protoevangelium; 926 regalitas B.M.V.

2342. - POMPEI A., *Macedo, Francisco*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 219.

2343. - CEYSSENS Lucien, O.F.M., *François de Saint-Augustin de Macedo. Son attitude au début du Jansénisme*, in *Arch.Franc.Hist.* 49 (1956) 241-254.

Aliis alia cogitantibus, haud facile est decernere huius docti viri (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1631-32) sinceram mentem. Verumtamen A. peritia qua praestat in quaestione janseniana perquirenda et aestimanda, postquam potiores tractatus ab illo exaratos hoc argumentum spectantes undequaque examinavit, statuit non constare illum fuisse « verum » jansenistam. Reapse eiusdem opusculum *Utrum sit damnandus Jansenii Augustinus*, quod adhuc ineditum servatur Bruxellis, *Bibl. Royale, ms.3831*, ff.133-35*v*, decreto S. Officii die 23 apr. 1654 proscriptum est; sed auctor libenti animo hanc decisionem admisit et quae scripserat retractavit, indeque an. 1660 in Athenaeo Urbano *Sapienza* professor constitutus est. M. P.

Antonius das Chagas (de Vulneribus), O.F.M.Obs., † 20 oct. 1682

2344. - RICARD Robert, *Un spirituel portugais du XVII^e siècle: Fr. António das Chagas*, in *Rev.Asc.Myst.* 31(1955) 84-91.

Examen operis Mariae de Lourdes BELCHIOR PONTES, quod recensitum est in nostra *Bibliog.Franc.* X, n.3084.

Franciscus Maria Filomarino a Napoli, O.F.M.Cap., † 7 mart. 1683

2345. - CORRADO DA ARIENZO, O.F.M.Cap., *Un oppugnatore del pseudo-misticismo italiano del '600: P. Francesco Maria Filomarino da Napoli, O.F.M.Cap.*, in *Cenacolo Serafico* 8(1956) 23-29.

2346. - Idem, *L'opera di Filomarino « De divinis revelationibus » e suo valore dommatico, ibid.* 8(1956) 51-58.

In primis A., haud levibus argumentis nixus, ostendere satagit inter annos 1661-1675 Neapoli viguisse motum quendam illuminatorum, duce muliercula innominata, quem FRANCISCUS M. A NAPOLI debellare aggressus est. Haec veritas, ab auctoribus communiter ignorata, eruitur ex tractatibus nostri auctoris, qui his coloribus mulierculam pseudomysticam depingit, ut non liceat cogitare eum potius rem finxisse ad veritatem dogmaticam illustrandam et pericula erroris cavenda.

In altera elucubratione exhibentur analysis externa, structura et summarium capitulorum operis, cuius inscriptio est *Tractatus de divinis revelationibus duo*, Neapoli 1675; in eoque sana doctrina multaque eruditione sacrae Scripturae et sanctorum Patrum perhibentur notae verae et falsae revelationis privatae. M. P.

Carolus Josephus a Troyes (Tricassinus), O.F.M.Cap., † 15 ian. 1686

2347. - ILARINO DA MILANO, O.F.M.Cap., *Tricassino (da Troyes), Carolo Giuseppe*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 514.

Seraphinus D'Alessandro de Grottaglie, O.F.M.Ref., † 24 aug. 1689

2348. - Zerella Francesco, *Un trattatista politico del secolo XVII*, in *Studi Salentini* 3-4(1957) 134-141.

Seraphinus D'Alessandro a Grottaglie, O.F.M.Ref. (18 oct. 1624-24 aug. 1689), exstitit orator atque theologus, et binos tractatus dictavit de re sociali et politica, qui ab A. congrue recensentur. M. A.

Dominicus De Gubernatis de Sospello (Sospitello, Sospel), O.F.M.Ref., † 5 nov. 1690

2349. - Chiappini Aniceto, O.F.M., *Scrittori subalpini di « Orbis seraphicus »*. Estratto da *Relazioni e Comunicazioni al XXXI Congresso storico subalpino* (Aosta, 9-11 sett. 1956), 889-91.

Scriptores breviter commemorati uti auctores ingentis operis miscellanei historici, cui titulus *Orbis Seraphicus*, sunt sequentes sodales franciscales reformati: Dominicus De Gubernatis a Sospello († 5 nov. 1690), Antonius Carron a Torre Augusta, al. Aosta († 1725) et Sigismundus Cavalli a Cuneo († 1762). M. P.

Laurentius Brancati de Lauria (Laurea), O.F.M.Conv., † 30 nov. 1693

Vide etiam: n.740 censura theologica.

2350. - Kowalsky Nicola, O.M.I., *Fra Lorenzo Brancati di Lauria, missionologo quasi sconosciuto di Propaganda Fide*, in *Euntes docete* 10(1957) 383-393.

Figura extollitur cardinalis Laurentii Brancati, olim praefecti studiorum in Urbaniano Collegio de Propaganda Fide, qui inter inceptores scientiae missionologicae locum principem obtinet. Praesertim exponitur ac perpenditur eius doctrina missionaria, quae in disputationibus XIII-XX voluminis III *Commentariorum in libros III et IV Sententiarum Mag. Fr. Joannis Duns Scoti* (Romae 1673) invenitur. Cf. *Coll.Franc.* 31(1961) 117s. I. V.

Franciscus de Ayeta, O.F.M.Obs., † p. 1693

2351. - R.B.M., *Un libro raro*, in *Bol.Bibliog.Secret.Hacienda y Crédito Público* (México) n.38(1955) 8.

Notitia et descriptio exhibentur operis *Crisol de la verdad* (Madrid 1693), quod Franciscus de Ayeta, procurator generalis missionum Americae, scripserat in defensionem missionum Ordinis, a quo episcopus et visitator Joannes de Palafox 31 « doctrinas » abstulerat. I. V.

Theophilus Testa, O.F.M.Obs., † 1695

2352. - *Serafici fragmenti di P. Teofilo Testa*, in *Cenacolo Seraf.* (Napoli) 8(1956) 59-64.

Theophilus Testa (1631-1695), exstitit sodalis et dein minister provinciae Terrae Laboris, custos Terrae Sanctae ac tandem episcopus

urbis Tropea. Hic exscribuntur quaedam notitiae circa conventum neapolitanum O.F.M.Obs. denominatum S. Maria La Nova, ex ms. ibidem asservato in quo an. 1677-1691 ipse collegerat historiam provinciae Terrae Laboris, illam inscribendo *Serafici fragmenti*. M. A.

Bartholomaeus Barbieri a Castelvetro, O.F.M.Cap., † 24 aug. 1697

Vide etiam: n.1649 scientia Christi.

2353. - MEINOLF MÜCKSHOFF [VON OBERHAUSEN], O.F.M.Cap., *Barbieri, Bertholomäus (de Barberiis a Castelvetro)*, in *Lex.Theol.Kirche* ²I, Freiburg i. Br. 1957, 1239-40.

Antonius Legrand, O.F.M.Rec., † 1699

2354. - *Legrand, Antoine*, in *Enc.Fil.* II, Venezia Roma 1957, 1855.

De hoc CARTESII indefesso vindice scripserat insuper: Albert George Adam BALZ, *Cartesian studies*. [*Essays*]. New York, Columbia University Press, 1951, p.145; cf. insuper *Coll.Franc.* 8(1938) 478. O. R.

Thomas de Montalvo, O.F.M.Obs., fl. saec. XVII²

2355. - LOSTE ECHETO Lorenzo, *Fray Tomás de Montalvo, defensor de los expósitos*. (Publicaciones « Al Servicio de España y del niño español »). Madrid, Ministerio de la Gobernación, Dirección General de Sanidad, 1954. 21,5 cm., 24 pp.

Analysis voluminis, cui titulus *Práctica política y económica de expósitos*, Granada 1701, compositi a franciscali THOMA DE MONTALVO (cuius notitiae biographicae desiderantur) ad infantiam derelictam iuvandam. Ex *Arch.Ib.Amer.* s.II 17(1957) 963; *Ind.Hist.Esp.* 3(1957) 124. M. P.

Ludovicus Hennepin, O.F.M.Rec., † 1701

Vide etiam: n.129. 143ª vita, opera.

2356. - LOUANT Armand, *Précisions nouvelles sur le Père Hennepin, missionnaire et explorateur*, in *Acad.Royale Belg. Bull.Classe Lettr. Sciences Moral.Polit.* 42(1956) 211-275.

A. conclusiones olim ab eodem statutas (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1121) ulterius pervestigat novisque argumentis roborat. Iterum duas epistolas autographas L. HENNEPIN publici iuris facit excerptas ex tabulario civitatis Mons, *Archives de l'État, Fonds Errembault*, utramque in Versailles scriptam die 13 iun. et 25 iul. an. 1682. Videtur amplius dubitari non posse L. HENNEPIN natum esse in civitate Ath die 12 maii an. 1626, nomen baptismatis esse *Antonium*, et habitum franciscanum induisse in civitate Béthune ante an. 1645. M. P.

Dionysius a Luxemburg, O.F.M.Cap., † 11 febr. 1703

2357. - BONAVENTURA VON MEHR, O.F.M.Cap., *Dionysius von Luxemburg*, in *Neue Deutsche Biographie* III, Berlin [1957], 735a.

Dionysius Luxemburgensis, prov. O.F.M.Cap. Rhenanae alumnus, versus an. 1652 lucem adspexit. Plura scripsit de fide catholica, de re hagiographica, et quidem sermone magnopere vivido, quo modum scribendi magni coaevi, videl. Martini a Cochem, O.F.M.Cap., imitatus est. Ob opus suum primum, et postea pluries in lucem prolatum *Leben Antichristi* (Frankfurt 1682) inter ultimos prophetiae mediaevalis scriptores recensendus est. Supremum vidit diem 11 febr. 1703 ad Cochem. In hunc sensum emendetur assertum in *Lex.Cap.*, 507. O. R.

Joannes a Castro (Vander Borcht), O.F.M.Rec., † 1704

2358. - Broux Anselmus, O.F.M., *Een handschrift uit de 17e eeuw. Johannes a Castro, O.F.M., (1620-1704) als dramatisch dichter.* (Verhandeling aangeboden tot het bekomen van de graad van licentiaat in de Wijsbegeerte en Letteren. Groep E. - Germaanse Filologie). Leuven, Katholieke Universiteit, 1956. 27 cm., 216 pp. (dactylographice editum).

Hac dissertatione ad licentiatus gradum obtinendum in Facultate Artium Universitatis Lovaniensis agitur de poeta flandrico Joanne a Castro seu lingua vernacula Vander Borcht. Post brevem vitae Joannis descriptionem diligenter examinatur codex quidam manu scriptus, qui adservatur in *Arch.prov.O.F.M.* de St.-Truiden, cui titulus *Baetighe Ledigheydt* (363 ff.), in quo continentur novem ludi scenici a Joanne compositi et carmina plurima. Cf. *Franciscana* 11(1956) 75s.
S. St. A.

Dionysius a Werl, O.F.M.Cap., † 4 mart. 1709

2359. - Bonaventura von Mehr, O.F.M.Cap., *Dionysius von Werl*, in *Neue Deutsche Biographie* III, Berlin [1957], 735*ab*.

Dionysius a Werl (Westfalia), prob. versus an. 1640 natus, die 11 oct. 1658 in Ordinem nostrum alumnus provinciae Coloniensis antiquae ingressus est. Velut lector theologiae in coenobio Capuccinorum de Hannover in curia ducis Joannis Friderici de Braunschweig, ad fidem catholicam conversi, ministerium apostolicum exercuit. Ibidem cum Leibniz amicitiae vinculis iunctus est et postea in conventu de Hildesheim vulgavit opus *Via pacis inter homines per Germaniam in fide dissidentes, sive tractatus irenicus...*, Hildesheim 1686, quo Ecclesiae catholicae et protestanticae concordiam redintegrare studuit. Vita functus est ibidem die 4 martii 1709. Cf. quoque *Lex.Cap.*, 509. O. R.

Claudius Frassen, O.F.M.Obs., † 26 febr. 1711

Vide etiam: n.887 Imm. Conceptio; 950 constitutiva paenitentiae.

2360. - Minozzi Cerato D., *Frassen, Claude*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 528.

Martinus a Cochem, O.F.M.Cap., † 10 sept. 1712

Vide etiam: n.1228 S. Joseph; 144s. 2357 influxus.

2361. - MARTIN VON COCHEM, O.F.M.Cap., *Erklärung des heiligen Meßopfers nebst einem Gebetsanhang zumeist aus seinen andern Erbauungsschriften*. Zeitgemäß bearbeitet von einem Priester der Diözese Hildesheim. Limburg/Lahn, Stefen-Verlag, 1955. 17,5 cm., 394 pp., tab.

2362. - Idem, *Erklärung des heiligen Meßopfers. Vollständiges Meß- und Gebetbuch*. [Bearbeitet von Joseph MEILE. Neubearbeitung besorgte Albert WIHLER]. Freiburg/Schw. - Konstanz/Baden - München, Kanisius-Verlag, [1957]. 14,5 cm., 549 pp., 6 tab.

En duas editiones, novis aevi postulatis aptatas, aurei operis MARTINI A COCHEM. Uterque liber pluribus tabulis egregie ornatur, praesertim editio secunda, quae imagines pictoris ignoti, *Nelkenmeister* nuncupati, variis coloribus lucis arte expressas exhibet. Imagines praedictae reperiuntur in ecclesia O.F.M.Conv. Friburgi Helvetiorum. Pro editione priore libri primi cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1646ª. O. R.

2363. - FISCHER Balthasar, *Gesangbücher im Trierer Raum vor dem Erscheinen des ersten Diözesangesangbuchs (1846)*, in *Trier.Theol. Zschr.* 65(1956) 41-54.

Historiam adumbrans libellorum cantionum germanici idiomatis ad usum christifidelium archidioecesis Trevirensis compilatorum. A. etiam momentum eximium collectionis a MARTINO A COCHEM an. 1682 in lucem editae, urget.

Aetate tamen Illuminationis praesumptae illud scribendi sentiendique genus velut insulsum infacetumque acerrime impugnabant. Nihilominus an. 1821 opus Nostri denuo vulgatum est in civitate Hadamar. - Quod Antonium WISSING, O.F.M. Conv. († 8 maii 1716) auctorem alicuius collectionis — uti videtur — nondum detectae attinet, cf. K. EUBEL, O.F.M.Conv., *Geschichte der Kölnischen Minoriten-Ordensprovinz*, Köln 1906, 231-234; *Misc.Franc.* 30(1930) 116s; *Arch.Franc.Hist.* 16(1923) 417 adn. 4. O. R.

Didacus de Matre Dei, O.F.M.Disc., † 1712

2364. - HENRI DU SACRÉ-CŒUR, O.C.D., *Diégo de la Mère de Dieu, franciscain espagnol*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 874-75.

Agitur de hoc fideli sectatore doctrinae S. JOANNIS A CRUCE et S. TERESIAE ABULENSIS, in egregio opere quod scripsit *Arte mistica*, Salamanca 1713, quod post auctoris obitum in lucem prodiit. M. P.

Juvenalis Ruffini a Nonsberg (Annaniensis), O.F.M.Cap., † 18 apr. 1714

2365. - VIVIANI A., *Giovenale (Ruffini) da Val di Non*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 770.

Vincentius Maria Coronelli, O.F.M.Conv., † 9 dec. 1718

2366. - ARMAO Ermanno, *Il « Catalogo degli Autori » di Vincenzo Coronelli. Una bibliografia geografica del '600*. Firenze, Leo S. Olschki editore, 1957. In-8°, 69 pp.

Insignis cosmographus Vincentius CORONELLI, de quo plura dicta sunt in *Bibliog.Franc.* X, n.1649-1680, *Catalogum* 69 scriptorum tabularum geographicarum ab eodem exaratum primum an. 1691 et deinde an. 1707 in vulgus protulit. Nunc autem A., additis notitiis biographicis et bibliographicis emendatisque erroribus, praefatum *Catalogum* denuo in lucem profert, et appendicis instar recenset publicationes coronellianas ab an. 1944, quo ipsemet A. typis vulgaverat *Vincenzo Coronelli. Cenni sull'uomo e la sua vita. Catalogo ragionato delle sue opere*. Cf. *Misc. Franc.* 47(1947) 627-630; 58(1958) 347-48. M. P.

Guilelmus Thomaso, O.F.M.Obs., † 30 apr. 1720

2367 - STEINHEIMER Mauritius, O.F.M., *De Immaculata Conceptione iuxta theologos franciscanos provinciae Bavariae*, in *Virgo Immaculata* VII/2, Romae 1957, 274-294.

Acroasi sua A. quorumdam excellentiorum theologorum regionis tunc temporis bavariensis sententiam pervestigat de intemerata B.M.V. conceptione.

Omnium frequentius adducitur Guilelmus THOMASO; recoluntur insuper Crescentius NIEBERLE († 7 febr. 1770), qui non secus ac primus provinciae Argentinae de Observantia sodalis exstitit. Inter alumnos provinciae O.F.M.Ref. S. Antonii pervestigantur Barnabas KIRCHHU[E]BER († 8 nov. 1705) et Dalmatius KICK (14 apr. 1769). Argumentum princeps doctores praelaudati ex auctoritate Magisterii ecclesiastici, festivam huius privilegii celebrationem approbantis, hauserunt. Examinatur insuper eorum interpretatio mariologica S. Scripturae. Scriptores dicti insuper provocavere ad sententiam SS. Patrum et fidelium pium sensum communem. Ipsi proinde praerogativam de fide definibilem iudicavere. Quod debitum peccati originalis contrahendi spectat, unanimi consensu quodlibet tum proximum tum remotum renuerunt. - Cf. etiam *supra* n.893. O. R.

Bonaventura van den Dijck, O.F.M.Rec., † 16 iun. 1721

2368. - POLMAN P., O.F.M., *J.C. van Erkel en het « Protest » der Cleresie (1709-1714)*, in *Arch.Gesch.Aartsb.Utrecht* 74(1956-1957) 161-203.

Mense maio an. 1702 Petrus CODDE, qui propendebat inclinationibus jansenisticis, a CLEMENTE XI suspensus est a munere vicarii Apostolici Missionis Hollandicae. Eiusdem autem asseclae, duce praesertim J.C. VAN ERKEL, contra hanc usurpationem quam dicebant potestatis pontificiae fortiter surrexerunt. In hac lite Bonaventura VAN DEN DIJCK sese immiscuit pseudonymo Eustachii JANSSENII evulgans varia scripta, quibus primatum papalem efficaciter propugnavit. Singuli eventus huius controversiae ab A. docte periteque, allatis quoque documentis, pro annis 1709-1714 describuntur.

Bonaventura VAN DEN DIJCK iam an. 1691 thesim ediderat de primatu pontificio, sed rem suam abundantius tractavit in: 1) *Epistola familiaris ad Joan. Christ. Erkelium...* scripta per Eustachium Janssenium Insulensem, Lovaniensem theologum, Coloniae 1711; 2) *Epistola altera ad J. Chr. Erkelium...* in qua fuse tractatur de infallibilitate et authoritate Pontificis, mente S. Augustini, propositionibus Jansenianis, usu Formularii, placito regio... Pro commoditate populi brevis sequetur editio Flandrica, Coloniae 1713; 3) *Weegschael tusschen de brief van Eustachius Janssens ende de antwoord van J. Chr. van Erkel, begrepen in sijn Protest andermael*

beweerd, Keulen 1713; 4) *Epistola tertia ad J. Chr. Erkelium...* in qua fuse tractatur de Summi Pontificis, vicarii Christi, jurisdictione in omnes fideles ubique locorum degentes ejusdemque infallibilitate definiendi ea quae ad fidem et mores pertinent... opusculum posthumum, Coloniae 1723. S. St. A.

Theobaldus a Konstanz, O.F.M.Cap., † 1723

2369. - MENZE Clemens, *Der Kapuziner Theobaldus von Konstanz als Verfasser des* Chorus Marianus *(1694)*, in *Coll.Franc.* 26(1956) 425-429.

Provinciae Anterioris Austriae O.F.M.Cap. alumnum THEOBALDUM CONSTANTIENSEM operis, quod inscribitur *Chorus Marianus oder Marianischer Reyen*, quodque anno 1694 sine auctoris nomine editum est, verum esse auctorem validis argumentis demonstratur, imprimis quia ipse THEOBALDUS in opere posteriore *Schmertzhaffte Marianische Einöde* (1697) illum *Chorum Marianum* aperte sibimet adscripsit, deinde quia cantica mariana in hoc opere edita idem elocutionis et compositionis genus eidem poetae mariano omnino proprium exhibent. Postremum huius operis canticum marianum in pluribus Germaniae dioecesibus a christifidelibus cantari solet inque publicas sacrorum canticorum collectiones receptum fuit, atque a verbis incipit: « Maria Jungfrau rein, / Mein Trösterin... ». I. V.

Antonius Arbiol Díez, O.F.M.Obs., † 31 ian. 1726

2370. - ELLACURIA BEASCOECHEA Jesús, *Reacción española contra las ideas de Miguel de Molinos. (Procesos de la Inquisición y refutación de los teólogos)*. Bilbao 1956. 23 cm., 432 pp.

Ex *Anal.S.Tarrac.* 29(1956) 429s et *Rev.Sc.Phil.Théol.* 45(1961) 120s colligimus Auctorem (p.103-368) ad trutinam revocasse impugnationes contra Michaelem de MOLINOS conscriptas a septem theologis hispanicis, inter quos eminet Antonius ARBIOL DÍEZ, O.F.M.Obs. (1651-1726), cuius operum indicem descripsit J. HEERINCKX, O.F.M., *Les écrits d'Antoine Arbiol, O.F.M.*, in *Arch.Franc.Hist.* 26(1933) 315-342 (cf. *Coll.Franc.* 6[1936] 142). M. A.

Salvator Montalbano a Sambuca, O.F.M.Cap., † 20 iun. 1726

Vide etiam: n.558 Imm. Conceptio; 902-4 redemptio praeservativa; 894 Protoevangelium.

2371. - RAINERIO DE NAVA, O.F.M.Cap., *La redención de María según el Padre Montalbán*, in *Est.Franc.* 55(1954) 255-279.

A. doctrinam SALVATORIS A SAMBUCA de redemptione praeservativa Beatae Mariae, compatibili quidem cum exemptione a quocumque debito peccati, e tomo II illius *Operis theologici* (Palermo 1723) diligenter explanat. Imprimis mentem nostri theologi adaperit circa peccatum originale et debitum, et quoad elementum formale et species redemptionis (extractivae et praeservativae). Deinde redemptionem Mariae per Christi merita fuse exponit et argumenta theologica affert, ex quibus liquido

patet gratiam initialem Virgini Mariae concessam non ad remissionem peccati sed ad sanctificationem Deiparae fuisse. I. V.

S. Veronico Giuliani, O.S.Cl., † 9 iul. 1727

2372. - VERONICA GIULIANI (S.), *Il Diario*. A cura di Maria Teresa CARLONI. (I Classici Cristiani). 2 voll. Siena, Edizioni Cantagalli, [1954-1955]. 18 cm., 364, 358 pp.

Vide recensionem in *Coll.Franc.* 31(1961) 594s.

2373. - ROMUALD [VAN PAMEL], O.F.M.Cap. *Het Kruisgeheim achter de slotmuur*. Antwerpen, Missieprocuur, Ossenmark 15, [1955]. 20,5 cm., 336 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 28(1958) 328s necnon existimationem quam profert PEREGRINUS VAN MOEN, O.F.M.Cap., *Rond een boek over de H. Veronika Giuliani*, in *Het Priesterblad* 38(1957) 16-19.

2374. - MELCHIORRE DA POBLADURA, O.F.M.Cap., *Veronica Giuliani, santa*, in *Enc.Cat.* XII, Città del Vaticano 1954, 1303s.

A. compendiose describit Veronicae vitam, cuius « personalità mistica d'un'esperienza vissuta » fulget ex paginis *Diariorum* ab ipsa conscriptorum inter an. 1693 et diem 27 febr. 1727. Notandum tamen quod PIUS VII eam beatam sollemniter dixit die 17 iun. 1804 (non 1802).

Alias breves notitias biographicas scripserunt GONZALO DE CÓRDOBA, O.F.M. Cap., *Santa Verónica de Juliani* [!], in *Del Solar Franciscano. Santoral de las tres Ordenes*, Madrid 1957, 500-504; PRUDENCIO DE SALVATIERRA, O.F.M.Cap., *Santa Verónica de Julianis (1660-1727)*, in *Las Grandes figuras capuchinas* I: *Semblanzas de Santos*. Madrid 1957, 141-160 (de quibus vide *Coll.Franc.* 31[1961] 598s); MAURA SR., *Security in obedience*, in *The Cord* 4(1954) 364-370. - Nunc omnino videatur MARIANUS AB ALATRI, O.F.M.Cap., *Conspectus bibliographicus decennalis (1951-1961) de S. Veronica Giuliani*, in *Coll.Franc.* 31(1961) 592-608. M. A.

Carolus del Moral, O.F.M.Obs., † apr. 1731

Vide etiam: n.127 vita, opera; 799 maternitas B.M.V.; 903 redemptio praeservativa; 919 corredemptio; 926 regalitas B.M.V.

2375. - GUERRA LAZPIUR Isidorus de, O.F.M., *Integralis conceptus Maternitatis Divinae iuxta Carolum del Moral*. (Bibliotheca Mariana Moderni Aevi. Textus et disquisitiones, 1). Romae, Academia Mariana Internationalis, 1953. 24 cm., XV-225 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 25(1955) 185-187. Liber etiam prodiit in collectione Pontificii Athenaei Antoniani: Facultas Theologica. Theses ad Lauream, n.91, adiecto in fine (p.227) curriculo vitae Auctoris.

Recolere decet et alias recensiones, quae potius amplae expositiones sunt doctrinae mariologicae Caroli DEL MORAL, nempe: DELGADO VARELA José María, O. de M., *En torno a la maternidad de la Santísima Virgen*, in *Estudios* 10(1954) 297-318. GARCÍA GARCÉS N., C.M.F., *De integrali germanoque conceptu divinae maternitatis*, in *Eph.Mar.* 4(1954) 362-368; APERRIBAY Bernardo, O.F.M., *En torno a una mono-*

grafía mariana, in *Verd.Vida* 13(1955) 495-506; *Nueva perspectiva de la Divina Maternidad*, in *Rev.Esp.Teol.* 17(1957) 97-104. I. V.

2376. - GUERRA LAZPIUR Isidro de, O.F.M., *El débito de pecado y la redención de la Virgen Inmaculada en la mariología de Carlos del Moral*, in *Virgo Immaculata* XI, Romae 1957, 137-188; *Verd.Vida* 15(1957) 399-443.

Problema perpenditur atque explanatur debiti peccati originalis eiusque relatio ad redemptionem passivam Deiparae, iuxta doctrinam Caroli DEL MORAL, qui hac in quaestione haud immodica originalitate et merito gaudet. Ordine et claritate exponitur illius doctrina de peccato originali, de debito eiusdem peccati, de debito in Beata Virgine, de redemptione Deiparae, quae utpote in ordine Christi posita et absolute praedestinata, totaliter et exclusive fuit praeservata absque ullo peccati debito, necnon perfectissime redempta vi meritorum Christi. I. V.

2377. - GUERRA [LAZPIUR] Isidro de, O.F.M., *La gracia inicial de la Inmaculada en la mariología de Carlos del Moral*, in *Verd.Vida* 12(1954) 203-229.

Carolus DEL MORAL, de gratia Deiparae Virgini concessa in primo conceptionis immaculatae instante disserens, sententiam SCOTI circa perfectionem gratiae Christi ad plenitudinem gratiae marianae illustrandam transfert. Igitur, gratia initialis maternitati divinae debita, quae elementum est constitutivum privilegii Immaculatae Conceptionis, non secus ac gratia Christi hominis est negative summa seu perfectionis absolute insuperabilis, quae ulteriore progressu in vita terrena eiusdem Virginis caruit; sed licet eiusdem magnitudinis, intensitatis et perfectionis physicae gratiae humanitati Christi concessae, haec illam gratiam marianam ultro superat perfectione et efficientia *morali*; ideoque salva manet absoluta Christi transcendentia in ordine gratiae. I. V.

2378. - GUERRA LAZPIUR Isidro de, O.F.M., *La Virgen Santísima cabeza secundaria del Cuerpo Místico de Cristo en la mariología de Carlos del Moral, O.F.M.*, in *Estud.Mar.* 18(1957) 231-258; *Verd.Vida* 15(1957) 291-323.

Dilucidatur quaestio a Carolo DEL MORAL posita et explanata, scil. utrum Deipara cum Filio sit decreta finis creaturarum, ita ut aliquo vero sensu theologico possit dici caput angelorum et hominum, i.e. caput Ecclesiae secundarium, capitalitatis quidem participatae et dependentis a Christo capite supremo et absoluto, sed verum influxum habens in vitam divinam membrorum Corporis mystici. Proponitur sensus et status quaestionis et late evolvuntur argumenta huius verae et realis capitalitatis Mariae necnon eiusdem extensio. I. V.

2379. - ALCÁNTARA Pedro de, O.F.M., *La satisfacción condigna de María según la doctrina de Carlos del Moral*, in *Arch.Teol.Gran.* 17 (1954) 103-132.

Corredemptio Mariae perpenditur, et quidem ex capite condignae satisfactionis prout a Carolo DEL MORAL explanatur, iuxta quem haec mariana satisfactio condigna tam in actu primo quam secundo ex maternitate Deiparae formaliter profluit; sed et condigna est secundum quid, seu imperfecta, qua tamen satisfecit ad aequalitatem, non superabundanter ut Christus, et efficitur per satisfactionem Christi eodem actu satisfactorio, quin tamen actus redemptivus Christi capitis humani generis laedatur vel diminuatur. Praemissa methodo C. DEL MORAL in hac quaestione, natura satisfactionis marianae copiose illustratur et argumenta seu rationes theologicae facti condignae satisfactionis evolvuntur. I. V.

S. Joannes Josephus de Cruce, O.F.M.Alc., † 5 mart. 1734

2380. - SALVATORE Angelo M., O.F.M., *S. Giovan Giuseppe della Croce. Nel III Centenario della nascita (1654-1954)*. Napoli, Casa Editrice Federico e Ardia, 1954. 24 cm., VII-239 pp., tab.

2381. - Idem, *Lettere e Scritti di S. Giovan Giuseppe della Croce*. Ricerche e commenti. Roma, Centro Edizioni Francescane, [1956]. 24 cm., 132 pp., tab.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 27(1957) 222s.

Hieronymus de Montefortino, O.F.M.Ref., † 11 apr. 1738

2382. - BOGLIOLO L., *Girolamo da Montefortino*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 772-773.

2383. - CAGGIANO Egidio, O.F.M., *La questione del « debitum peccati » in Girolamo da Montefortino*, in *Virgo Immaculata* XI, Romae 1957, 299-314.

Elucubrationis concinnae propositum est sententiam enucleare HIERONYMI DE MONTEFORTINO, quatenus attinet debitum peccati originalis in B.M.V., in eiusdem opere *Joannis Duns Scoti Summa theologica* (Romae 1737 et iterum 1900-1903, VI voll.) expressam.

HIERONYMUS, in saeculo Angelus BUCCI, lucem adspexit ad Montefortino, nunc Artena, die 14 nov. 1662. Viginti annos natus in coenobio S. Francisci ad Ripam Urbis habitum franciscanum sumpsit. In studio theologiae adeo profecit, ut eiusdem docendae munus ei demandatum fuerit. An. 1707 minister provincialis electus est; die vero 11 apr. 1738 vitam terrestrem clausit. - Nonnullis de ipsius operibus, praesertim de praestantia ac defectibus *Summae* delibatis, A. opiniones Nostri cum illis Ambrosii CATHARINI, O.P., confert (302-313). Illum HIERONYMUS contra haereseos incriminationem purgavit, quin tamen eius solutionem verbis admitteret. Reapse, quod lineamenta essentialia attinet, in nostra quaestione parum differunt. « Ci sembra infatti che tutti e due ammettono, più o meno chiaramente, che Maria è stata preservata dal debito del peccato originale perché predestinata prima ancora che la prevaricazione di Adamo e lo stesso Adamo fossero da Dio previsti » (313). O. R.

Didacus Kelemen, O.F.M.Conv., † 28 apr. 1744

2384. - MONAY Ferenc, O.F.M.Conv., *P. Kelemen Didák a Felsö-Tiszavidék apostola (1683-1744)*. (A Katolikus Szemle Kis Könyvtára

4). Roma, [Città del Vaticano, Collegio dei PP. Penitenziari], 1957. In-8°, 25 pp., tab.

Opusculo sermone hungarico conscripto compendiose enarratur vitae decursus, mira actuositas apostolica et litteraria Didaci KELEMEN.

Auctor opportune idiomate italico vitam promeritaque ven. Servi Dei delibavit in *Misc.Franc.* 58(1958) 294-305. Praesens vero scriptum, ipso asseverante Auctore, in synthesim revocat biographiam A.C. CSÁK, O.F.M.Conv., *Kelemen Didák csodás élete és müködése* [Actuositas et vita mirifica...], Miskolc 1927. - Didacus lumen adspexit ad Baksafalva, nunc Kézdialmás, an. 1683. Familiae franciscanae O.F.M. Conv. adnumeratus fuit an. 1701, in qua an. 1704 vota nuncupavit et an. 1708 sacerdotii fastigium conscendit. Postea adhuc iuvenis plura gravia Ordinis munera laudabiliter obivit. Ardenti zelo Turcarum expulsionem, catholicae fidei instaurationem et pauperum aegrotorumque adiuvamen promovit. Tredecim opera et opuscula, praesertim oratoria, inter an. 1718-1741, sermone hungarico evulgavit. Quatuor scriptis apologeticis vel cum catholicis, vel cum protestanticis, vel cum hebraeis pacifice collocutus est. Missionarii popularis munere, praesertim in regione superiore Tisza, egregie functus est. Obiit non sine sanctitatis fama in civitate Miskolc 28 apr. 1744. O. R.

Daniel a Paris, O.F.M.Cap., † 24 ian. 1746

2385. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Daniel de Paris, capucin*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 16-18.

Excerpuntur elementa spiritualitatis, quae inveniuntur in opere *Conférences théologiques et morales*, 6 voll., Paris 1740-42, quod tamen indolem dogmaticam et moralem potius quam ascetico-mysticam prae se fert. Notitiae bibliographicae addi oportet A. ALBERT, *Dictionnaire portatif des prédicateurs françois*, Lyon 1757, 310. M. P.

Ludovicus González Flandrensis (de Murcia), O.F.M.Cap., † 13 apr. 1746

Vide etiam n.1884.

2386. - CARDIN A., *Luigi di Fiandra*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 190.

Joannes Fogueres, O.F.M.Obs., † 16 oct. 1747

2387. - COLL José M^a., O.P., *Dos hijos ilustres de Arbucias. (P. Fr. Juan Fogueres y Jaime Moragas)*, in *Anal.S.Tarrac.* 29(1956) 147-154.

Ad ostendendum quod revera Joannes FOGUERES in oppido Arbucias natus est, publici iuris fit ex archivo paroeciali documentum administrationis baptismi diei 24 decembris an. 1674. Deinde obiter attingitur eius operositas missionaria in California. Sciendum quoque est eum scripsisse biographiam fundatricis monialium Capuccinarum in Hispania: *Epítome de la vida de la Venerable Madre Sor Angela Margarita Seraphina*, Barcelona 1743. M. P.

S. Leonardus de Porto Maurizio, O.F.M.Ref., † 26 nov. 1751

Vide etiam: n.782 ms.; 134 vita; 1158 Via Crucis; 1235 S. Joseph; 1302 influxus.

2388. - S. Leonardo da Porto Maurício, O.F.M.Ref., *A Santa Missa*. (Os Grandes Autores Espirituais, 20). São Paulo, Edições Paulinas, 1956. 16 cm., 46 pp.

2389. - Gori Severino, O.F.M., *Un discorso inedito di S. Leonardo da Porto Maurizio*, in *Studi Franc.* 54(1957) 399-403.

Agitur de chartula quadam, nunc in Fontecolombo, *Museo Francescano* adservata, quam Natalis de Roma, O.F.M.Ref., die 8 dec. 1751 S. Leonardi manu scriptam testatus est, et in qua adumbrantur quaedam puncta in praedicatione evolvenda sive occasione exeuntis anni sive ineunte novo. M. A.

2390. - Pohlmann Constantin, O.F.M., *Kanzel und Ritiro. Der Volksmissionar Leonhard von Porto Maurizio. Ein Beitrag zur Predigt-, Frommigkeits- und Kulturgeschichte*. (Franziskanische Forschungen, 12). Werl Westf., Dietrich-Coelde-Verlag, 1955. 24 cm., XXIII-244 pp.

Cf. rec. in *Coll.Franc.* 26(1956) 94s.

2391. - Wallenstein Antonius, O.F.M., *Der hl. Leonhard von Porto Maurizio als Marienverehrer und Wegbereiter der beiden letzten Mariendogmen*, in *Franz.Stud.* 36(1954) 446-452.

Parva aestimatione S. Leonardi de Porto Maurizio, cui nomen in saec. Pauli Hieronymi Casanova, actuositas mariano-immaculista paucis delibatur.

Brevi vitae curriculo praemisso, explanantur eiusdem affectio mariana, lineamenta eiusdem mariologiae, Immaculatae Conceptionis fervens cultus, dogmaticae definitionis huius privilegii — et eo ipso quoque alterius de corporea B.M.V. assumptione — paratio per insignem illam epistolam an. circiter 1745 ad Alexandrum Belmonte, camerarium apostolicum, datam (*Opere complete di S. Leonardo* IV, 481a-483a). Nec praetermitti potest utilis conspectus bibliographicus (p.451s). O. R.

2392. - Blais Hervé, O.F.M., *Saint Léonard de Port-Maurice, O. F.M., et la définition de l'Immaculée Conception*, in *La Vierge Immaculée*, Montréal 1954, 179-200.

Propositum Auctoris est luce affectionis marialis tunc temporis ferventis aestimare subsidia a S. Leonardo de Porto Maurizio opportune allata ad dogmaticam definitionem Deiparae intemerati conceptus parandam. Italiae apostoli delibatur 1) mira a divina Providentia directa praeparatio per ardorem marianum propriae familiae, institutionis in Collegio Romano receptae, familiae franciscanae *Riformella* nuncupatae, cui an. 1662 adhaesit; per sanationem miraculosam intercessione Dei Genetricis obtentam; per motum immaculisticum tunc in dies numero et praestantia promotorum auctum (p.182-189). - 2) Momentum testimonii marialis eiusdem propositorum ac interventuum per epistolas ad praerogativae definitionem expediendam singulatim exponuntur (189-199).

De eximia devotione erga B.M.V. necnon de frequentissimis contionibus in ipsius honorem dictis, missionum popularium decursu, disserit insuper A. anonymus:

Unus de Minoribus Fratribus, *Devozione di S. Leonardo da Portomaurizio alla Vergine SS.*, in *Vita Min.* 26(1954) 208-212. - Ut S. LEONARDI continua pugna contra naturae appetitus ad perfectius gratiae impulsibus oboediendum pateat, BERTA Alfredo, O.F.M., *I movimenti della natura e della grazia secondo un proponimento di San Leonardo, ibid.* 27(1955) 179-181, exhibet et commentatur eiusdem propositum 64. O. R.

Fortunatus Ferrari de Brescia, O.F.M.Ref., † 11 maii 1754

2393. - *Fortunato (Ferrari) da Brescia*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/ 1957, 504.

Daniel a Bagnola (vel Crema), O.F.M.Cap., † 11 nov. 1760

Vide etiam n.980.

2394. - GADOLA Guglielm, *Historia litteraria dil sentiment religius en Surselva de messa.* II. Capetel: *Ils auturs caputschins.* 7. *P. Daniel de Bagnolo, 1685-1760*, in *Igl Ischi.* Organ della Romania (Mustér Disentis) 41(1955) 119-129.

Historiam litterariam sensus religiosi in regione Rheni suprema pagi Helvetiae Grischun (Graubünden, Bündneroberland) nuncupati continuans, A. praecipue examinat DANIELIS A BAGNOLA opus, cui titulus *Defensiun della vera cattolica Romana Cardienscha...* (Banaduz 1746), idiomate *rumàntsch* conscriptum.

Conferatur insuper eiusdem Auctoris: 5. *P. Flaminio da Salé, 1667-1733.* - *P. Daniel da Bologna, ibid.* 37(1951) 45-77, necnon 6. *P. Gion Battesta da Lonato, ibid.* 38(1952) 78-96. tab. O. R.

Joannes Hyacinthus Sbaraglia (Sbaralea), O.F.M.Conv., † 2 ian. 1764

2395. - PIANA Caelestinus, O.F.M., *Supplementum ad « Bullarium Franciscanum » ex quodam opere inedito I.H. Sbaralea restituendo*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 123-145.

In hac inquisitione A.: 1) confert duos codices, ambos inscriptos *Provincia Bononiensis O.F.M.Conv.* (scil. Rimini, *Bibl.Gambalunga, cod. 165*, cuius hucusque auctor habebatur Franciscus Antonius RIGHINI, O.F.M.Conv., et alium servatum apud Collegium Claraquense O.F.M.) et probat cod. ariminensem, conscriptum an. 1761-1762, nil aliud esse quam alteram redactionem Claraquensis, compositi an. 1760; 2) quorum paternitas aequo iure tribuenda est tum F.A. RIGHINI tum J.H. SBARAGLIA cum in colligenda et describenda materia ipsi una adlaboraverint; 3) tandem describit 20 bullas adhuc ineditas, quae datae sunt inter an. 1258-1481, et quarum ipse vel regestum vel editionem integram exhibet. M. A.

Adeodatus Maria Querini a Venezia, O.F.M.Cap., † 4 febr. 1768

2396. - GIANGRISOSTOMO DA CITTADELLA, O.F.M.Cap., *Il Padre Adeodato Querini e Carlo Goldoni*, in *Italia Franc.* 32(1957) 234-246.

A. inquirit de opusculo *Tre quesiti di soggetto disingannato intorno ai moderni teatri esposti in una lettera ad un amico veneziano da Damanio Ottavio Fredarezina, anagrammatico*, Ferrara 1757.

Etenim opusculum sub falso nomine prodiit: illud vero dictaverat ADEODATUS A VENEZIA, O.F.M.Cap. (1701-1768), qui e comitibus QUERINI ortus, inter Capuccinos religiosa vota professus est die 11 maii 1727 et exstitit cantionator atque novitiorum magister. In suo opusculo disserit de chorearum seu theatri licitate atque severe iudicat fabulas scaenicas Caroli GOLDONI. At eius sententia in hac re est nimis rigida et, uti videtur, prae oculis habet peculiaria adiuncta potius quam integrum opus litterarium praeclari C. GOLDONI, quod certe positivum est etiam sub morali respectu. M. A.

Bernardus Toselli a Bologna, O.F.M.Cap., † 19 febr. 1768

2396*. - DONATO DA S. GIOVANNI IN PERSICETO, O.F.M.Cap., *P. Bernardo Toselli da Bologna bibliografo dei Frati Minori Cappuccini (1699-1768)*, in *Strenna Storica Bolognese* 5(1955) 43-48.

Ex fontibus manuscriptis exhibentur notitiae biographicae et munia quae in Ordine obivit BERNARDUS A BONONIA; significantur quoque opera quae typis vulgavit, sed potissimum bibliographice describitur et meritis laudibus decoratur eiusdem opus princeps *Bibliotheca scriptorum O.F.M.Cap.*, Venetiis 1747. Deest notificatio commercii epistolarum quod cum JESUALDO A REGGIO CALABRIA, O.F.M.Cap., habuit an. 1761 (cf. *Coll.Franc.* 24[1954] 338ss). M. P.

Guilelmus Smits, O.F.M.Rec., † 1 dec. 1770

Vide etiam: n.570 opus scripturisticum; 894 Protoevangelium.

2397. - DE CLERCQ Carlo, *La « Versio Belgica » de la Bible du Franciscain Guillaume Smits*, in *De Gulden Passer* 33(1955) 48-91; etiam separate: Antwerpen 1955, 20,5 cm., 87 pp.

Magna cum diligentia describitur opus monumentale Guilelmi SMITS, scil. praeclara editio Sacrorum Bibliorum in linguam neerlandicam versorum, voluminibus 21 constans. Ut accuratius referret de historia erectionis Musei Philologico-Sacri Antverpiensis, de praeparanda atque edenda ipsa versione, A. varias series epistolarum GUILELMI ad rem pertinentes sedulo pervolutavit: 1) Mechelen, *Bibl.Seminar.Maior. n.187* (190 epistolae); 2) ibid., *Arch.Archiep.* (83 ep.); St.-Truiden, *Arch.O.F.M.* (47 ep.); Weert, *Arch.O.F.M.* (1 ep.). In appendice A. praecipua documenta evulgavit, una cum accuratissima descriptione editionum singulorum voluminum. Haec descriptio bibliographica assumpta est in *Bibliotheca Belgica*, fasc. 223-224 (cf. *Franc.* 11[1956] 76s). S. ST. A.

2398. - ROSCHINI Gabriele M., O.S.M., *Come e quando è sorto il titolo di « Protovangelo »*, in *Mar.* 18(1956) 344-347.

Commentariolo isto A. quaerit, quinam primum *Protoevangelii* nomen *Gen.* 3, 15 applicarit.

Inter protestantes vocabulo isto fortassis primus usus est Laurentius RHETIUS (an. 1638); inter catholicos prius idem assumpsisse videtur Guilelmus SMITS, notus biblista in opere suo: *Genesis Vulgatae editionis, versione belgica, notis grammaticalibus, litteralibus, criticis etc. elucidata* I, Antverpiae et Amstelodami 1753, 592. O. R.

Sebastianus Slade-Dolci de Dubrovnik (Ragusa), O.F.M.Obs., † 1 iun. 1777

2399. - PANTIĆ Miroslav, *Sébastien Slade-Dolci, biographe de Dubrovnik du XVIII^e siècle*. Beograd 1957. In-8°, 205 pp.

Opus idiomate serbo-croatico exaratum, cui tamen summarium gallicum adiectum est, inspicere minime potuimus. Quae offeremus, excerpsimus e relatione G. FUSSENEGGER, O.F.M., in *Arch.Franc.Hist.* 52(1959) 354s. Describitur nimirum praesertim actuositas litteraria Sebastiani SLADE-DOLCI. Nomen siquidem alterum adhibuit Noster, quando italico sermone opera vulgavit.

Delibatur 1) eiusdem vitae cursus. SLADE natus est Ragusii seu Dubrovnik 2 apr. 1699; an. 1713 provinciae O.F.M.Obs. Ragusinae nomen dedit. Studiorum curriculo philosophiae Anconae necnon theologiae Perusiae rite absoluto, lectoris et contionatoris munus tam in patria quam in Italia obivit, verbum Domini annuntians sermone latino, illyrico et italico. Per triennium provinciae suae praefuit. Supremum vidit diem Ragusii 1 iun. 1777 (p.7-37; cf. etiam *Anal.Franc.* VI, 478s). - 2) Disseritur de eiusdem opere principe *Fasti litterario-ragusini sive virorum litteratorum qui usque ad annum 1766 in Ragusina claruerunt ditione prospectus*, Venetiis 1767 (39-54); 3) de ipsius dependentia a prioribus (55-85); 4) de materia propria ipsius inquisitione allata (86-117); 5) de influxu in posteros exercito (118-134); 6) de operis pretiis atque defectibus (135-140); 7) de ceteris illius scriptis historicis, philologicis atque rhetoricis (141-192). O. R.

Ambrosius a Lombez, O.F.M.Cap., † 25 oct. 1778

2400. - JAEGER Hasso, S.J., *Ambrosius de Lombez*, in *Lex.Theol. Kirche* ²I, Freiburg i. Br. 1957, 427.

Bonaventura Luchi, O.F.M.Conv., † 1781

2401. - BRUERS Antonio, *P. Bonaventura Luchi O.M.Conv. e la prima lezione italiana su Spinoza*, in *Mem.Stor.Dioc.Brescia* 24(1957) 8-12.

Recolitur prolusio academica in Athenaeo Patavino, in quo erat professor metaphysicae, habita a Bonaventura LUCHI de systemate philosophico B. SPINOZA; mox innuitur quoque bona fama, qua apud viros doctos et in dignitate constitutus gaudebat laudatus professor. Articulus antea prodierat in *Osserv.Rom.* 1953, 3 apr., 3. M. P.

Anselmus ab Esch, O.F.M.Cap., † 21 nov. 1783

2402. - LEKEUX Martial, O.F.M., *Auteurs franciscains: Perfection chrétienne par le P. Anselme d'Esch*, in *Message Franciscain* 10(1955) 188-190.

Joannes Baptista Martini, O.F.M.Conv., † 3 aug. 1784

2403. - *Celebrationes P. Joannis Baptistae Martini*, in *Comm. O.F.M.Conv.* 54(1957) 203-208.

J.B. MARTINI (1706-1784) religiosum habitum in Conventualium prov. bononiensi sumpsit an. 1721 ac dein inde ab an. 1725 magister cappellae in templo bononiensi S. Francisci renuntiatus est. Eius musicales compositiones plus quam mille recensentur; plura scripsit de theoria et historia artis musicalis atque ca. 17.000 codices item musica-

les collegit in bibl. conventus, qui nunc partim asservantur in Conservatorio Musicali Bononiensi.

De eiusdem vero relationibus cum hispanis auctoribus de re musica Stephano Arteaga et Antonio Eximeno scripsit M. Batllori, S.J., *La letteratura ispano italiana del Settecento*, in *Cr.c.Catt.* 107 2(1956) 360-372, ubi tamen de eodem Martini definite agitur p.366s. M. A.

Franciscus Antonius Fantuzzi a Venezia, O.F.M.Cap., † 6 dec. 1786

2404. - Giangrisostomo da Cittadella, O.F.M.Cap., *Un oppugnatore dell'Illuminismo: P. Francesco Antonio Fantuzzi da Venezia, Cappuccino*, in *Italia Franc.* 29(1954) 176-184. 322-327.

Vindicatur memoria scriptoris parum noti, qui post medium saec. XVIII religionem catholicam adversus sic dicti illuminismi fautores propugnavit. Etenim cum an. 1779 Franciscus Riccati commenta sectatorum famosae encyclopaediae subdole in Italia vulgavit, ea Franciscus Antonius retudit in *Osservazioni sopra il libro intitolato Antifilosofo Militare*, Venezia 1782. Deinde autem Fr. Xav. Mattei haud laudandam italicam versionem *Psalmorum* vulgavit et auctor noster illam animadversionibus in quinque volumina distributis apte emendavit: *Ragionato critico esame sopra la traduzione de' Salmi*, Venezia 1785-86. Utrumque opus fuse describitur et methodus in eisdem adhibita ad errores debellandos et veritatem explanandam explicatur. M. P.

Josephus Palacios de La Vega, O.F.M.Obs., † p. 1788

2405. - *Diario del viaje del J. Joseph Palacios de la Vega entre los indios y negros de la provincia de Cartagena en el Nuevo Reino de Granada, 1787-1788*. Edición e introducción de Gerardo Reichel-Dolmatoff. Bogotá, Editorial ABC, 1955. 23 cm., 111 pp.

In lucem editur *Diarium* Josephi Palacios de La Vega, in quo ipse adnotaverat suos casus fortunasque in visitatione quam dissitis provinciae Carthaginensis locis an. 1787-1788 peregerat ut indigenas et nigritas fugitivos ad humanum cultum civilemque in oppidis congregatos reduceret. Praemittitur introductio in qua Editor de momento ac ratione editionis necnon de auctoris vita disserit; adduntur in fine glossarium et index. I. V.

4. - *A subversione gallica ad hodiernos dies (1789-1963)*

Viator a Coccaglio, O.F.M.Cap., † 18 ian. (vel mart.?) 1793

Vide etiam: n.87 ms.

2406. - Melchiorre da Pobladura, O.F.M.Cap., *Viatore da Coccaglio*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1355s.

Franciscus Athanasius Domínguez, O.F.M.Obs., † p. 1795

2407. - Domínguez Francisco Atanasio, *The missions of New Me-*

xico, 1776. A description with other contemporary documents. Translated and annotated by Eleanor B. ADAMS and Angélico CHÁVEZ, O.F.M. Drawings by Horace T. PIERCE. Albuquerque, University of New Mexico Press, [1950]. 28 cm., XXI-387 pp., tab., ill., chartae geogr.

Adnotationibus et commentariis illustrata editur descriptio quam Franciscus Athanasius DOMÍNGUEZ, dux expeditionis viam quaerentis inter Novum Mexicum et Californiam, confecerat, collaborante Silvestro VÉLEZ DE ESCALANTE, O.F.M.Obs., cui saepe, sed perperam, tam directio expeditionis quam ipsa relatio adscribitur (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.3718). Hi missionarii amplam redegerunt relationem visitationis ad singulas illarum regionum missiones; adiunguntur hac in editione et alia documenta ad expeditionem necnon ad personam F.A. DOMÍNGUEZ spectantia. I. V.

Romedius Knoll, O.F.M.Ref., † 5 iun. 1796

2408. - SIEBERER Josef, *Romedius Knoll*, in *Festschrift zum 125-jährigen Bestand der Taubstummenanstalt in Tirol*. Mils bei Hall 1955. 7-19.

Vitae cursus necnon promerita aestimantur Romedii KNOLL, prov. O.F.M.Ref. S. Leopoldi Tyrolis insignis sodalis, qui primus in regione patria per facta et scripta surdis mutisque prospexit.

Confrater nimirum 1727 Bulsani natus est. Postquam Ordini franciscano nomen dedit, de instructione praesertim religiosa puerorum tam infelicium curabat. Postea, 1787 et 1788, volumen edidit 40 tabulas laminis aeneis expressas continens. Insuper operibus latinis et germanicis systema a se excogitatum explicavit illustravitque (*Explicatio catechismi pro instructione mutorum surdorum*, 1787). Quamvis opus pro doctrina religiosa impertienda utilis evaderet, tamen ad plenam institutionem auditu et loquela privatorum non sufficiebat. Quoniam aliqui eiusdem doctrinam severa censura adnotaverunt, libellum defensorium edidit an. 1790. ROMEDIUS vita functus est 5 iun. 1796. Eiusdem operositati indefessae sagacique tribuendum est, quod 1830 in Tyroli domus erecta est, in qua surdi mutique usque ad nostros dies opportune erudiuntur. Praedicta desumpsimus ex *Arch.Franc.Hist.* 50(1957) 464s, cum elucubrationem prae manibus non habuerimus. O. R.

Irenaeus Affò, O.F.M.Obs., † 14 maii 1797

Vide etiam: n.112 epistola; 343 studia franciscana.

2409. - BONMANN Ottokar, O.F.M., *Affò Irenaeus, O.F.M.*, in *Lex. Theol.Kirche* ²I, Freiburg i.Br. 1957, 168s.

Joannes de S. Gertrude Serra, O.F.M.Obs., † 8 aug. 1799

2410. - JUAN DE SANTA GERTRUDIS, *Maravillas de la Naturaleza*. (Biblioteca de la Presidencia de Colombia, 28-29). Bogotá, Empresa Nacional de Publicaciones, 1956. 24 cm., 424, 469 pp., tab., chartae geogr.

In lucem editur opus Joannis a S. Gertrude SERRA, *Maravillas de la naturaleza* inscriptum, quod in quatuor tomis seu partibus in Bibliotheca Publica Palmae Maioricensis adservatur (ms. *401-404*). Pars prima et secunda in priore volumine, pars vero tertia et quarta in altero volumine exhibentur. Auctor itinera sua per Columbiae et

Peruviae regiones enarrat et prodigia naturae ingenua credulitate potius quam ratione scientifica describit. Cf. *Americas* 14(1957/58) 102-104.

Ex hoc opere notitias circa devotionem qua gentes oppidi El Potosí (Columbia) Conceptionem Beatae Virginis prosequebantur excerpit et narrativas dotes auctoris extollit ORTIZ Sergio Elías, *Las romerías a Las Lajas*, in *Hojas de Cultura Popular Colombiana* n.78(1957) [25-28]. I. V.

Josephus Díaz de La Vega, O.F.M.Obs., fl. saec. XVIII

2411. - ALCINA FRANCH José, *El indigenismo de fray José Díaz de la Vega*, in *América Indígena* (México) 17(1957) 271-281.

Ex ms. *Memorias piadosas de la nación indiana* (Madrid, Academia de la Historia) Josephi DÍAZ DE LA VEGA, A. mentem illius adaperit quoad culturam indigenam et defensionem indigenarum, quorum merita et dotes humanas ille aeque extollit. I. V.

B. Didacus Josephus a Cádiz, O.F.M.Cap., † 24 mart. 1801

Vide etiam: n.2213 scripta; 1211 div. Pastoris Mater.

2412. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Diégo-Joseph de Cadix (bienheureux)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, col. 874-878.

Praemissa notitia biographica, perhibentur separatim doctrinae spirituales quae attingi possunt in *Sermonibus*, in *Epistolis* directionis spiritualis, et in opusculo quodam de vita religiosa. Maxime vero perpenduntur momentum et indoles directionis animae, prout ex commercio epistolarum cum directoribus luculenter apparet. M. P.

2413. - QUINTÍN DE SARIEGOS, O.F.M.Cap., *Más cartas del Beato Diego José de Cádiz*, in *Mensajero Seráf.* 67(1955) 189-191. 211-212. 271-272.

Septem epistolae, quae nunc prima vice vulgantur, scriptae sunt ad eremitam Caietanum CARRASCAL a die 1 oct. an. 1790 ad diem 28 iul. an. 1795. Pertractantur negotia levioris momenti, quae tamen iam nota lineamenta humana et psychologica B. DIDACI JOSEPHI iterum commonstrant. M. P.

2414. - SERAFÍN DE AUSEJO, O.F.M.Cap., *El Beato Diego José de Cádiz, figura señera del misionero popular*, in *Adalid Seráf.* 57(1957) 72-73. 108. 164.

Editur dissertatio habita an. 1956 in conventu Loyolensi de missionibus popularibus. Ostenditur B. DIDACUM JOSEPHUM revera esse « missum a Deo » pro necessitatibus Hispaniae saec. XVII; eapropter agitur de eius dotis naturalibus et de charismatibus divinis, quibus praelucebat, et praeterea de argumento et methodo missionum popularium. M. P.

2415. - PACÍFICO DE VILANOVA, O.F.M.Cap., *A través de los documentos. De cuando fray Diego José de Cádiz vino a Barcelona*, in *Apost.Franc.* 47(1956) 228-231.

Ex *Libro de Santa Madrona*, f.54-56, adservato Barcinone-Sarriá, Arch.prov.O.F.M.Cap., vulgatur relatio scripta a teste ANTONIO DE TERRADELL, O.F.M.Cap., circa commorationem B. DIDACI JOSEPHI diebus 28 ian.-2 febr. 1787 in civitate Barcinonensi, cum semel in platea concionatus est. M. P.

2416. - MOYA CASALS Enrique, *Místicas huellas del Beato Diego José de Cádiz en Valencia*, in *Adalid Seráf.* 54(1954) 41; 55(1955) 5. 96. 152.

Nova vulgantur documenta ex tabulariis et monumentis desumpta, quae operositatem apostolicam B. DIDACI JOSEPHI in Valentia an. 1787 illustrant simulque honores, quibus auctoritates eum cumularunt (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2594). M. P.

2417. - DÍEZ HERRERO Diego, *Santa Misión en Huelva del Beato José de Cádiz*, in *Adalid Seráf.* 55(1955) 105. 137. 157.

Cum notitia propagaretur, quod B. DIDACUS in hac civitate contionaturus erat, magistratus urbis die 23 nov. an. 1793 decrevit ut octo viri seligerentur qui tempore commorationis illum custodirent a nimia populi devotione. Editur documentum ex archivo civitatis. M. P.

Antonius Caulín, O.F.M.Obs., † 1802

2418. - MORÓN Guillermo, *Vida de Fray Antonio Caulín*, in *Rev. Nac.Cultura* (Caracas) 18(1956) n.114, 82-103.

A., documentis innixus, optimum conspectum biographicum tradit de Antonio CAULÍN, qui missiones in Nova Baetica (Venetiola) excoluit et summa munia in sua provincia religiosa obivit.

Natus in Bujalance die 17 apr. 1719, inter Fratres Minores Observantes provinciae Granatensis ca. 1733 adscriptus est. Anno 1742 ad Venetiolam appulsus, fructuose adlaboravit in missionibus de Píritu (Nova Baetica) usque ad 1758, quo in provinciam reversus est. Hanc regendi munus suscepit an. 1766-1769, iterumque ad eandem moderatoris provincialis dignitatem evectus an. 1775-1778, inter alia incepta reformationem studiorum in provincia sua aggressus est.

De operibus editis Antonii CAULÍN sermonem instituit idem A. in altera dissertatione: *En torno a la obra de Caulín*, in *Rev.Nac.Cultura* 18(1956) n.115, 68-82; exstructuram, fontes et meritum describit operis quod inscribitur *Historia corográfica, natural y evangélica de la Nueva Andalucía, provincias de Cumaná, Guayana y vertientes del Río Orinoco* (Madrid 1779, Caracas ³1935). I. V.

Jesualdus a Reggio Calabria, O.F.M.Cap., † 28 ian. 1803

2419. - MELCHIOR A POBLADURA, O.F.M.Cap., *De scientia et scriptis Ven. Servi Dei Jesualdi a Rhegio, O.F.M.Cap. (1725-1803)*, in *Coll. Franc.* 24(1954) 110-135. 329-382.

Perampla hac disquisitione A. non nihil confert ad magis ostendendam historiam evolutionis studiorum in Ordine Capuccinorum, ac praesertim quam partem in illis promovendis JESUALDUS A RHEGIO habuerit. Quod ipse efficit describendo curriculum vitae eiusdem JESUALDI, testimonia de eius scientia, methodum ab ipso adhibitam in discendo

et docendo, ac tandem codices eiusdem scriptorum (28 recensentur) conservatorum Romae, *Arch.Cancellariae S.Cong.Rituum*. In appendice traduntur quidam textus nondum editi (p.366-382). M. A.

Adeodatus Turchi a Parma, O.F.M.Cap., † 21 aug. 1803

Vide etiam: n.1287 Imm. Conceptio.

2420. - Felice da Mareto, O.F.M.Cap., *Turchi, Adeodato*, in *Enc. Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 616.

Synthetica et accurata notitia bio-bibliographica insignis episcopi Parmensis. Nunc autem cf. Stanislao da Campagnola, O.F.M.Cap., *Adeodato Turchi. Uomo - Oratore - Vescovo (1724-1803)*, Roma 1961; *Coll.Franc.* 32(1962) 349s. M. P.

Emmanuel de Cenaculo Villas (Vilas) Boas, T.O.R., † 26 ian. 1814

Vide etiam: n.672 ms.; 1916 lullismus.

2421. - Caeiro Francisco José da Gama, *Reviviscências setecentistas do Lulismo em Portugal*, in *Actas do I Congresso Nacional de Filosofia* [*Revista Portuguesa de Filosofia* 11(1955)], 607-612.

Ex tabulariorum documentis et ex epistolari commercio inter hispanum Antonium Raimundum Pasqual (Pascual), O.Cist., et lusitanum Emmanuelem a Cenaculo, satis illustrantur huius conamina pro lullismo in Lusitania iterum instaurando medio saec. XVIII, ad roborandum novum systema philosophicum, « mathematismum » nuncupatum, contra deteriorem Scholasticam. Cf. *Estud.Lulian.* 1(1957) 276-279; *Coll.Franc.* 30(1960) 464s. I. V.

Josephus Antonius Liendo y Goicoechea, O.F.M.Obs., † 2 iul. 1814

Vide etiam: n.562s philosophia in Univ. Guatemala.

2422. - Lamadrid Lázaro, O.F.M., *Fray José Antonio Liendo y Goicoechea, O.F.M., y la* Philosophia Recentior *del siglo XVIII*, in *Americas* 11(1954/55) 363-387.

Josephus Antonius Liendo, prov. SSmi. Nominis Jesu de Guatemala alumnus et philosophiae et theologiae praeceptor in universitate S. Caroli in urbe Guatemala, primus fuit qui in scholis Ordinis necnon in praedicta universitate physicam experimentalem et philosophiam rationalem docuit ac tradidit. Praemisso conspectu de indole philosophiae naturae saec. XVIII eiusque propagatione in Americae latinae universitatibus, figura, merita et actuositas scientifica huius illustris inceptoris accurate recoluntur. I. V.

Ludovicus ab Olivadi, O.F.M.Cap., † 3 ian. 1833

2423. - *Gemelli, Lodovico* (*Lodovico da Olivadi*), in *Enc.Fil.*, Venezia/Roma 1957, 603.

Potius quam an. 1835, ut hic asseritur, videtur quod Ludovicus

AB OLIVADI, qui philosophiam et scientias excoluit, animam Deo reddidit die 3 ian. 1833; alii autem statuunt an. 1836. Pretiosae notitiae bio-bibliographicae leguntur in *Biographie Universelle ancienne et moderne*, ed. J.F. MICHAUD, nouv. éd. XVI, 131; et versio italica: *Suppl.* VIII, (cf. *Italia Franc.* 18[1943] 40); *Dizionario Universale delle scienze ecclesiastiche*. Opera compilata dai Padri RICHARD e GIRAUD voltata in italiano V, Napoli 1846, 74 (summarium praecedentis operis); *Biografía universal completa* VIII, Madrid 1854, 404-405 (summarium *Biographie Universelle* cit.); FRANCESCO DA VICENZA, O.F.M.Cap., *Gli scrittori Cappuccini Calabresi*, Catanzaro 1914, 93-94. M. P.

Gregorius Girard, O.F.M.Conv., † 6 mart. 1850

2424. - [GIRARD Grégoire, O.F.M.Conv.], *Mémoire sur le cimetière primitif du couvent des PP. Cordeliers de Fribourg*. Rédigé par le P. Grégoire Girard en novembre 1835, in *Annales Fribourg.* 42(1956) 7-42, tab.

Quoniam consilium municipale Friburgense die 26 oct. 1835 partem occidentalem coemeterii Fratrum ad civitatis iura transire declaravit, GIRARD inquisitionem historicam de coemeterio primitivo instituit, ut sententiam prorsus iniustam esse evinceret. Textus huius investigationis hucusque ineditus hic primum in publicam lucem profertur, additis paucis adnotationibus ac duabus tabulis. Elucubratio luculenter comprobat Nostrum indole historica gavisum esse.

Inspicere minime potuimus commentarium qui sequitur: RÜEGG Ferdinand, *2 Porträts Pater Gregor Girards vom Luzerner Kunstmaler Xaver Hecht, 1757-1835*, in *Freiburger Geschichtsblätter* 45(1953) 15-20, tab.; cf. insuper RUSPANTINI Noemi, *Girard Grégoire*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, col. 771. O. R.

Raphael a Vélez Málaga, O.F.M.Cap., † 3 aug. 1850

2425. - SEBASTIÁN DE UBRIQUE, O.F.M.Cap., *Vida del Excmo. Sr. D. Fray Rafael de Vélez, Arzobispo de Santiago de Compostela*, in *Adalid Seráf.* 56(1956) 218-219. 232-233; 57(1957) 48-49. 118-119.

Infeliciter, forsitan ob mortem Auctoris (14 oct. 1956), susceptum opus imperfectum relictum est et tantummodo aliqua fragmenta nunc in vulgus prolata sunt. Alicuius momenti sunt animadversiones, quas Editor ad calcem paginarum addidit. Biographia descripta protrahitur usque ad annum circiter 1812.

RAPHAEL A VÉLEZ MÁLAGA (in saec. Emmanuel Josephus ANGUITA TÉLLEZ) natus est die 15 oct. an. 1777; die 22 sept. an. 1792 Capuccinis provinciae Baeticae cooptatur, obiitque die 3 aug. an. 1850, quum iam ab an. 1824 exstitisset archiepiscopum Compostellanus. Notitia necrologica Praesulis edita est in *El Católico* (Madrid) n.3506, 14-15 aug. 1850, p.294-295 (cf. *ibid.*, 254). Vide etiam FELICE DA MARETO, O.F.M.Cap., *Vélez Rafael*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1169. M. P.

Joannes Baptista Tonini, O.F.M.Conv., † 20 sept. 1852

Vide etiam: n.888 Imm. Conceptio.

2426. - SANNA Ambrogio, O.F.M.Conv., *I Padri G.B. Tonini e An-*

gelo Trullet, O.F.M.Conv., membri delle commissioni dogmatiche dell'Immacolata (1848-1854), in *Virgo Immaculata* II, Romae 1956, 387-407.

A inquirit de voto pro definitione dogmatica Immaculatae Conceptionis B.V. Mariae, quod protulit Joannes Baptista TONINI, O.F.M. Conv. (1806-1852), qui a PIO IX nominatus fuerat membrum Consultae theologicae (1848), Congregationis antipraeparatoriae (1848) et Commissionis specialis pro definiendo eodem dogmate; cuique e vivis erepto suffectus est Angelus TRULLET, O.F.M.Conv. (1813-1879). Interea eiusdem votum comparatur cum voto exquisito ab aliis tribus theologis franciscanis, scil.: ALOISIO A LORETO, O.F.M.Obs., JUSTO A CAMERINO, O.F.M.Cap., et ANTONIO MARIA A RIGNANO, O.F.M.Obs. M. A.

Josephus de Trinitate Reyes, O.F.M.Obs., † 20 sept. 1855

2427. - VALLE Rafael Heliodoro, *Bibliografía de José Trinidad Reyes*, in *Americas* 11(1954/55) 285-294.

Conspectus hic bibliographicus duabus sectionibus constat: 1) bibliographia operum Josephi a Trinitate REYES; 2) bibliographia operum vel commentariorum de eodem usque ad an. 1954 vulgatorum. De his notitia bibliographica fere omnino deest in hac nostra *Bibliographia Franciscana*.

Josephus a Trinitate REYES, an. 1797 in urbe Tegucigalpa natus, habitum induit franciscanum in collegio de Propaganda Fide S. Joannis Baptistae in urbe León (Nicaragua) die 31 oct. 1820. Impia lege exclaustrationis coactus an. 1829, ad clerum saecularem confugit. Cultor scientiarum physicarum, poeseos et praesertim artis musicae, fundator exstitit universitatis de Honduras, et inter bene meritos cives huius nationis iure recolitur atque honoratur. I. V.

Theodosius Florentini a Münster (Müstair), O.F.M.Cap., † 15 febr. 1865

2428. - JOAQUÍN DE ENCINAS, O.F.M.Cap., *El P. Teodosio Florentini (1808-1865), apóstol social capuchino*, in *Est.Franc.* 58(1957) 321-366.

Consilium Auctoris in eo est, ut subsidia ab insigni THEODOSIO FLORENTINI A MÜNSTER (Helvetia) in prima saec. XIX medietate ad quaestionem socialem expediendam allata generali obtutu perlustret atque aequa lance diiudicet.

Imagine spirituali caritatis apostoli vivide delibata, A. describit 1) ambitum socialem saeculi praedicti (p.324-332); 2) solutionem vexatissimi problematis a Nostro a) theorice promotam suis scriptis ac illustribus prolusionibus (335-345) et b) practice auctam, quatenus pauperibus succurreret, operam domesticam vel in parvis officinis procurando vel officinas ad Oberleutensdorf et Thal condendo (346-356). - 3) THEODOSII promerita cum motu sociali catholico sui temporis sive in Ordine capuccino, sive apud clerum, sive apud varios pacis socialis tunc temporis promotores conferuntur (356-364). - In epilogo A. opera Nostri, quamquam ob specialia aevi et propriae indolis adiuncta in grave discrimen sint vocata, spiritu catholico perpendit (365s). - Auctor, uti patet, in sua expositione passim biographiae egregiae VITI GADIENT A MASTRILS, O.F.M.Cap., innititur (cf. *Bibliog.Franc.* VII, n.5142). Nunc de hac quaestione omnino inspiciatur: ADELHELM BÜNTER VON WOLFENSCHIEFEN, O.F.M. Cap., *Die industriellen Unternehmungen von P. Theodosius Florentini, 1808-1865. Eine sozial-ethische Studie über Voraussetzungen und Grenzen der Sozialreform*, Freiburg Schw. 1962; cf. etiam RUPERT HÜSSER [VON RUDOLESTETTEN], O.F.M.Cap.,

Ein bedeutender Sozialpolitiker, P. Theodosius Florentini (1808-1865), in *Assisi-Glöcklein* 38(1956) 109-112. O. R.

2429. - HUBER Sr. Gertrud, *P. Theodosius Florentini. Seine Stiftung in Ingenbohl.* (Heroisch im Alltag, eine Sammlung kurzer Lebensabrisse aus der Kongregation der barmherzigen Schwestern vom hl. Kreuze, Ingenbohl: Stifter, Mitgründerin, heiligmäßige Schwestern, 1). Basel, Thomas Morus Verlag, [1954]. 18,5 cm., 120 pp., 21 tab.

Testimoniis primarum Sororum Congregationis S. Crucis de Ingenbohl innixa, A. hisce vitam eiusdem fundatoris simpliciter lepideque enarrat.

Verba quae in prooemio leguntur, notatu digna sunt: « Die Schrift will nicht eine kritische Studie sein über den 'umstrittenen Mann', der doch nur deswegen umstritten war, weil er der Geniale, der Kühne, der Einmalige war, der *seinen* Weg gehen mußte und ihn gegangen ist, selbst auf die Gefahr hin, mit unserem Herrn im Zeichen des Widerspruches zu stehen » (p.8). - Cf. etiam *Coll.Franc.* 31(1961) 246-248. - Hic adiungendum esse censemus opus miscellaneorum: *Hundert Jahre Kollegium Maria-Hilf Schwyz 1856-1956.* [Schwyz, Kollegium Maria-Hilf, 1956]. 27,5 cm., 136 pp., tab., ill. E commentariis ibidem vulgatis praesertim adducendus est sequens: E. WIDMER, *P. Theodosius Florentini und die Neugründung des Kollegiums 1855-1864* (p.16-18; cf. etiam J. ROHRER, 47-66). Sermo fit etiam de sororibus T.O.R. a S. Cruce de Ingenbohl (98) necnon de consociatione *Theodosius-Verein* (134-135). O. R.

2430. - BEDA [VON EBNET], O.F.M.Cap., *Ein Kloster für Volksmissionäre*, in *Helv.Franc.* 6(1953-56) 253-256.

In publicam lucem proferuntur litterae THEODOSII FLORENTINI A MÜNSTER, die 23 nov. 1855 ad curiam generalem Ordinis directae, necnon responsum ALFONSI A RUMILLY, O.F.M.Cap., tunc commissarii generalis, ad LUCIUM A TRIMMIS, O.F.M.Cap., ministrum provincialem die 9 dec. 1855 transmissum.

In litteris supplicibus THEODOSIUS petit, ut sibi, VERECUNDO SCHWYZER AB EMMEN († 1883) et ANICETO REGLI AB ANDERMATT († 1872) « tribuatur licentia, habendi missiones [populares] et tradendi exercitia » et « secundo ut ad finem eo securius obtinendum concedatur habere vel erigere conventum pro missionariis et iis qui exercitiis incumbere desiderant » (p.255). Petitione rite discussa inter definitores generales, ALFONSUS ad precem primam affirmative respondit ad secundam maturius deliberandam sententiam ministri provincialis quaesivit. Litterae adservantur in archivo generali Romae sequenti instructae signo: *G 60 13; C 101.* O. R.

2431. - [BEDA VON EBNET], O.F.M.Cap. (Ed.), *P. Theodosius und sein Vizepostulator*, in *Helv.Franc.* 6(1956) 289-300.

Editor typis mandat commercium epistolare an. 1915, quo ADELHELMUS JANN A STANS, O.F.M.Cap., Sr. M. Anicetae REGLI, antistitae generali Congregationis S. Crucis de Ingenbohl, introductionem causae beatificationis THEODOSII A MÜNSTER suggessit atque ut convenientem eiusdem vicepostulatorem MAGNUM KÜNZLE A GAISERWALD, O.F.M.Cap., proposuit.

Etsiamsi hoc tentamen effectum desideratum non obtinuerit, tamen ut seminis copiosos fructus 50 thecas cum documentis vitam et actuositatem THEODOSII illustrantibus produxit. - Cf. insuper: *Il Padre Teodosio Florentini e la fondazione del*

« *Piusverein* », in *Osserv.Rom.* 1957 giugno 6, 3. De qua consociatione religiosa cf. nunc A. STEINER, *Der Piusverein der Schweiz. Von seiner Gründung bis zum Vorabend des Kulturkampfes, 1857-1870*, Stans 1961 (cf. *Rev.Hist.Eccl.* 57[1962] 379s). O. R.

Benedictus D'Acquisto, O.F.M.Ref., † 7 aug. 1867

2432. - DI CARLO E., *D'Acquisto Benedetto*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 1387.

Auctor paucis explanat doctrinam philosophicam B. D'ACQUISTO, asseritque in suis tractatibus eum adhaesisse theoriis ontologismi atque apertum fuisse systematis V. GIOBERTI fautorem.

Auctoris asserta emendanda et perficienda sunt his quae erudite exposuit et dilucidavit Jacobus IOVINE, O.F.M., *De vita et operibus Benedicti D'Acquisto, philosophi, O.F.M., archiepiscopi Montisregalis (1790-1867)*, in *Ant.* 1(1926) 413-448, quam dissertationem infeliciter A. praetermisit, siquidem in ea et biographia et bibliographia et doctrina philosophica penitus adumbrantur, multis collectis documentis et argumentis. M. P.

Hyacinthus Maria Martínez y Sáez a Peñacerrada, O.F.M.Cap., † 31 oct. 1873

2433. - FELICIANO DE VENTOSA, O.F.M.Cap., *El Rvdo. P. Jacinto de Peñacerrada y la Inmaculada*, in *Verd.Vida* 12(1954) 231-245.

Licet parum notus ut theologus, ep. Hyacinthus M. MARTÍNEZ Y SÁEZ procul dubio in eximiores mariologos saec. XIX cooptari meretur. Ex analysi eius principalioris operis *La Virgen María en sus relaciones con Dios, con los ángeles y los hombres* (3 voll., Madrid ²1877), A. huius lucubrationis methodum mariologicam nostri praesulis adaperit et cum methodo pariter mariologica a coaevo M.J. SCHEEBEN adhibita confert. Deinde illius doctrinam de exemptione Beatae Mariae a peccato originali necnon argumenta S. Scripturae et Traditionis et rationes theologicas privilegii Immaculatae Conceptionis colligit et explanat. Tandem locum praecipuum extollit quem puritas Mariae in synthesi mariologica praesulis MARTÍNEZ Y SÁEZ occupat. I. V.

Ludovicus Colini de Castelplanio, O.F.M.Obs., † 1 dec. 1874

2434. - STRIANESE Eduardo, O.F.M., *L'Assunzione di Maria S.ma nella mariologia del P. Ludovico Colini da Castelplanio, O.F.M.* (Tesi di Laurea). Pontificia Facoltà di Teologia « S. Luigi » a Posillipo Napoli. Torre del Greco, Tipografia Turris, 1955. 25 cm., VII-95 pp.

Eximii saeculi praeteriti theologi conciliaris LUDOVICI COLINI A CASTELPLANIO examinandam A. suscipit doctrinam circa B.M.V. corporeae assumptionis in caelum praerogativam. Inmititur libro praecipuo ipsius, quod *Maria nel consiglio dell'eterno ovvero la Vergine predestinata alla Missione medesima con Gesù Cristo* praenotatur (1-3 voll., Napoli ²1902).

In introductione, praeter alia, vita LUDOVICI enarratur. Natus est enim 31 mart. 1830 in loco Castelplanio prov. Anconae; 8 aug. 1845 habitum minoriticum sumpsit Assisii. Studiis Perusiae peractis, 19 ian. 1855 sacerdos ordinatur. Gravia obivit Ordinis munia. Supremum vero vidit diem in Urbe 1 dec. 1874. - In tractationis corpore haec habentur: 1) operis praelaudati ortus et indoles delibantur (p.12-17). -

2) Glorificatio Deiparae, ad decretum praedestinationis eiusdem relata, aestimatur (19-29). - 3) Doctrina Nostri quoad mortem supernaturalem, incorruptionem, resurrectionem et glorificationem psychosomaticam Virginis tribus articulis dilucidatur (31-79). - 4) Necessitudo assumptionis cum praedestinatione absoluta Christi aestimatur (81-85). - 5) Doctores franciscani innuuntur, e quibus LUDOVICUS ideas mutuavit; sunt praesertim S. BONAVENTURA, ALEXANDER HALENSIS, J.D. SCOTUS, S. ANTONIUS PATAVINUS, S. BERNARDINUS SENENSIS (87-90). - Brevi epilogo praecipua asserta in compendium revocantur. - Doctor franciscanus privilegium marianum accurate, perquisite subtiliterque illustravit. Cor fulcrumque expositionis suae doctrina de praedestinatione ab aeterno Christi eiusque matris constituit. Factum privilegii evicit e Traditione, ratione, archaeologia et liturgia. Procul dubio A. dissertationem utilem, etsi forsan animo verbisque nimis inflatis conscriptam, confecit atque mariologum insignem ex iniusta oblivione ademit. O. R.

Antonius Fania de Rignano, O.F.M.Obs., † 23 ian. 1880

Vide etiam: n.894 Protoevangelium.

2435. - SCARAMUZZI Diomede, O.F.M., *Il P. Antonio Fania da Rignano, O.F.M., e il dogma dell'Immacolata*, in *Virgo Immaculata* II, Romae 1956, 408-419.

Acroasi fervida Auctor promerita ANTONII FANIA A RIGNANO in Immaculatae Deiparae Conceptionis privilegio vindicando necnon eiusdem definitione cum ceteris theologis paranda extollit.

ANTONIUS natus est in loco Rignano Garganico 5 febr. 1804. In teneris vitae annis iam Ordini nomen dedit. Adhuc iuvenis onus provinciae suae moderatoris sustinuit. Romam arcessitus, altissima munia tum in proprio Ordine tum penes S. Sedem obivit. Die 27 martii 1867 ad episcopi Potentini et Marsicensis dignitatem evectus est, quam tamen ob valetudinis rationes an. 1877 dimisit. Romae 23 ian. 1880 supremum vidit diem. - Auctor insuper texit eiusdem scriptorum elenchum (p.409s), e quibus peculiariter notatu dignum est: *Novenario e panegirico dell'immacolata concezione di Maria*, quod insimul cum opusculo: *Idea o inspirazione della integrità del concetto cattolico intorno l'essere e il divino concepimento di Maria Vergine* tertio prodiit Prato 1852. Scriptum secundum nihil aliud est quam votum Nostri a Summo Pontifice an. 1851 expetitum (cf. V. SARDI, *La solenne definizione... Atti e documenti* I, Romae 1904, 775-777), cuius hic similitudines sive longinquae sive propinquae cum PII IX bulla *Ineffabilis Deus* delibantur. O. R.

Fidelis (Maddelon) de Fanna (Friuli), O.F.M.Ref., † 12 aug. 1881

2436. - PALMERI P., *Fedele da Fanna*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 300.

Mamertus Esquiú, O.F.M.Obs., † 10 ian. 1883

2437. - CATURELLI Alberto, *El pensamiento de Mamerto Esquiú, O.F.M.* (Publicaciones del Instituto de Metafísica e Historia de los Sistemas Metafísicos. Serie B, 5). Córdoba [Arg.]. Universidad de Córdoba, Instituto de Metafísica, 1954. 24 cm., XX-246 pp.

Haec dissertatio primum in commentario periodico *Arqué* 2(1953) 53-250 edita fuit (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1782).

Recensionem criticam exhibet FURLONG Guillermo, S.J., *Comentario bibliográfico al libro El Pensamiento de Esquiú del Dr. Alberto Caturelli*, in *Estudios* 87 (1954) 469.

Plenior notitia bibliographica nobis deest de opere: ROMERO SOSA Carlos

Gregorio, *Lo que dijo... Y lo que se le hace decir a Fray Mamerto Esquiú*. Salta, Cuadernos Franciscanos, 1957; cf. etiam *Un grande vescovo francescano argentino: Mamerto Esquiú (1826-1883)*, in *Osserv.Rom.* 1956 maggio 26, 3. I. V.

Victorius ab Alatri, O.F.M.Cap., † 25 aug. 1886

2438. - Mariano da Alatri, O.F.M.Cap., *Un apostolo di devozione mariana: P. Vittorio d'Alatri (1813-1886)*, in *Il culto di Maria nella Diocesi di Alatri* (Boll. mensile per l'Anno Mariano) 1954, n.5, 8-14.

Delineatur actuositas apostolica et litteraria Victorii ab Alatri qui 19 dec. 1813 natus, an. 1830 familiae capuccinae romanae nomen dedit atque postea per quadraginta circiter annos sacras tradidit disciplinas. Nonnulla opera et opuscula, stilo concinno limpidoque conscripta, contra tunc in Italia serpentes errores christianae fidei veritates strenue vindicaverunt. O. R.

Guilelmus Massaia, O.F.M.Cap., † 6 aug. 1889

2439. - [Massaia Guillermo], *Mis treinta y cinco años de misión en la Alta Etiopía*. Memorias del Emmo. Sr. Card. Fr. Guillermo Massaia. O.F.M.Cap. Traducción hecha por el M.R.P. Marcos de Escalada, O.F.M.Cap. Tomos III y IV, V y VI. Gijón 1955/1957. 22 cm., 237, 191 pp.

2440. - Valori Francesco, *Guglielmo Massaia*. Torino, Società Editrice Internazionale, 1957. 22 cm., 286 pp., tab.

Notitiis praesertim ex eiusdem cardinalis memoriis accurate desumptis, 15 capitibus vita nostri percelebris missionarii exponitur tota. Res ab eodem egregie gestae necnon mores gentium ubi ipse Evangelium nuntiare vel ad fidem catholicam revocare omni ope sategit ita perite describuntur et tabulis illustrantur ut cum magno animi oblectamento hoc volumen legatur, quod, etsi bibliographicis adnotationibus careat, a veritate historica minime deficit.

Narratiunculae vitae missionariae cardinalis Massaia lepide illustratae et pueris destinatae ad vocationes fovendas Ordinis Capuccinorum exhibentur in opusculo *Vita da leggenda. Racconto illustrato delle avventure missionarie del Servo di Dio il Card. Massaia Cappuccino*. Dedicato alle vocazioni missionarie dei Cappuccini. [Testo di P. Casimiro da Perarolo, O.F.M.Cap.; disegni dell'architetto Michele Botta. Supplemento al n.11 de « Il Massaia » - novembre 1954. Roma, A.G.I., 1954]. 16,5 cm., 64 pp., ill. - Figura recolitur G. Massaia eiusque res gestae compendio exponuntur, addito elencho bibliographico, apud: Vittorio da Ceva, O.F.M.Cap., *L'anima del cardinale Guglielmo Massaia, 1809-1889*. Celebrazione tenuta il 13 febbraio 1955 nel salone dell'Istituto « Francesco Offidani » di Torino. (La Domenica del Pioniere Piemontese). Torino, Tipografia Emilio Bono, 1955. 24 cm., 30 pp.; cf. etiam Antonio da Stigliano, O.F.M.Cap., *Cardinale Guglielmo Massaia, Cappuccino, Apostolo dei Galla (Etiopia)*. Bari, « L'Aurora Serafica », [s.a.]. 17 cm., 30 pp., ill.

Primo recurrente saeculo ab institutione missionis Guilelmi Massaia apud gentes « galla », celebrationes religiosae et civiles Romae, Frascati, Piovà Massaia et alibi habitae describuntur in opusculo optime illustrato et praesentato: *Il centenario di una conquista spirituale, 1852 - 21 novembre - 1952*. Rassegna delle celebrazioni in onore del Card. G. Massaia. [Roma, Arti Grafiche Italiane, 1954]. 31 cm., 68 pp., ill. Exhibentur documenta publicarum potestatum, illustrationes graphicae, chronica celebrationum, commentarii in solemniis vel apud « Rai » pronuntiati et in foliis diurnis vulgati. I. V.

2441. - *Epistulae Cardinalis G. Massaia,* in *Anal.O.F.M.Cap.* 73 (1957) 48-51.

Tres vulgantur epistulae card. G. MASSAIA hucusque ignotae, e Frascati diebus 4 apr. et 1 sept. 1884 et Roma 7 ian. 1885 DOMINICO A CASTELNAUDARY missae, qui fuit primus moderator prov. Tolosanae O.F.M.Cap. et deinde praefectus apostolicus de Aden ac commissarius apost. missionis apud Gallas († 1890). I. V.

2442. - PIER GIORGIO DA ALBA, O.F.M.Cap., *Il Card. Massaia conosceva il rito etiopico?,* in *Italia Franc.* 31(1956) 116-123.

Contra quosdam recentes auctores inconsulte adserentes Guilelmum MASSAIA ritum aethiopicum contempsisse vel menti S. Sedis adversatum fuisse, A. statuit missionarium nostrum introductionem ritus latini propugnasse eo quod in plantatione Ecclesiae inter paganos, non inter schismaticos, ut plurimum laboravit. Tamen ipse optime cognoscebat ritum aethiopicum, quem, utpote tunc temporis imperfectum ac graviter maculatum, pro Ecclesia catholica illius regionis accipere, impossibile omnino erat. I. V.

Bernardus Matteoni a Capannori, O.F.M.Cap., † 3 sept. 1889

2443. - MORETTI Angelo, *Capannori e la sua storia.* Lucca, S.T. Artigianelli, 1957. In-8°, 136 pp.

Inter illustriores cives urbis vulgo Capannori, cuius historia ab A. describitur, eminet Joannes Antonius MATTEONI, natus 5 febr. 1818, in Ordine O.F.M.Cap., cui an. 1836 nomen dedit, vocatus BERNARDUS A CAPANNORI. Is in Studio generali Ordinis Firmi praelectiones philosophicas iuvenibus religiosis tradidit et, post Ordinum in Italia abolitionem an. 1866, ab an. 1869 in publico Massae athenaeo magisterium prosecutus est. In philosophia tradenda et vulgatis typis explananda principiis inhaesit Antonii ROSMINI, quapropter controversiis ansam dedit. Obiit in patria die 3 sept. an. 1889. Cf. *Riv.Rosm.* 52(1958) 317. M. P.

Antonius Maria Gachet a Gruyères, O.F.M.Cap., † 1 febr. 1890

2444. - BLAISE FAVRE [DE SAINT-BARTHÉLEMY]. O.F.M.Cap., *La grammaire de la langue ménomonie du P. Antoine-Marie Gachet.* [*O.F.M.Cap.*], in *Anthropos* 49(1954) 1094-1100.

Pervestigationis propositum est in momentum indolemque ANTONII MARIAE DE GRUYÈRES operis hucusque inediti *Grammaire de la langue ménomonie* (Micro-Bibliotheca Anthropos, 21). Posieux (Fribourg, Suisse) 1955 (35 mm film) inquirere.

Praemittuntur quaedam de ANTONII MARIAE vita. Lucem siquidem adspexit in loco Gruyères, Helvetia, die 8 apr. 1822; an. 1841 lanis seraphicis indutus et 23 maii 1846 sacerdos factus est. Anno 1857 in Civitates Foederatas Americae profectus est, ut Indis, *Menomini* dictis, Fond-du-Lac, Wisconsin, incolentibus Evangelium annuntiaret. Ibidem huius idiomatis perdifficilis grammaticam composuit, quae hic primum profundius examinatur (cf. etiam *Lex.Cap.*, 91, ubi tamen perperam affirmatur Nostrum an. 1894 obiisse, necnon *Coll.Franc.* 19[1949] 340s). O. R.

Isidorus a Guarcino, O.F.M.Cap., † 27 dec. 1899

2445. - Mariano da Alatri, O.F.M.Cap., *Il contributo dei Cappuccini della Diocesi Alatrina per il culto della Madonna: P. Isidoro da Guarcino*, in *Il culto di Maria nella Diocesi di Alatri* (Boll. mensile per l'Anno Mariano) 1954, n.12, 22-25.

Enarrantur breviter Isidori a Guarcino probae vitae curriculum ac ardens cultus marialis diffusio opere praesertim *La vita di Gesù Cristo* (Romae 1876) quod inter 27 simul competentes primum obtinuit praemium, necnon ecclesiae in honorem Deiparae erectione ad Veroli an. 1890. O. R.

Benedictus ab Alatri, O.F.M.Cap., † 17 dec. 1903

2446. - Isidoro da Alatri, O.F.M.Cap., *Un insigne Maestro: il cappuccino Benedetto da Alatri (1847-1903)*, in *Italia Franc.* 29(1954) 108-114.

Concinna vitae ratio de praeclaro hoc viro, qui per plures annos lectoris et ministri provincialis munia in Romana prov. O.F.M.Cap. obivit. Notitiae vero hauriuntur tum ex litteris circularibus eiusdem Benedicti cum ex testimoniis scriptis quorundam coaevorum. M. A.

Piatus a Mons, O.F.M.Cap., † 21 apr. 1904

2447. - Folliet J., *Loiseaux (Jean-Joseph)*, in *Dict.Droit Can.* VI. Paris 1957, 677-679.

Sermo est de insigni disciplinae iuridicae magistro Piato Montensi, qui an. 1871 (non 1877) habitum capuccinum induit et iam inchoatam operositatem scientificam prosecutus est donec die 21 (non 29) apr. an. 1904 mortem oppetiit. Potissimum in memoriam revocantur tria commentaria periodica ad eodem fundata et directa, nimirum *Mélanges Théologiques* (Liège 1847ss), *Revue Théologique* (Paris 1856ss) et *Nouvelle Revue Théologique* (Tournai 1869ss). Deinde singula opera typis vulgata recensentur.

Utiliter quoque legentur duae dissertationes ab A. ignotae vel neglectae, scil. B. Lefebvre, S.J., *Le P. Piat de Mons (chanoine Loiseaux), fondateur de la Nouvelle Revue Théologique*, in *Nouv.Rev.Théol.* 54(1927) 592-607; J. Levie, S.J., *La Nouvelle Revue Théologique à travers soixante années*, *ibid.* 56(1929) 785-795. M. P.

Ignatius Jeiler, O.F.M., † 4 dec. 1904

2448. - Reinhold Julius, O.F.M., *P. Ignatius Jeiler und die Alkantarinerbewegung in Norddeutschland*, in *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 3-44.

Hac pervestigatione ad aequam sinceramque historiae fidem conscripta, A. novas notitias affert de vita celebris Ignatii Jeiler, ante eius miram actuositatem in Collegio S. Bonaventurae Ad Claras Aquas exercitam.

Insignis Ordinis franciscalis sodalis die 4 dec. 1823 natus est; an. 1845, postquam Borussiae rex admissionem novitiorum iterum permisit, morienti provinciae

S. Crucis de Saxonia nomen dedit. Inter iuvenes nuper ingressos immodicum studium observantiae ad austerissimam primaevi temporis normam instaurandae vigebat. Mentis inquietae et exaltatae Lothario Oebbecke duce, quidam separationem necnon fundationem familiae alcantarinae in Silesia intendere. Familiae rite constitutae Ignatius, etsi Lothario interne adversaretur, an. 1852 adhaesit. Attamen sensim sine sensu severissimae congregationis caput submissionem caecam adeptus est alumni omnium ingeniosissimi, ita ut hic, ob controversias cum episcopo irreverenter ac insensate suscitatas Romam missus, illum omni conatu vindicaret. Ibidem, ut A. validis firmat argumentis, libellum defensorium exaravit: *Origo Custodiae Immaculatae Conceptionis Fratrum Minorum Alcantarinorum, erectae in Silesia, provincia regni Borussiaci*, qui hic, opportunis adnotationibus historicis auctus, editur (p.24-44). Die 19 martii 1855, Pio IX disponente, custodia abrogata fuit. Quoniam Ignatius illius fervens vindex fuerat, usque ad an. 1861 paenitens in coenobio de Monteluco supra Spoletum degebat. Postea in patriam provinciam redire potuit. Meritis cumulatus die 9 dec. 1904 animam Deo reddidit. - Significamus etiam commentarios eiusdem Auctoris: *Die Alkantarinerbewegung in der Sächsischen Franziskanerprovinz vom Hl. Kreuz*, in *Vita Seraphica* 29(1949) 45-62. 154-176. 221-247. Conferatur insuper Schollmeyer Chrysologus, O.F.M., *Auf den Spuren des P. Ignatius Jeiler in Italien, ibid.* 37(1956) 167*b*-173*b*, qui intuitu biographiae de eximio Saxoniae alumno parandae ad Claras Aquas et Romae ultra 1500 epistolas ipsius perquisivit. O. R.

Gregorius Martic, O.F.M., † 30 aug. 1905

2449. - Kecmanović Ilija, *Bildnis eines bosnischen Franziskaners. (Zum 50. Todestag von Fra Grga Martić)*, in *Südost-Forschungen* 15 (1956) 402-426.

Elucubratione perita A. vitam ac operositatem apostolicam, diplomaticam et litterariam Gregorii Martic, utpote quinquagesimo ab eius obitu anno recurrente, enarrat.

Gregorius, in mundo Mato appellatus, lumen adspexit die 24 ian. 1822 in loco Rastovača prope Posušje (Hercegovina). Postquam sacerdotio insignitus fuit, non solum sensum fraternitatis inter slavos illyricos fovebat, sed etiam libertatis obtinendae motum omni studio promovebat. Praeter munus parochi in civitate Sarajevo insuper negotia, proprii Ordinis nomine, penes auctoritates turcas magno cum successu gessit. Eiusdem actuositas diplomatica ad mentem Auctoris non semper sincera fuit. Ad amorem patrium excitandum non solum populi cantus collegit, sed insuper carmina epica, an. 1861-1883 vulgata, composuit. Eiusdem ingenium poeticum ab Auctore non nimis extollitur. Obiit die 30 aug. 1905 in loco Kreševo. O. R.

Marcellinus de Civezza, O.F.M., † 27 mart. 1906

2450. - Pratesi Riccardo, O.F.M., *Lo Storico delle Missioni Francescane P. Marcellino da Civezza*, in *Frate Franc.* n.s. 3(1956) 11-15.

Figura delineatur huius insignis historiographi eiusque actuositas litteraria recolitur tam in diffusione ephemeridum franciscalium quam in propaganda historia missionaria Ordinis. I. V.

Vincentius Maria Gredler, O.F.M., † 4 maii 1912

2451. - Paulin Karl, *P. Vinzenz M. Gredler, O.F.M., Ordensmann - Naturforscher - Jugendbildner*, in Taler Walter (ed.), *Geschichte des Franziskanerklosters zu Telfs. Festschrift zur 250-Jahr-Feier*, Innsbruck 1955, 47-55.

2452. - Klebelsberg R., *P. Vinzenz Gredler. Ein Tiroler Naturforscher, ibid.*, 56-59.

Faustam occasionem arripientes 250 annorum exactorum, ex quo coenobium O.F.M. ad Telfs regionis oenipontanae conditum sit, uterque A. vitam et operositatem scientificam huius oppidi civis Vincentii Mariae GREDLER extollit.

Confrater nimirum ibidem lucem adspexit 30 sept. 1823 et a patre suo magnam erga naturam et animalia affectionem hereditate accepit. Ordini Minorum 16 aug. 1841 nomen dedit Salisburgi. Post studiorum curriculum peractum 11 oct. 1846 sacerdotio insignitus est. Inde ab an. 1849 in gymnasio eiusdem Ordinis Bulsani cum magno discipulorum fructu scientias naturales nuper introductas docebat. Insignem laudem intra et extra patriae confinia adeptus est in animantium, speciatim cochlearum et insectorum, ortu, victu figuraque persequendis et describendis. Eiusmodi promerita A. alter in claram profert lucem, eiusdem elucubrationes significans. Versus finem vitae insuper parvula poemata seu epigrammata composuit et vulgavit, de quibus A. prior disserit. Ad limen nonagesimi anni perveniens ex hac vita migravit, plenus meritis, 4 maii 1912. O. R.

Josephus Calasanctius Vives y Tutó a Llevaneras, O.F.M.Cap., † 7 sept. 1913

Vide etiam: n.554 studia O.F.M.Cap.; 1228 S. Joseph.

2453. - *Hebdomada studii de Card. Jos. Calas. Vives y Tutó, O.F.M.Cap.*, in *Anal.O.F.M.Cap.* 70(1954) 123-124.

2454. - BASILIO DE RUBÍ, O.F.M.Cap., *Semana de estudios sobre el cardenal Vives y Tutó*, in *Est.Franc.* 55(1954) 531-534; et in *Apost. Franc.* 45(1954) 128-132.

Primo revoluto saeculo a nativitate (15 febr. 1854) perinsignis cardinalis VIVES Y TUTÓ, diebus 21-26 aprilis an. 1954 habita est Barcinone sic dicta Hebdomada studiorum, ibique selecti viri multa de vita et opera illius dixerunt. His duabus relationibus exhibentur ordo celebrationis et tituli dissertationum, de quibus in sequentibus numeris est sermo.

2455. - ANGEL DE NOVELÉ, O.F.M.Cap., *Fisonomía espiritual del Cardenal Vives y Tutó*, in *Est.Franc.* 56(1955) 161-178.

Statuitur ingenium proprium card. VIVES Y TUTÓ esse prorsus affectivum, fortitudine autem ac pietate temperatum. Deinde explicatur quo modo eiusmodi indoles ipsemet per spiritum fidei et pietatis excercitia sublimaverit atque perfecerit. Demum quaestionem aggreditur A. de sanctitatis gradu, ostenditque eum in vita bona virtutis fama circundatum esse, et conatur demonstrare ultimam vitae crisim fuise veram noctem spiritus et animi purgationem. M. P.

2456. - FIDEL DE PAMPLONA, O.F.M.Cap., *El cardenal Vives autor del « Manual Seráfico »*, in *Est.Franc.* 57(1956) 229-248.

Auctoritate Ministri generalis BERNARDI AB ANDERMATT, prodibat Romae an. 1890 opus, cui titulus *Manual Seráfico de los FF. MM. Capuchinos de las Provincias de España y sus Misiones*, absque auctoris nomine. Nunc autem argumentis extrinsecis et intrinsecis A. concludere potest librum manualem exaratum esse a card. VIVES Y TUTÓ. Deinde

inquirit in fontes generales (ius commune, Ordinationes capituli an. 1884, Ordinationes visitationis an. 1890) et peculiares, scil. vetera caeremonialia earundem Hispaniae provinciarum; et tandem valorem et utilitatem praefati *Manuali Seraphici* debitis laudibus A. prosequitur. M. P.

2457. - Nolasco de El Molar, O.F.M.Cap., *El cardenal Vives a través de algunas de sus obras patrísticas*, in *Est.Franc.* 57(1956) 113-130.

A. sibi hunc finem proposuit, nempe ex quibusdam scriptis card. Vives y Tutó documenta excerpere, quae illius cognitionem et amorem sanctorum Patrum manifestant, simulque elementa autobiographica continent. Idcirco examini in primis subicitur ingens opus *Homiliarius Breviarii Romani ... in usum concionatorum et scholarum sacrae eloquentiae*, Romae 1903, VIII-1400 pp. Hac relatione patet cardinalem operibus suis patristicis non scientificam investigationem, sed utilitatem et aedificationem persecutum esse. M. P.

2458. - Agatángel de Langasco, O.F.M.Cap., *El cardenal Vives y la codificación del Derecho canónico*, in *Rev.Esp.Der.Can.* 10(1955) 457-475, et in *Est.Franc.* 57(1956) 161-181.

Prudenter et sagaciter agitur de cooperatione certa, probabili et possibili. Quandoquidem documenta authentica ad rem dilucidandam hactenus in archivis secreta iaceant, argumentum pertractandum est et solvendum ex indiciis, ex testimoniis extrinsecis et ex « mente » ipsius Cardinalis, potissimum ex muneribus membri Commissionis cardinalium ad novum ius apparandum et Praefecti S. Congr. Religiosorum. Quamvis non adamussim singula capita enucleari possunt, certum est card. Vives y Tutó haud exiguas habuisse partes in nova Iuris Canonici compositione. M. P.

2459. - Lázaro de Aspurz, O.F.M.Cap., *El Cardenal Vives y las Instituciones franciscanas*, in *Est.Franc.* 56(1955) 321-346.

Fuse accurateque exponitur quidquid Card. Vives y Tutó egregie perfecit in promovendis enucleandisque franciscanis institutis, tum eius propria vitae religiosae ratione, tum libris exaratis et editis, tum iuribus tuendis, tum quibuslibet inceptis ordinandis et fovendis. Placent in hac elucubratione plena rerum cognitio, elegans expositio ac iudiciorum moderatio, quin A. consensum dissimulet et laudes.

Ad calcem pag. 336-339 nota 34 vulgatur quoque brevis disquisitio Michaelis a Juneda, O.F.M.Cap., circa participationem laudati cardinalis in instauratione Collegii Urbani a S. Laurentio Brundusino nuncupati. M. P.

2460. - Melchor de Pobladura, O.F.M.Cap., *El P. José Calasanz de Llavaneras (card. Vives y Tutó) y la unión de los Capuchinos españoles con Roma (1804-1885)*, in *Est.Franc.* 56(1955) 5-42. 179-214.

Plurimis innixus documentis ineditis, quae in vulgus quoque proferuntur (p.198-214), A. pervestigat originem et progressionem Ordinis

regiminis alterni, quod dicitur et saec. XIX viguit; exinde patefacit partes haud exiguas, quae cardinali VIVES Y TUTÓ (qui antequam ad sacram purpuram eveheretur an. 1899 vocabatur JOSEPHUS A LLAVANERAS seu LLEVANERAS) obveniunt tum in abolitione commissariatus apostolici in Hispania cum in prima sodalium instauratione canonica in illa natione post violentam an. 1835 suppressionem. M. P.

2461. - PIO M. DE MONDREGANES, O.F.M.Cap., *El Cardenal J. Vives y Tutó, mariófilo y mariólogo*, in *Eph.Mariol.* 6(1956) 323-330.

Obiter afferuntur argumenta pietatis et devotionis erga B.V. Mariam et exscribuntur tituli 18 operum marialium. M. P.

2462. - PACÍFIC DE VILANOVA, O.F.M.Cap., *El Cardenal Vives i Montserrat*, in *Apost.Franc.* 48(1957) 126-127.

Recoluntur partes quae card. VIVES Y TUTÓ obveniunt in electione abbatis Montis Serrati Antonii Mariae MARCET, O.S.B., an. 1912.

Alia opera et incepta cardinalis memorat RUCABADO Ramón, *Santa Bernardette y el Cardenal Vives y Tutó*, in *Apost.Franc.* 47(1956) 30-31; Idem, *Un sapientísimo apóstol de la Familia de Nazaret, el Cardenal Vives*, in *Templo* 89(1954) n.1, 4-5; Idem, *San José y el Cardenal Vives*, *ibid.* 89(1954) n.2, 9. 12; RAMIRO M. DE SANTIBÁÑEZ, O.F.M.Cap., *El Em.mo Cardenal Vives y Tutó, director de la V.O.T. Sacerdotal en Roma*, in *Apost.Franc.* 48(1957) 11-13. M. P.

2463. - *El Cardenal Vives*. Hoja informativa de la Comisión pro-Monumento. Llavaneras-Barcelona, 1955. 31,5 cm., 4 p.

Primo exeunte saeculo a nativitate card. VIVES Y TUTÓ an. 1954, ad perennandam eius memoriam concives in patria civitate monumentum exstruere cogitavere, cuius idea et vicissitudines praesenti folio periodico referuntur. M. P.

S. Pius X, † 20 aug. 1914

2464. - GRABKA Gregory, O.F.M.Conv., *Magna Dei Mater. Mariology of St. Pius X*, in *Franc.Educ.Conf.* 35(1954) 268-307.

Haec pervestigatio ideo *Bibliog.Franc.* attinet, quia A. non solum S. PII X habitudinem ad Franciscales in genere clara collustrat luce (268-272), sed insuper pluries influxum doctorum nostrorum in varia mariologiae Summi Pontificis capita significat, praesertim quoad Immaculatam Conceptionem (274-280) et B.M.V. munus in oeconomia salutis (280-299). O. R.

Daniel a Mineo, O.F.M.Cap., † 24 ian. 1917

2465. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Daniel Zimbone de Mineo, capucin (1883-1917)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 20-21.

Excerpitur doctrina spiritualis quam P. DANIEL explanavit in suo opere *La Divina Commedia e l'Imitazione di Cristo*, Roma 1914. In doctrina triplicis viae exponenda A. cum S. THOMAE tum S. BONAVENTURAE adhaeret, sed expositio eam unctionem prae se fert, quae est propria spiritualitatis seraphicae. M. P.

Maria Angeles Sorazu, O.Conc., † 28 aug. 1921

2466. - Sorazu M. Angeles, O.Conc., *La vida espiritual coronada por la triple manifestación de Jesucristo.* Con un apéndice sobre la dirección espiritual. Segunda edición, preparada y anotada por el P. Melchor de Pobladura, O.F.M.Cap. Madrid, Centro de Propaganda, Cervantes 40, 1956. 19,5 cm., 361 pp.

Praecellens tractatus de vita spirituali, olim cura N. Pérez, S.J., in lucem prolatus (Valladolid 1924), denuo publici iuris fit ad utilitatem animarum et in commodum moderatorum spirituum.

Potius quam de principiis doctrinae, in eo agitur de experientia mystica quae principia pia soror alte penetravit et consuetudine vitae multifarie manifestavit. Vis et proprium explorationis pretium maximopere ex eo promanant, quod veritates singulae et asserta personali experientia comprobata sunt. Est veluti autobiographia spiritualis, quae dicitur, insignis scriptricis mysticae. Editor, allatis testimoniis excerptis ex commercio spirituali cum moderatore eius spiritus Mariano a Vega, O.F.M.Cap., quod ipse quoque ediderat, accurate delineat phases et gradus huius itinerarii mystici ita ut tempus cuiusque phaenomeni determinari possit. Accedit in fine voluminis tractatulus de directione spirituali, qui pariter experientiam scriptricis patefacit. M. P.

2467. - Feliciano de Ventosa, O.F.M.Cap., *Espiritualidad de la Madre Angeles Sorazu,* in *La Vida Sobrenatural* 57(1956) 265-278. 417-434; 58(1957) 99-109. 187-196.

Tres sunt argumenti pertractati partes, nimirum: *a*) pietas obiectiva, quae dicitur, seu principia dogmatica, quibus aedificium spirituale nititur; *b*) pietas subiectiva, seu ratio psychologica principia in formam vitae convertendi; *c*) itinerarium, seu gradus quibus anima utrumque elementum coniungens ad apicem usque vitae mysticae progreditur. In hac disquisitione tantum prima pars evolvitur et erudite demonstratur quod doctrina spiritualis practica et theorica Mariae ab Angelis Sorazu solide firmatur in veritatibus catechismi institutionis christianae, quem diurna versabat manu et singulari prosequebatur amore; insuper in mysterio Ecclesiae, cuius magisterio et auctoritati fidenter et absolute sese submittebat; tandem in actione liturgica, quae per anni cursum erat animae nutrimentum. M. P.

2468. - Fortunato de Jesús Sacramentado, O.C.D., *La M. Angeles Sorazu y la Inmaculada. Un aspecto interesante de su devoción mariana,* in *Rev.Espir.* 13(1954) 125-144.

Alii iam ostenderant spiritualitatem Mariae ab Angelis Sorazu eminenti quadam nota mariana excellere (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.4147); nunc autem A. demonstrat inter praerogativas marianas, quas ipsa coluit et excoluit, eminentem prorsus occupare locum Conceptionem Immaculatam B.V. Mariae, uti ex testimoniis biographicis demonstratur confirmatis textibus ex eiusdem operibus excerptis. Merito A. animadvertit doctrinam de Immaculata Conceptione ita subtiliter solideque ad scholae methodum esse expositam ac demonstratam ut difficulter absque quodam superno lumine eiusmodi interpretatio explicetur. M. P.

2469. - LEDRUS M., S.J., *Le cas de la Mère Sorazu*, in *Greg.* 35 (1954) 656-659.

Hoc commentariolo A. penitus evertere conatur mysticam experientiam Mariae ab Angelis SORAZU, cuius doctrinam spiritualem audacter satis proclamat periculosum vel perniciosum alimentum spirituale: *nourriture spirituelle malsaine*.

Ut candide rem fatear, in diuturno ac saepe permolesto censoris munere explendo, raro tot inconsiderata ac imprudentia asserta offendi, quae veritatem et iustitiam pervertunt. Feliciter tamen A. oleum et tempus misere perdidit, ut abunde et sagaciter ostendit responsione insequente numero afferenda L. VILLASANTE, qui in illis doctrina et experientia aestimandis maximam habet auctoritatem (cf. *Coll.Franc.* 22[1952] 421s). M. P.

2470. - VILLASANTE Luis, O.F.M., *El caso de la Madre Sorazu*, in *Verd.Vida* 14(1956) 105-114.

Ut ex praecedente numero patet, M. LEDRUS, S.J., occasione dissertationis inauguralis quam L. VILLASANTE in Pont. Universitate Comillensi S.J. defendit circa vitam mysticam Mariae ab Angelis SORAZU (cf. *Coll.Franc.* 22[1952] 421-422), quandam incredibilem proposuit theoriam, qua directe illam experientiam mysticam, indirecte autem praefatam dissertationem labefactare praesumpsit. Incassum quidem, prout A. nunc censorio calamo validisque argumentis demonstrat. Haec sunt capita praecipua in theoria interpretis M. LEDRUS ab A. reprobata: perversa interpretatio textuum, quos ipse vel arbitrarie a contextu separat vel mutilos exhibet; falsa explicatio directionis spiritualis; imperfecta quorundam eventuum cognitio vel subiectiva et omni serio fundamento destituta exploratio; mentita contradictio vel oppositio cum doctrina et experientia SS. JOANNIS A CRUCE et TERESIA A JESU. Et haec satis. M. P.

Raphael Delarbre, O.F.M., † 13 nov. 1924

2471. - LE CAROU Arsène, O.F.M., *Delarbre (Raphaël)*, in *Dict. Spir.* III, Paris 1957, 120-121.

Raphael DELARBRE, communiter a loco origine, ab Aurillac nuncupatus, aliquos scripsit tractatus spirituales, sed maximam laudem adeptus est ob sociatam quam dedit operam fundationi et constitutioni Instituti Franciscalium Missionariarum a Maria.

Bibliographiae hoc loco traditae addere iuvat *a*) notitiam necrologicam publici iuris factam in *Acta O.F.M.* 44(1925) 60-62, ibique asseritur R. DELARBRE mortuum esse die 13 (non 14) novembris; PÍO SAGÜÉS AZCONA, O.F.M., *El Padre José Areso, O.F.M., misionero y restaurador*, Madrid 1960, passim, ex quo prae aliis novimus R. DELARBRE vota religiosa nuncupavisse die 18 dec. (non nov.) an. 1866; notitiae traditae desumptae sunt ex documentis authenticis. M. P.

Parthenius Minges, O.F.M., † 12 apr. 1926

2472. - SCHLEICHER W., *Minges Parthenius*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 604-605.

Ubaldus ab Alençon, O.F.M.Cap., † 5 iul. 1927

2473. - FURLANI Silvio, *Ubaldo d'Alençon, cappuccino (al secolo Léon-Louis Berson)*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 659-660.

In brevi elogio historiographi UBALDI AB ALENÇON (1872-1927) significanda quoque erant incepta quaedam, in quibus ille primas habuit partes, v.g. in studiis spiritualitatis capuccinae enucleandis, in pervestiganda nota propria franciscanismi (cf. *L'âme franciscaine*, Paris 1912) in aestimatione vitae S. TERESIAE A JESU INFANTE (cf. *Est.Franc.* 37[1926] 14-28; 38[1926] 9-20; *Ét.Franc.* 46[1934] 112-114). De eius operibus in genere cf. *Rev.Hist.Franc.* 4(1927) 652-655. M. P.

Ludovicus Le Cardonnel, T.O.F., † 28 maii 1936

2474. - RUY Louis, *Le franciscanisme de Louis Le Cardonnel*, in *Ét.Franc.* n.s. 8(1957) 195-203.

Insignis poetae gallici Ludovici LE CARDONNEL, presbyteri ac ferventis T.O.F. sodalis, hic mens franciscana tum in vitae decursu tum in operositate litteraria paucis delibatur.

Ipse siquidem natus est 25 febr. 1862 in civitate Valence (Drôme). Studiis Romae peractis sacerdotis dignitate auctus est 19 dec. 1896. Itinerantis suae vitae nota praecellens, *La Bohème*, eo panditur, quod parum curat de sequenti die quod victum, vestimentum pecuniamque attinet. An. 1901 novitiatum penes sodales O.F.M. incipit, at mox dignoscit sibi utpote Tertiario spiritum franciscanum in mundo ad effectum adducendum esse. Post diuturnam infirmitatem animam Deo reddidit Avenione die 28 maii 1936. En epitaphii verba: Louis Le Cardonnel / Prêtre de l'église de Valence / Au Tiers-Ordre de saint François / Frère Augustin-Marie (p.199). - In operibus suis mens franciscana minus in expressis verbis quam in anhelitu generali invenitur. In fine commentarii A. quaedam opera recommendat, quae haud sine fructu leguntur. Cf. quoque *Enc.Cat.*, VII, 1010s; *Coll.Franc.* 12(1942) 474s; *Bibliog. Franc.* VIII, n.2363s. O. R.

Deodatus Marie de Basly, O.F.M., † 14 iul. 1937

Vide etiam: n.127 vita, opera; 770-6 Homo assumptus; 1812 motivum Incarnationis.

2475. - HAUBST Rudolf, *Welches Ich spricht in Christus?*, in *Trier. Theol.Zschr.* 66(1957) 1-20.

2476. - DIEPEN H.-M., O.S.B., *Réflexions sur les méthodes du travail théologique*, in *Rev.Thom.* 57(1957) 776-782.

Ideae christologicae a Deodato MARIE de Basly plurimis doctisque publicationibus propositae animos theologorum agitare pergunt. Etenim primus A. commentatione sua momentosa circa tô Ego in Christo loquens, inter cetera conceptionem theologi franciscani praelaudati necnon Leonis SEILLER, O.F.M. (cf. *infra* n.2477) exponit atque cribrat. Auctoris solutio, quam serene subtiliterque adaperit (spec. 16-20), luculenter ostendit praefatorum placita omni veritate minime carere, immo formulis periculosis rite purgatis, profundiorem mysteriorum Christi fovere intellectum (cf. etiam *supra* n.771). - Alter vero satis contentiosus A., nuper e vivis sublatus, contra G. GHYSEN, O.S.B., qui in

Rev.Thom. 57(1957) 769-775 orthodoxiam DEODATI vindicaverat, insurgit, ut censuras iamiam sat superque notas contra Baslysmum denuo exprimat (cf. *supra* n.773. 775s; *Bibliog.Franc.* X, n.1815-1820). O. R.

2477. - DE ROSA Giuseppe, *Una dissertazione cristologica inserita nell'Indice dei libri proibiti*, in *Div.Thom.* (Plac.) 57(1954) 262-279.

Dissertatio Leonis SEILLER, O.F.M., circa conscientiam psychologicam Christi (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.705), cum indici librorum prohibitorum inserta sit (*ibid.* X, n.1921), A. placita eiusdem fuse sereneque exponit, et quidem eo fine, ut tentamina plurium theologorum autonomiam, uti dicunt, psychologicam humanae naturae Christi urgentium, perniciosa esse demonstret.

Salva omnino proscriptione supremae Congregationis S. Officii, Auctoris conclusiones non omnino probamus. Enimvero Ecclesiae Magisterium, uti textus Magistri S. Palatii ab ipso Auctore invocatus luce clarius ostendit (p.279), distinctionem inter personam ontologicam et psychologicam sustineri posse aperte admittit. Ideoque nobis videretur singulis theologis minime licere gravis huius censurae speciem in alios doctores extendere. Ceteroquin R. HAUBST elucubratione, hac subtiliore, **luculenter commonstravit (*supra* n.771. 2475) distinctionem praelaudatam datis Revelationis non solum non repugnari, quin potius apprime responderi.** O. R.

Faustinus Ghilardi, O.F.M., † 25 oct. 1937

2478. - TAROCCHI Igino, O.F.M., *P. Faustino Ghilardi, O.F.M., 1858-1937*. Pontelungo (Pistoia), Collegio Serafico di Giaccherino, 1957. 24 cm., 215 pp., ill.

Hanc biographiam videre nequivimus; recensitam vero invenies in *Arch.Franc.Hist.* 51(1958) 498s. Scripta vero ipsius Faustini GHILARDI, O.F.M. (6 maii 1858-25 oct. 1937) descripta iam fuerant in *Acta O.F.M.* 57(1938) 104s.

Ipsa sunt indolis asceticae atque historicae; inter quae praestant: *Il vero frate minore*, 2 voll., Quaracchi 1898; *S. Vivaldo Eremita del Terz'Ordine Francescano*, Firenze 1908; *P. Giuseppe Giraldi, Missionario in Cina*, Quaracchi 1921, et *Breve vita di S. Antonio da Padova*, Quaracchi 1923. Ipse vero superioris conventualis, magistri novitiorum, definitoris provincialis atque lectoris munera per plures annos **laudabiliter obivit, ac tandem cum fama sanctitatis ex hac vita migravit.** M. A.

Hieronymus Golubovich, O.F.M., † 9 ian. 1941

2479. - BUGHETTI Benvenuto, O.F.M. - BIHL Michele, O.F.M., *P. Girolamo Golubovich, O.F.M. (1865-1941). Biografia e bibliografia*, in *Studia Orientalia*, 1: *P. Girolamo Golubovich, O.F.M., Memorial* [cf. *supra* n.608], Cairo 1956, 7-62.

Haec notitia biographica, a B. BUGHETTI redacta, et bibliographica, a M. BIHL collecta, extrahitur et in paucis aucta iterum editur ex opusculo *Nel Giubileo Sacerdotale del P. Girolamo Golubovich, O.F.M. (1888-1938). Biografia e bibliografia*. Omaggio dei confratelli del Collegio Internazionale di S. Bonaventura in Quaracchi-Firenze. Quaracchi-Firenze, [Firenze, Tip. Barbèra], 1938. In-4°, 69 pp. I. V.

Antonius Maria Vellico, O.F.M., † 26 apr. 1942

2480. - PIOLANTI Antonio, *Vellico, Antonio Maria*, in *Enc.Catt.* XII, Città del Vaticano 1954, 1174.

Josephus Raimundus (Ramón) Zulaica Gárate, O.F.M., † 26 iul. 1943

2481. - PERAZA SARAUSA Fermín, *La obra del P. Zulaica en Cuba*, in *Rev.Interam.Bibliog.* n.4(1955) 275-289.

Notitiae biographicae evulgantur de Josepho R. ZULAICA GÁRATE eiusque opera maiora perpenduntur, nempe *Los Franciscanos y la imprenta en México en el siglo XVI. Estudio bio-bibliográfico*, México 1939 (cf. *Coll.Franc.* 11[1941] 281s); *Bio-bibliografía Franciscano-Cubana (1723-1942)*, [Habana 1943]. I. V.

Octavius ab Alatri, O.F.M.Cap., † 25 sept. 1943

2482. - MARIANO DA ALATRI, O.F.M.Cap., *Il contributo dei Cappuccini di Alatri al culto mariano: P. Ottavio da Alatri*, in *Il culto di Maria nella Diocesi di Alatri* (Boll. mensile per l'Anno Mariano) 1954. n.6, 14-16.

Paucis delibantur OCTAVII AB ALATRI devotus fervensque cultus marianus eiusque propagatio in assidua divini verbi annuntiatione, in librorum vulgatione et provinciae Romanae qua minister directione. Ipsius nimirum cura an. 1942 B.M.V. sanctuarii coenobii de Tivoli, quod *Quintiliolo* vocatur, compatrona provinciae delecta fuit. O. R.

Athanasius López, O.F.M., † 1 mart. 1944

2483. - CASTRO Manuel de, O.F.M., *In memoriam. P. Atanasio López, O.F.M.*, in *Gutenberg Jahrbuch 1954*, 342-345.

Brevis notitia bio-bibliographica insignis historiographi; memorantur eiusdem praecipua incepta et opera edita. M. P.

Kilianus Kirchhoff, O.F.M., † 24 apr. 1944

2484. - SCHOLLMEYER Chrysologus, O.F.M., *P. Kilian Kirchhoff. Künder und Vorbild heroischer Glaubenstreue. (Zum 10. Jahrensgedächtnis seines Zeugentodes am 24. April 1944)*, in *Vita Seraphica* 36(1955) 241-247.

Anno decimo expleto, quo poeta Kilianus KIRCHHOFF (cf. *Bibliog. Franc.* X, n.2371) in odium fidei fortiter martyr occubuit, A. plenus pietatis sensu eiusdem vitam ac mortem celebrat. O. R.

2485. - SCHOLLMEYER Chrysologus, O.F.M., *Vorschule des Heroismus. P. Kilian unterstützt die verfolgte Kirche in Mexiko*, in *Vita Seraph.* 37(1956) 77-82.

Paucis verbis refertur de varii generis ope, quam K. KIRCHHOFF inter annos 1926-1929, ad instar fere praeparationis ad mortem suam heroicam, catholicis in Mexico, atrocem subientibus persecutionem, tulit (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2371). O. R.

Angelinus (Freericks) a Bodegraven, O.F.M.Cap., † 21 dec. 1944

2486. - ROBBERS H., *Angelinus da Bodegraven (M.J.M. Freericks)*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 216.

David a Savignano, O.F.M.Cap., † 1 ian. 1945

2487. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS. *David de Savignano (Alexandre Molari), capucin (1869-1945)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 46.

Brevis notitia bio-bibliographica. Addenda sunt quae scripsit FELICE DA MARETO, O.F.M.Cap., *Biblioteca dei Frati Minori Cappuccini della Provincia Parmense*, Modena 1951, 222-227. M. P.

Ludovicus Ventura, O.F.M., † 24 febr. 1945

2488. - MARTINI Cherubino. *Profilo spirituale di P. Lodovico Ventura, O.F.M.* Con una lettera di S. Em. il Card. Adeodato Giovanni PIAZZA e Prefazione di P. Alberto GHINATO, O.F.M. Roma, Edizioni Francescane - Via Merulana 124, 1954. 21 cm., 220 pp., tab.

Allicienti hac biographia A., qui futurus erat plurium sodalium atque ipsius provinciae O.F.M. S. Mariae a Gratiis illustrator (cf. *Coll.Franc.* 29[1959] 542s; 32[1962] 475s), amplissime describit vitam Ludovici VENTURA, qui inter maximos eiusdem provinciae restauratores iure merito accensendus est.

Ipse natus est in oppido Buonalbergo in Samnio die 12 sept. 1880, sacra vota emisit in Montecalvo Irpino die 17 ian. 1897, sacerdotio initiatus est die 11 apr. 1903 atque (postquam lauream in s. theologia assecutus est penes Pontificium Athenaeum Neapolitanum ac, ibidem, lauream in humanis litteris atque philosophia apud civilem studiorum universitatem) sacras ac profanas disciplinas docuit alumnos suae provinciae spatio 44 annorum, usque ad postremum suae vitae diem, qui ei illuxit in loco sui ortus die 24 febr. 1945. Sacrae praedicationi indesinenter vacavit; seminarium seraphicum in oppido Paduli an. 1911 erexit; an. 1921-1924 et 1933-1939 suam provinciam moderatus est; folium periodicum *Giovinezza serafica* pro seminariis O.F.M. Italiae fundavit atque plurima commentaria ipsius ope publici iuris fecit. Typis edendas manuscriptas reliquit: biographiam CLEMENTIS XIV, historiam quandam oppidi Buonalbergo, notas biographicas de nonnullis sodalibus suae provinciae et de *Accademie napoletane dal 1617 al 1864;* in lucem vero protulit plura carmina inscripta *Nodus Mysteriorum* (Roma 1909). A. vero quaedam carmina et orationum summam his in paginis typis mandat ad ostendendam celebrati viri indolem, spiritualem temperiem atque apostolicum ardorem. M. A.

Desideratus a Les Planches, O.F.M.Cap., † 26 maii 1950

2489. - JULIEN-EYMARD D'ANGERS, O.F.M.Cap., *Désiré des Planches (Gustave Camélin), capucin (1863-1950)*, in *Dict.Spir.* III, Paris 1957, 604-606.

Praemissis titulis omnium quotquot P. DESIDERATUS scripsit opera, singillatim considerantur argumentum et divisio eorum quae directe et immediate vitam spiritualem respiciunt, nempe: *Ascensions*, Marseille 1908; *L'appel à l'union*, Paris 1935; *L'essor à l'union*, Paris 1934. Attamen A. praetermittit ea quae DESIDERATUS scripsit de S. VERONICA GIULIANI, O.S.Cl.Cap., ubi certe suas quoque sententias vitae spiritualis patefacit. Cf. *Coll.Franc.* 3(1933) 137-138; 4(1934) 635-636. M. P.

Aemilius Chiocchetti, O.F.M., † 27 iul. 1951

2490. - BONTADINI Gustavo, *Chiocchetti Emilio*, in *Enc.Fil.* I, Venezia/Roma 1957, 1019.

A. extollit id quod E. CHIOCCHETTI contulit ad philosophiam neoscholasticam in Italia instaurandam; pariter ponderat eiusdem relationem cum idealismo necnon conformitatem cum doctrina rosminiana. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1872. **M. P.**

2491. - CRIPPA Romeo, *Il pensiero di P. Emilio Ciocchetti*, in *Giorn. Metaf.* 9(1954) 147-157.

Nota peculiaris doctrinae E. CHIOCCHETTI in eo deprehenditur quod ipse investigationem veritatis theoricam amice composuit cum benigna ceterorum systematum comprehensione; quo factum est ut v.g. idealismum et historicismum bene perspexerit et verum et falsum quod eis inest scite ponderaverit ac eorundem elementa positiva elegerit ad processum cognitionis suo peculiari modo explorandum et exponendum. Reapse A. apte gnoseologiam nostri philosophi explicat et merito animadvertit quod omnes eius disquisitiones speculativae redolent sensum religiosum, immo franciscanum, quo omnia ad veritatem vel potius ad Deum trahere contendit.

De eodem philosopho nostro videsis: E. D., O.F.M., *Filosofia e pedagogia in P. Emilio Chiocchetti*, in *Alba Serafica Trentina* 12(1952) 2-5; *P. Gemelli ricorda P. Emilio Chiocchetti, ibid.*, 17-19; PED., *P. Chiocchetti storico della filosofia, ibid.*, 24-25. In prima relatione ostenditur ad mentem magistri E. CHIOCCHETTI eam philosophandi rationem, quae spiritualismus dicitur, atque revelationem efficaciter et harmonice conferre tum ad hominis aptam institutionem tum ad ipsam educationis doctrinam seu theoriam. Deinde exscribitur iudicium ab A. GEMELLI, O.F.M., de eodem philosopho prolatum, in *Riv.Fil.Neoscol.* 43(1951) 367-372; et tandem innuitur quid ipse fecerit et scripserit ad historiam philosophiae divulgandam. Cf. alias relationes in *Bibliog.Franc.* X, n.1872. **M. P.**

Hilarinus Felder a Luzern, O.F.M.Cap., † 27 nov. 1951

Vide etiam n.127.

2492. - ANNO VON SOLOTHURN, O.F.M.Cap., + *S. Exz. Mgr. Hilarin Felder. Im Dienste des Ordens*, in *St.Fidelis* 40(1953) 185-191. 233-237; 41(1954) 15-32. 51-60.

2493. - BURKHARD [VON WOLFENSCHIEßEN]. O.F.M.Cap., *S. Exz. Mgr. Hilarin Felder. Im Dienste der kirchlichen Hierarchie*, *ibid.* 41 (1954) 92-100. 140-155.

2494. - WEBER Leonhard, *Msgr. Hilarin Felder und der Hochschulverein Freiburg*, *ibid.* 41(1954) 205-216.

Quoniam Hilarinus FELDER, ep. Geritanus, die 27 nov. 1951 meritis necnon annis onustus e vivis decessit, plures provinciae helveticae sodales eius multiplices labores tum pro Ecclesia tum pro Ordine capuccino impensos in claram protulerunt lucem (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1873-1880. 2430s). Tribus his commentariis tres actuositatis campi singulatim delibantur.

1. Anno a Solothurn illustris confratris extollit merita sibi comparata a) in servitio propriae provinciae, et quidem qua continuator, Ordinis famae vindex, confundator sedulusque promotor missionum exterarum provinciae concreditarum, instaurator studiorum, iurium Capituli provincialis defensor, prudens suorum superiorum consiliarius; b) in servitio totius Ordinis capuccini (p.51 60). Hilarino non solum munera altissima oblata, sed et commissa sunt, speciatim in *Ordinationum Capitulorum generalium* collectione et recognitione, in renovatione calendarii capuccini, in Commissariatus Ticinensis necessitatibus consulendis, in editione *Operum omnium* S. Laurentii Brundusini magnopere fovendis.

2. Burchardus illustrat a) admirandam Nostri operositatem pro Nuntiatura apostolica Bernensi, cuius erectionem an. 1920 omni nisu promovit; b) innumeras visitationes canonicas ad Sanctae Sedis nutum cum naviter tum fortiter peractas. Pro annis 1927-1944 non minus quam 22 eiusmodi munera gravissima sive in Helvetia, Austria, Bohemia, immo in ipsa Urbe, licet infirma valetudine fuerit, exsecutus est cum magna Pii XI laude et haud sine domuum religiosarum perenni fructu; c) eiusmodi munia aestimantur quoad ipsum Visitatorem, Ordinem nostrum, Ecclesiam universalem. Quamquam iudicium definitivum sane nondum ferri possit, A. Nostri promerita iure celebrat. Verumtamen insuccessus et quosdam errores defectusque minime silentio obtegit.

3. Auctor, qui professoris in Universitate catholica Friburgensi munere fungebatur, Hilarini Felder operam ad praedictum athenaeum ampliandum impensam praedicat. Qua membrum curatorum consociationis ad subsidia colligenda (inde ab an. 1928), quae *Hochschulverein* nomine venit, ad Universitatis catholicae progressionem tam verbo quam opere enixe contribuit. O. R.

Petrus Sinzig, O.F.M., † 8 dec. 1952

2495. - [Linhares Beuttenmüller Leonila], *Frei Pedro Sinzig, O.F.M.* Colectânea organizada por L.L.B. Petrópolis, Editôra Vozes Ltda., 1955. 24 cm., 208 pp., tab.

In hoc eleganti volumine colliguntur et ordinantur commentarii a pluribus scriptoribus exarati, quibus Petrus Sinzig, operibus ac scriptis egregius Ecclesiae et Ordinis fautor in Brasilia, recolitur et celebratur ut sacerdos franciscalis, diurnarius, scriptor, musicae et artis peritus, praeceptor. I. V.

Hieronymus a Paris, O.F.M.Cap., † 11 ian. 1953

2496. - Lozz Lino, *P. Girolamo da Parigi, O.F.M.Cap.*, in *Doct. Comm.* 7(1954) 243-244.

Auctor paucis comprehendit verbis vitam religiosam et scientificam Hieronymi Parisiensis, qui socius exstitit Romae Academiae S. Thomae et professor in Collegio Internationali a S. Laurentio. Accedit catalogus librorum, quos scripsit. Cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1897-1899. M. P.

Thomas Maria Echeverría Elósegui ab Elduayen, O.F.M.Cap., † 12 nov. 1953

2497. - *P. Tomás María de Elduayen (Tomás Echeverría Elósegui, 1882-1953)*, in *Bol.Of.Prov.Navarra* 8(1953) 193.

2498. - José Antonio de San Sebastián, O.F.M.Cap., *Adiós al Padre Tomás de Elduayen*, in *Lecároz* 2(1953) 143-148.

His duabus communicationibus delineatur vita huius religiosi capuccini prov. Navarrae († 12 nov. 1953), qui qua musicus compositor

bonam laudem adeptus est; in altera autem praebetur quoque catalogus compositionum. M. P.

Erhardus Schlund, O.F.M., † 2 dec. 1953

2499. - [KURZ] Edilbert, O.F.M., *P. Erhard Schlund*, in *Verba Vitae et Salutis* 25(1954) 83-86.

Vitae decursus necnon operositas mirifica in servitio regni Christi enarrantur Erhardi SCHLUND.

Natus est die 25 iul. 1888, lanis seraphicis indutus an. 1907, sacerdotio insignitus 1912. Studiis ordinariis et superioribus expletis, munere lectoris theologiae fundamentalis et scientiae religionum functus est. Haud communem actuositatem litterariam exercuit, cum ca. 50 libellos librosque, potius vulgo destinatos, ediderit. Inter ceteros memoramus: *Idee und Ideal im hl. Franziskus. Gesammelte Reden und Aufsätze*, Würzburg 1924; *Ecce Mysterium. Die Wundmale des hl. Franz von Assisi*, München 1925. O. R.

Hugo Bren, O.F.M., † 8 dec. 1953

2500. - RECEK Cyrillus, O.F.M., *A.R.P. Hugo Bren, O.F.M.*, in *Ant.* 30(1955) 100-101.

Funebre texitur elogium Hugonis BREN, diu theologiae moralis lectoris, scriptoris et in Pont. Athenaeo Antoniano Urbis professoris (1941-1953) necnon Definitoris Generalis (1952-1953).

Die 5 dec. 1881 in pago Roviše prope Litija in Slovenia lumen adspexit; viginti annos natus Ordini Minorum nomen dedit; an. 1907 sacerdotio auctus fuit. Postea Friburgi Helvetiorum cursum studiorum superiorum absolvit et deinceps gravia obivit munia tam in patria provincia monastica quam in commissariatu S. Crucis in Civitatibus Foederatis et in Urbe. O. R.

Arsenius Jacobs a Losheim, O.F.M.Cap., † 15 ian. 1954

2501. - GREGOR [VON LOSHEIM], O.F.M.Cap., *P. Arsenius (Theobald Jacobs) aus Losheim, Bez. Trier*, in *Assisi-Glöckl.* 36(1954) n.38, 28-31.

Paucis aestimantur vitae cursus ac actuositas litteraria ARSENII JACOBS A LOSHEIM, prov. O.F.M.Cap. Rhenano-Westfalicae tabularii.

In vico Trevirensi Losheim 27 maii 1896 humili loco natus est; post studiorum et militiae pericula feliciter superata 1919 Ordini capuccino nomen dedit et 28 mart. 1925 sacerdotio insignitus est. Postea ad studia historica peragenda promotus, dissertationem exaravit, magno encomio exornatam: *Die Rheinischen Kapuziner 1611-1725. Ein Beitrag zur Geschichte der katolischen Reform*, Münster i. Westf. 1933 (cf. *Coll.Franc.* 4[1934] 255-259). Munus tabularii provincialis assidue et generose explevit simulque alia scripta vulgavit, v.g. mortuarium propriae prov. edidit (cf. *ibid.*, 435s) et complevit (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.2387). Nec praetermittimus eius elucubrationem de sodalibus capuccinis in Concilio Tridentino (cf. *ibid.*, n.2111). Denique commentationis periodicae *Assisi-Glöcklein* director fuit. O. R.

Honorius Hanstein, O.F.M., † 16 ian. 1954

2502. - *Pater Honorius Hanstein*, in *Vita Seraph.* 37(1956) 124-140.

Honorius HANSTEIN, iuris canonici periti scriptoris, qui 16 ian.

1954 praematura morte sublatus fuit, vitae curriculum, fructuosa variaque operositas necnon indoles peculiaris describuntur.

In saeculo Aloysius HANSTEIN appellatus, 1 dec. 1899 ad Büttstedt natus est; Ordinem franciscanum in prov. Saxoniae 18 mart. 1920 ingressus et 2 apr. 1927 sacerdotali dignitate insignitus est. Studia superiora iuris canonici et theologiae moralis in Universitate Oenipontana peregit et an. 1931 clausit. Scripta sua praecipua ius matrimoniale et ius religiosorum spectant (p.131-134). O. R.

Romualdus Bizzarri a S. Marcello Pistoiese, O.F.M.Cap., † 27 febr. 1954

2503. - ATANASIO DA FRASSINETO, O.F.M.Cap., *Figura ed opera di un grande studioso. Padre Romualdo Bizzarri, Cappuccino*, in *Italia Franc.* 29(1954) 150-154.

ROMUALDUS BIZZARRI A S. MARCELLO PISTOIESE (25 mart. 1878 - 27 febr. 1954) spatio quinquaginta annorum alumnos provinciae Tusciae O.F.M.Cap. philosophiam docuit in conventu senensi dicto Poggio al Vento.

A. vero breviter disserit de eius scriptis, quae aestheticam, gnoseologiam et moralem spectant quaeque recensita fuere in *Italia Franc.* 12(1937) 553-566 (cf. *Coll.Franc.* 11[1941] 600, n.1008), dum ea quae dein typis edita sunt innuuntur (nimis generice!) p.152s, nota 1. Etenim inter potiora ROMUALDI scripta adnumeranda sunt: *Studi sull'Estetica*, Firenze 1914; *Le fatiche d'Ercole della Filosofia moderna*, Firenze 1920; *Il problema gnoseologico-metafisico moderno di fronte alla filosofia tradizionale*, Firenze 1929; *Condillac*, Brescia 1945; *Il problema estetico*, Brescia 1954. Adhuc edenda supersunt duo praestantissima opera: *Principi di morale* et *Principi di metafisica*. De humanis virtutibus atque magno honore, quo idem ROMUALDUS apud coaevos philosophiae cultores habitus est, vivide scripsit C. PASTORINO, *P. Romualdo Bizzarri visto a Poggio al Vento*, in *Italia Franc.* 29(1954) 145-149. M. A.

Anastasius van den Wijngaert, O.F.M., † 25 apr. 1954

2504. - VAN DE WOESTYNE Zacharias, O.F.M., *In memoriam P. Anastasius van den Wijngaert, O.F.M.*, in *Franciscana* 9(1954) 38-42.

In oppido Turnhout in Belgio, die 25 aprilis 1954 e vivis ereptus est Anastasius VAN DEN WIJNGAERT, eruditissimus sane editor praesertim voluminum quae *Sinica Franciscana* inscribuntur (cf. *Coll.Franc.* 4[1934] 243-245; 7[1937] 77-80; 16/17[1946-1947] 274-279; 25[1955] 198-200).

Natus erat 18 aug. 1884 in Deurne prope Antverpiam, Ordinem ingressus 23 sept. 1903, sacerdotio auctus 28 aug. 1910. Post primum bellum mundiale Collegio S. Bonaventurae ad Claras Aquas socius adscitus, praeter 94 notitias in *Dict.Hist. Géogr.* et *Lex.Theol.Kirche* evulgatas, docte scripsit de T.O.F., de legislatione in primo Ordine, de S. FRANCISCO, de paupertate ad mentem JOANNIS DE PECHAM, de JOANNE DE MONTE CORVINO et praesertim de missionibus in Sinis. S. St. A.

Bonaventura Kruitwagen, O.F.M., † 11 maii 1954

2505. - *In memoriam Pater Dr. Bonaventura Kruitwagen, O.F.M.* (*Het Boek*, deel XXXII, afl. 1, 1955). Den Haag, Martinus Nijhoff, 1955. 24,5 cm., 100 pp.

Iam antea amici discipulique erudite celebraverant Bonaventuram KRUITWAGEN, cum quinquagesimum annum ab inito sacerdotio et diem

natalem septuagesimum quintum complevit (cf. *Coll.Franc.* 20[1950] 430-432). E vivis sublatum illum grata memoria recolere fas erat moderatoribus praesertim commentarii periodici *Het Boek*, cui vivens BONAVENTURA continuus inspirator adiutorque fuerat. Evulgantur igitur septem dissertationes, quibus persona et merita doctissimi viri illustrantur.

Praemittitur relatio, ab ipso KRUITWAGEN redacta, de pretiosa collectione librorum suorum, qui belli furore perierunt: *Lijst van boeken op 14 Mei 1940 in het bezit geweest van Pater dr. F.J. Bonaventura Kruitwagen, O.F.M., destijds Weste Wagenstraat 55 te Rotterdam* (p.3-52; cf. *supra* n.80). Sequuntur L.J. ROGIER, *Huldewoord aan Pater Dr. Bonaventura Kruitwagen* (53-65; oratio die 14 iul. 1949 habita Roterodami qua celebratur vir doctus, verus Roterodami civis, bonus sacerdos, iam antea edita pro manuscripto; cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1303); M.E. KRONENBERG, *Na de dood van Pater Dr. Bonaventura Kruitwagen* (66-80; grata Auctrix memorat auxilium et incitamentum a KRUITWAGEN acceptum, cum ipsa ut bibliographa inciperet in provincia incunabulorum et post-incunabulorum meare; ex commercio quoque epistolarum, ad numerum 571 pertingentium, exempla affert plurima quibus profunda scientia BONAVENTURAE una cum hilari eius facetiarum lepore monstratur); H. DE LA FONTAINE VERWEY, *De betekenis van Pater Kruitwagen voor de wetenschap van het boek* (81-86; Noster primus fuit qui universali cognitione mediae aetatis instructus librum antiquum pro centro suorum studiorum elegit; ut incunabulista etiam J.H. HOLTROP, M.F.A.G. CAMPBELL, R. PROCTOR et K. HAEBLER superavit); L.C. MICHELS, *In Memoriam Pater Dr. Bonaventura Kruitwagen, O.F.M.* (87-90; breve elogium funebre insignis viri); H.J. LACEULLE-VAN DE KERK, *Herinneringen aan Pater Kruitwagen* (91-95; in omnibus problematibus palaeotypicis Noster fuit versatissimus, verus magister, ad alios iuvandum semper paratus, adhortationis et incitamenti plenus); D. DE MAN, *Pater Bonaventura Kruitwagen en de Moderne Devotie* (96-100; A. divulgat duas epistolas, die 7 maii 1943 et 19 nov. 1947 ad se datas, quibus KRUITWAGEN suo peculiari modo scribit de reservatione non pure mentali, de ascetismo et de pessimismo *Devotionis Modernae*). S. St. A.

2506. - VAN DEN BORNE Fidentius, O.F.M., *Pater Bonaventura Kruitwagen. Zijn betekenis voor de wetenschap en meer in het bijzonder als franciscanoloog*, in *Neerl.Franc.* 26(1956) 435-442.

Ope praesertim dissertationum de quibus *supra* n.2505 diximus, describitur auctoritas B. KRUITWAGEN ut 1) seduli investigatoris accuratissimi, lepidi, faceti; 2) franciscanologi pessimismo *Devotionis Modernae* haud dubii adversarii; 3) elegantiorum litterarum studiosi amatoris, qui aliquo adspectu non erat dissimilis fratri SALIMBENE. S. St. A.

Joannes Ruiz de Larrinaga, O.F.M., † 8 iun. 1954

2507. - ANASAGASTI Pedro de, O.F.M., *Escritor, historiador y bibliógrafo vasco: Fr. Juan Ruiz de Larrinaga, O.F.M. (1876-1954)*, in *Bol.R.Soc.Vasc.Amig.País* 10(1954) 303-307.

Notitia biographica et elenchus bibliographicus (ab an. 1911) huius chronographi prov. Cantabriae O.F.M. Cf. *Arch.Ib.Amer.* II ep. 14 (1954) 495s; *Coll.Franc.* 25(1955) 224.

Salesius Elsner, O.F.M., † 9 aug. 1954

2508. - C.S., *Salesius Elsner*, in *Vita Seraph.* 35-36(1954-1955) 278-284*b*.

Fusius describuntur vita ac varii generis actuositas Salesii ELSNER, in saeculo Caroli, qui die 20 sept. 1874 ad Hordel-Eickel (Westf.) lumen adspexit ac die 9 aug. 1954 in Domino obiit.

Postquam in Ordinem ingressus est necnon studiorum curriculum explevit, die 13 aug. 1899 sacris initiatus est. Deinde in Collegio Seraphico varia munia obivit, inter cetera officium rectoris. Anno 1917 doctor theologiae renuntiatus est. Praeter lectoris munus postea plura scripta vulgavit, sive ad historiam Missionis Brasiliae provinciae S. Crucis concreditae, sive ad doctrinam asceticam spectantia (cf. e.g. *Bibliog.Franc.* IX, n.2712). Eiusdem opus circa S. ELISABETH DE HUNGARIA influxum in campum artis plures vidit editiones. O. R.

Cornelius Schröder, O.F.M., † 10 oct. 1954

2509. - C.S., *P. Kornelius Schröder, 1884-1954*, in *Vita Seraph.* 38 (1957) 80-90.

Feracis poetae, C. SCHRÖDER, prov. O.F.M. S. Crucis Saxoniae sodalis, enarrantur vitae cursus, scripta vulgata, ingenium poeticum et indoles religioso-moralis.

Confrater nimirum die 15 febr. 1884 in civitate Hagen natus et sub nomine Joannis Augusti sacro fonte ablutus est. Die 3 sept. 1905 habitum franciscalem assumpsit; 29 martii 1912 sacerdotio auctus est. Superiora studia germanistica, historica et artem attinentia in civitate Münster feliciter clausit. Dissertationem suam exaravit de Nicolao CRANC, O.Min. (fl. ca. 1340: cf. *Bibliog.Franc.* VIII, n.747). Scriptorum suorum postea vulgatorum seriem cf. in *Vita Seraph.* 35-36(1954-1955) 276-277. O. R.

Dalmatius van Heel, O.F.M., † 3 nov. 1954

2510. - SLOOTS Cunibertus, O.F.M., *Pater Dalmatius van Heel, O.F.M.* †, in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 6(1954-1955) 332-339.

Breviter memorantur praecipua facta gestaque vitae Dalmatii VAN HEEL, qui genuino spiritu franciscano apostolicis muneribus perfunctus, ab eis tamen morbo vocis deperditae impeditus, indefessus historiae franciscanae neerlandicae cultor effectus est.

Natus 18 iul. 1874, Ordinem ingressus in prov. Neerlandiae 3 oct. 1892, sacerdotio auctus 18 mart. 1899, pie in Domino obiit 3 nov. 1954. Elenchus scriptorum eius, primum editus in *Franc.Leven* 25(1942) 183-190 et iam 133 numeros continens, aliis numeris 134-190 auctus est in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 4(1952-1953) 9-14, et hic absolvitur ultimis numeris 191-250 (p.336-339). - Aliam necrologiam vide in *Franc.Leven* 37(1954) 185. - Piam quoque eiusdem memoriam fecit H.A.J. TEMPELMAN, *In memoriam Pater Dalmatius van Heel, O.F.M., Leven van arbeid, ontzegging en gebed*, in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 6(1954-1955) 340-343. Funebris inscriptio, ei dedicata, legitur *ibid.*, p.344. - Cf. etiam C. SLOOTS, O.F.M., *Pater Dalmatius van Heel, O.F.M. (Leiden 18 juli 1874 — Gouda 3 nov. 1954)*, in *Jaarboek van de Maatschappij der Nederlandse Letterkunde te Leiden, 1953-1955*, Leiden 1955, 65-69. S. St. A.

2511. - SLOOTS Cunibertus, O.F.M., *Een autobiografie van Pater Dalmatius van Heel, O.F.M.*, in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 9 (1957-1958) 169-184.

Inter scripta inedita Dalmatii VAN HEEL inventa est autobiographia brevis, quae plures continet notitias pretiosas praesertim eiusdem vitam apostolicam et aliqua incepta scientifica illustrantes. Haec vitae

descriptio, non ultra an. 1946 continuata, editur a C. SLOOTS, qui pauca quaedam ad vulgandum nondum apta suppressit et in fine alias notitias amicum suum respicientes addidit. S. St. A.

2512. - TEMPELMAN H.A.J., *Pater Dalmatius van Heel, O.F.M., en de pers*, in *Bijdr.Gesch.Prov.Minderbr.Nederl.* 6(1954-1955) 345-347.

Nonnulla referuntur iudicia quae, suo tempore, de variis scriptis, a D. VAN HEEL editis, a recensoribus sunt prolata.

Bernardinus Lins, O.F.M., † 1 dec. 1954

2513. - *Zum Gedächtnis unseres verdienten Provinz-Historikers P. Bernardin Lins*, in *Bavaria Franciscana Antiqua* II, München 1955, 147-149.

Quoniam Bernardinus LINS ad bene nota miscellanea quae *Bavaria Franciscana* vocantur et de quibus infra fusius loquemur plura studia contribuit, eiusdem scripta historiam franciscanam spectantia necnon vitae curriculum hic paucis aestimantur.

Confratris promerita fusius delibavit O. BONMANN, O.F.M., in *Franz.Stud.* 32 (1950) 185-218 (cf. *Bibliog.Franc.* IX, n.1305). Publicationes posteriores et posthumae hic, etsi non nimis accurate, enumerantur. - BERNARDINUS lucem adspexit 1 apr. 1870 in civitate Pfreimd. Ordini franciscali vero nomen dedit 27 sept. 1888 in conventu de Dietfurt. Sacerdotali dignitate insignitus est 29 iun. 1893. Post vitam operosam, annis et meritis onustus, obiit in conventu Grafrath 1 dec. 1954. Inter praecipua eius opera recensetur *Geschichte der bayerischen Franziskanerprovinz*, München 1926, et huius operis complementum *Scriptores provinciae Bavariae Fratrum Minorum 1625-1803*, Florentiae ad Claras Aquas 1954. Cf. *Coll.Franc.* 27(1957) 100s. O. R.

Paulus Sondergeld, O.F.M., † 4 febr. 1955

2514. - *P. Paulus Sondergeld*, in *Thur.Franc.* 10(1955) 169-171.

Breviter delibantur vitae curriculum, indoles franciscana necnon actuositas apostolico-litteraria Pauli SONDERGELD, qui die 22 febr. 1879 natus est ad Treischfeld, 3 ian. 1895 habitum franciscanum sumpsit, 16 aug. 1903 sacerdotio insignitus est; 4 febr. 1955 vitae cursum clausit. Confrater vulgavit aliquas opellas meditationum necnon libellos precum. O. R.

Josephus Maria Arregui, O.F.M., † 5 maii 1955

2515. - ANASAGASTI Pedro de, O.F.M., *Un avanzado de la música religiosa: el Rvdo. P. José María Arregui, franciscano (1879-1955)*, in *Bol.R.Soc.Vasc.Amig.País* 13(1957) 54-59.

Hoc brevi commentario illustratur operositas musica Josephi M. ARREGUI, tum quatenus modulator insignis tum quatenus operum musicorum scriptor acceptus exstitit. M. P.

Zacharias Van de Woestijne, O.F.M., † 18 maii 1955

2516. - KLEINHANS Arduinus, O.F.M., *P. Zacharias Van de Woestijne, O.F.M. †*, in *Ant.* 31(1956) 143-146.

Brevis vitae descriptio cum bibliographia. Cf. *Coll.Franc.* 26(1956) 108s.

Philotheus Böhner, O.F.M., † 22 maii 1955

Vide etiam n.691.

2517. - The Editorial Board, *In memoriam Philotheus Boehner, O.F.M., 1901-1955*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 101-105.

2518. - Borgmann Pacificus, O.F.M., *P. Philotheus Böhner, O.F.M.* †, in *Franz.Stud.* 37(1955) 291-295.

Pergravem perpessum est iacturam Institutum Franciscanum Universitatis S. Bonaventurae in urbe St. Bonaventure, N.Y., morte necopinata confundatoris atque primi moderatoris Philothei Böhner, O.F.M., die 22 maii 1955. Utroque commentario vitae cursus necnon actuositas scientifico-franciscana necnon ministerium apostolicum defuncti delibantur.

Die 17 febr. 1901 ad Lichtenau, regionis Büren, lumen adspexit; 18 martii 1920 habitum franciscanum in coenobio O.F.M. de Warendorf, provinciae Saxoniae, sumpsit. Infirmissima licet valetudine 2 apr. 1927 sacerdotio insignitus est. Tempore coactae quietis opus bonaventurianum illustris É. Gilson in germanicum idioma transtulit. Studiis superioribus in scientiis naturalibus, speciatim botanicis, rite peractis (1933), praelectiones de philosophiae historia Gilson sequebatur, quocum nexibus amicitiae exinde iungebatur. Anno 1939 in Collegium Claraquanum S. Bonaventurae vocatus est, ut scriptorum logicorum J.D. Scoti editionem pararet. Ut editionem operum Guilelmi de Ockham ad effectum adducere iuvaret, mense apr. 1939 Universitatem canadensem de Toronto petivit. Bello universali vero exorto, ad Collegium S. Bonaventurae Civitatum Foederatarum se recepit, quo philosophiae lectoris munus obivit. Ibidem tot praeclari ingenii ac indefessi laboris testimonia edidit, ut hic minime innui valeant. Cf. quae in eius laudem scripta sunt in *Coll. Franc.* 26(1956) 109. - Hic indicari quoque possunt: Schlüter Alfred, O.F.M., *Ein priesterlicher Forscher - P. Philotheus Böhner, O.F.M.* (*1901-1955*), in *Sanctificatio Nostra* (Werl/Westf.) 20(1955) 320-324; *P. Philotheus Bohner. Ein Nachruf seiner Zeitschrift «The Cord»*. (Aus dem Englischen übersetzt von Waltram Schürmann. O.F.M.), in *Vita Seraphica* 36(1955) 422-429; quod funebre elogium germanice versum constituit commentarii sequentis, quo Philothei spiritus, indoles et promerita sincere ac vividis coloribus delibantur: The Editors [videl. Brady Ignatius, O.F.M. - Duffy Columban, O.F.M. - Plassmann Thomas, O.F.M. - Wolter Allan, O.F.M.], *Father Philotheus Boehner, O.F.M.*, in *The Cord* 5(1955) 206-215. O. R.

2519. - Heynck Valens, O.F.M., *Verzeichnis der philosophisch-theologischen Veröffentlichungen Ph. Böhners*, in *Franz.Stud.* 37(1955) 295-298.

2520. - Buytaert Eligius M., O.F.M., *Bibliography of Fr. Philotheus Boehner, O.F.M.*, in *Franc.Stud.* 15(1955) 321-331.

Quoniam Philotheus Böhner, dum vivebat, nullum prorsus elucubrationum et commentariorum suorum elenchum texuit, uterque A., laudabili opera non obstante, admirandam actuositatem litterariam confratris nonnisi incomplete describere potuerunt.

Prior significat 10 libros et libellos, 4 versiones (cf. insuper *Coll.Franc.* 28[1958] 111-113), 48 elucubrationes in commentariis periodicis vulgatas. - Alter completior est; recenset siquidem 17 libros (cf. nunc insuper *Coll.Franc.* 28[1958]

432s), 67 articulos scientificos, 64 articulos asceticos vel potius vulgo destinatos, 24 recensiones librorum. Ad appendicis instar elenchus chronologicus digeritur 48 publicationum Instituti Franciscani, BÖHNER moderante, consulente et invigilante editarum. - Adiungi potest: BUYTAERT Eligius, *Philotheus Böhner, Repräsentant des Deutschen Geisteslebens*, in *Horizonte* (Verlagsmitteilung von F. SCHÖNINGH) (1954) n.3, 6-9. O. R.

Angelus Koller, O.F.M., † 1 sept. 1955

2521. - FISCHER Columban, O.F.M., *Le Révérend Père Ange Koller, O.F.M.*, in *Échos de St. Maurice* 54(1956) 111-113. tab.

Funebre texitur elogium Angeli KOLLER, qui post actuositatem missionariam in Marochio magno cum zelo ministerium apostolicum in Helvetia exercuit; ibidem, praeter alia, plura opuscula in publicam protulit lucem (cf. *Bibliog.Franc.* X, n.1390-1392. 3285; *supra*, n.2063).

In saeculo Henricus, Noster natus est in loco Bourrignon (Jura bernois) die 29 maii 1896; 12 aug. 1915 habitum franciscanum induit in coenobio Annuntiationis de San Remo; sacerdotio auctus fuit 1 apr. 1922. Studiorum islamismi causa in Cairo commorans, e vivis sublatus est die 1 sept. 1955. O. R.

Benjaminus Gento Sanz, O.F.M., † 28 dec. 1955

2522. - LA TORRE VILLAR Ernesto de, *R.P. Benjamín Gento Sanz, O.F.M.*, in *Rev.Hist.Amér.* n.41(1956) 97.

Notitia necrologica huius sodalis, artis architectonicae americanae periti et scriptoris. Cf. *Americas* 12(1955 56) 310; *Coll.Franc.* 27(1957) 118.

Crispinus Moser ab Appenzell, O.F.M.Cap., † 6 iun. 1956

2523. - HONORIUS [VON ROOT], † *A.R. Dr. P. Crispin Moser, O.F.M. Cap.*, in *St.Fidelis* 43(1956) 226-229.

Refertur de vitae cursu ac de promeritis quae sibi comparavit CRISPINUS MOSER AB APPENZELL, sodalis prov. helveticae O.F.M.Cap.

Lumen adspexit 28 mart. 1895, 10 nov. 1915 lanas seraphicas induit, 30 apr. 1922 sacerdotio auctus est. Superiorum studiorum curriculo Friburgi Helvetiorum expleto, praeter lectoris munus in sermonibus BERTHOLDI DE RATISBONA, O.Min., colligendis incumbebat. Quoniam tenui valetudine et in multos alios labores distentus erat, editionem ad optatum finem perducere nequivit. Ecclesiae egregia servitia praestitit, quatenus Hilarino FELDER, O.F.M.Cap., qua secretarius tam in libris vulgandis quam in visitationibus canonicis peragendis adstiterit. Inde ab an. 1946 in coenobio ad Stans commorabatur et post mortem ADELHELMI JANN A STANS, O.F.M. Cap. (1945), *Monumenta Anastasiana* colligenda et edenda curabat (cf. *Bibliog. Franc.* VIII, n.1878). O. R.

Josephus Antonius a San Sebastián, O.F.M.Cap., † 30 aug. 1956

2524. - JORGE DE RIEZU, O.F.M.Cap., *Vida, obra y semblanza espiritual del Padre José Antonio de Donostia [San Sebastián] capuchino.* Pamplona, Ediciones « Verdad y Caridad ». [1956]. 16 cm., 71 pp., ill. - Cf. *Bol.Of.Prov.Cap.Navarra* 11(1956) 179-193.

Peritissimus artis musicae cultor JOSEPHUS ANTONIUS communiter P. DONOSTIA appellatus ex nomine vasconico suae natalis urbis, die 30 aug. an. 1956 vitam hanc mortalem pro aeterna commutavit; sed eius res gestae dignae sane erant ut posteris in exemplum vel saltem in admirationem traderentur. Auctor in primis descripsit vitae illius varias vicissitudines una cum evolutione et progressione cultus et studii musicae, quam ab infantia ad obitum usque indesinenter et felici cum exitu excoluit; deinde sermonem instituit de omni genere compositionum, quas reliquit in vulgus prolatas vel nondum in lucem editas; demum adumbrat lineamenta spiritualia, inter quae splendent suavis humanitas spiritum seraphicum redolens et apostolatus quo ipse arte qua pollebat animas ad Deum reducere vel elevare impense satagebat.

Alias breves notitias de bene merito confratre videsis: *R. P. Josephus Antonius a San Sebastián, Provinciae Navarro-Cantabro-Aragonensis alumnus, artis musicae cultor praestantissimus*, in *Anal.O.F.M.Cap.* 72(1956) 287-289; C. L., *El Padre José Antonio de San Sebastián*, in *Verdad y Caridad* 33(1956) 281; LABAYÉN A.M., *R.P. Jose de Donostia*, in *Bol.R.Soc.Vasc.Amig.País* 12(1956) 331-344; Idem, *Homenaje al P. Donostia, ibid.* 13(1957) 77-79.

Felici successu moderatores ac collaboratores commentarii periodici *Tesoro Sacro Musical*, cuius officium est musicam sacram apud populos lingua hispanica utentes illustrandi ac provehendi integrum fasciculum novembris-decembris an. 1957 ediderunt, ut actuositatem incliti artis musicae compositoris celebrarent et in posterorum memoriam revocarent. En tituli articulorum: HUARTE José Antonio de, *In memoriam [del P. José Antonio de San Sebastián, O.F.M.Cap.]*, in *Tesoro Sacro Musical* 40(1957) 116; ALMANDOZ Norberto, *Evocación y recuerdos del P. José A. de San Sebastián, ibid.*, 117-120; JOSÉ DOMINGO DE SANTA TERESA, O.C.D., *El monumento musical del Padre Donostia, ibid.*, 121-123; ARTERO José, *Fr. José Antonio, luminosidad, ibid.*, 123-124; MANZÁRRAGA Tomás de, C.M.F., *Los tres amores del Padre Donostia, ibid.*, 125-128; BALDELLÓ Francisco de P., *El Padre Donostia, folklorista, ibid.*, 129-131; ARÁMBURU Gelasio, *Rasgos del P. Donostia, ibid.*, 132-134; JORGE DE RIEZU, O.F.M.Cap., *Música religiosa del Padre Donostia. Lista bibliográfica, ibid.*, 138-144. Ut ex solis titulis articulorum exscriptis apparet, auctores, qui socii fuerunt vel discipuli JOSEPHI ANTONII, unum vel alterum aspectum considerant, qui vel arti musicae ab eo excultae peculiarem indidit notam, vel meritam laudem ac famam paene universalem extollit. Testimonia hic ab amicis et admiratoribus simul collecta multum sane conferunt ad artem insignis magistri aestimandam et illius personam iudicandam. Prae ceteris singillatim est animadvertendum catalogum compositionum sacrarum a GEORGIO A RIEZU exaratum, omissis igitur omnibus compositionibus profanis et sacris nondum editis, summam 400 attingere. Opusculum continet quoque septem compositiones musicas P. JOSEPHI ANTONII prima vice editas. M. P.

2525. - VALLET Luís - OTEYZA Jorge, *Memorial al padre Donosti*, in *Munibe* (San Sebastián) 9(1957) 186-191.

Notitia et descriptio graphica imaginibus ornata monumenti in memoriam JOSEPHI ANTONII A SAN SEBASTIÁN erecti in cacumine montium Aguiña (Lesaca). Cf. in eodem commentario periodico *Monumento al P. Donosti, ibid.* 11(1959) 1-3. M. P.

Sebastianus ab Ubrique, O.F.M.Cap., † 14 oct. 1956

2526. - LEÓN CARRASCO Manuel, *Semblanza del P. Sebastián de Ubrique*, in *Adalid Seráf.* 56(1956) 212-213. 225.

2527. - JUAN B. DE ARDALES, O.F.M.Cap., *In Memoriam. El M.R.P. Sebastián de Ubrique (1886-1956). Semblanza de su juventud*, in *Adalid Seráf.* 56(1956) 236-238.

In his duabus relationibus breviter describuntur lineamenta personae et spiritus insignis scriptoris et apostoli SEBASTIANI AB UBRIQUE qui die 14 oct. an. 1956 animam Deo reddidit, postquam indefesse suis scriptis causam Dei et Ecclesiae tuitus erat, praesertim ut moderator periodici *El Adalid Seráfico*. Scripsit quoque egregiam biographiam B. DIDACI JOSEPHI A CÁDIZ duobus voluminibus (Sevilla 1926). M.P.

Carmelus ab Iturgoyen, O.F.M.Cap., † 25 oct. 1956

2528. - *Revdmo. Padre Carmelo de Iturgoyen (Balbino Goñi Roldán, 1884-1956)*, in *Bol.Of.Prov.Cap.Navarra* 11(1956) 234-237.

2529. - *Revmus P. Carmelus ab Iturgoyen, Provinciae Navarro-Cantabro-Aragonensis alumnus, olim Definitor generalis Ordinis*, in *Anal.O.F.M.Cap.* 73(1957) 57-59.

Curriculum vitae et descriptio fecundae actuositatis regiminis et doctrinae docti religiosi, qui die 25 oct. an. 1956 animam Deo reddidit. Nostra interest in memoriam revocare operam nostris inceptis ab eodem praestitam (cf. *Coll.Franc.* 28[1958] 127). M. P.

Marianus Müller, O.F.M., † 5 febr. 1957

2530. - *P. Marianus Müller, O.F.M., †*, in *Wiss.Weish.* 20(1957) 1-2, tab.

Commentationis periodicae istius optime meriti fundatoris et primi moderatoris Mariani MÜLLER texitur elogium funebre.

Ipse nimirum natus est die 11 febr. 1901 ad Wershofen. Studiorum classicorum curriculo emenso, 7 apr. 1921 in civitate Warendorf habitum minoriticum sumpsit. Ceteris studiis peractis, 2 apr. 1927 sacerdos ordinatus est. Post philosophiae et theologiae doctoris gradum obtentum clericis provinciae O.F.M. Coloniensis theologiam dogmaticam spiritu augustiniano-franciscano imbutam tradidit. De ceteris ipsius promeritis, speciatim quod opera prolata spectat, cf. *Coll.Franc.* 28(1958) 127. O. R.

Thaddaeus Soiron, O.F.M., † 30 iun. 1957

2531. - *P. Thaddäus Soiron, O.F.M. †, Prof. Dr. theol.*, in *Wiss. Weish.* 20(1957) 161-162, tab.

Pietatis necnon gratitudinis sensu vita promeritaque delibantur Thaddaei SOIRON huius commentationis franciscalis pariter fundatoris et inspiratoris.

Lucem adspexit die 25 martii 1881 ad Kohlscheid-Kircheich prope Aquisgranum; die 28 apr. 1900 Ordinem franciscanum ingressus atque 2 apr. 1909 in civitate Paderborn sacerdotio auctus est. - Operositas litteraria stupenda huius viri adversae valetudinis ac eximia ipsius merita in spiritu evangelico et franciscano instaurando et diffundendo evocantur in *Coll.Franc.* 28(1958) 128. O. R.

Valentinus M. Breton, O.F.M., † 6 iul. 1957

2532. - I. B., *Évocation* [*Valentin M. Breton*], in *Cah.Vie Franc.* n.16(1957) 231-244 (cf. *ibid.*, 269).

Cf. *Coll.Franc.* 29(1959) 543s.

Pius XII, † 9 oct. 1958

2533. - Stella Domenico, O.F.M.Conv., *L'insegnamento francescano di Pio XII*, in *Città di Vita* 9(1954) 320-323.

Augustinus Gemelli, O.F.M., † 15 iul. 1959

2534. - Morando D., *Gemelli Agostino*, in *Enc.Fil.* II, Venezia/Roma 1957, 603.

Augustini Gemelli describitur actuositas in colendis psychologiae experimentalis studiis et in promovendo motu italico pro philosophia neoscholastica. M. A.

Ludgerus Meier, O.F.M., † 10 mart. 1961

2535. - *Meier Ludger*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 474.

Josephus M. Pou y Martí, O.F.M., † 2 oct. 1961

2536. - Vázquez Isaac, O.F.M., *De vita et scriptis R. P. Josephi M^a. Pou y Martí*, in *Ant.* 31(1956) 383-408.

Felici oblata occasione quinquagesimi anniversarii a suscepta ordinatione sacerdotali Josephi M. Pou y Martí, proponuntur eiusdem lineamenta biographica, sed potissimum describuntur libri et articuli cuiusque indolis et extensionis, quos an. 1906-1956 typis vulgavit, quique summam 170 attingunt, omissis concinnis notitiis in *Enciclopedia Cattolica* editis. Cf. *Acta O.F.M.* 81(1962) 221s; *Arch.Ib.Amer.* s.II 21(1961) 511-514; *Coll.Franc.* 33(1963) 127. M. P.

Hilarion Thans, O.F.M., † 11 ian. 1963

2537. - Droogmans J., *De « Moderne » Literatuur in Limbourg!*, in *De Tijdspiegel* 10(1955) 101-103.

Hilarion Thans tam arte poetica quam prosaica oratione digne repraesentat provinciam Limburgensem in literatura flandrica.

Scriptores Franciscales viventes

2538. - Lamontagne Onésime, O.F.M., *Bibliographie sélective du P. Romain Légaré, O.F.M.*, in *Le Souvenir* 2(1954) n.3, 3-11.

2539. - Schleicher W., *Messner Reinhold*, in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 532-533.

2540. - Idem, *Platzeck Erhard*, [O.F.M.], in *Enc.Fil.* III, Venezia/Roma 1957, 1447.

2541. - *Veröffentlichungen von P. Antonius Wallenstein, O.F.M.*, in *Thur.Franc.* 12(1957) 82-83.

Pauci sane scriptores librorum religiosorum, vitae decursu, tot ipsorum editiones versionesque, numerum 100.000 exemplarium excedentium, vident sicut Antonius WALLENSTEIN, provinciae O.F.M. S. Elisabeth Thuringiae alumnus.

Ipse nimirum spiritum evangelico-franciscanum, speciatim ad mentem S. LEONARDI A PORTO MAURIZIO, O.F.M.Ref., inter religiosos et christifideles diffundere satagit. Elencho supra indicato et opellae et articuli significantur; cf. v.g. *Bibliog.Franc.* IX, n.1104. 1201-1204; X, n.605. 1712 [commentariolum praetermissum!]. 1715s. 1725. 1730s. O. R.

IV. - RELATIONES DE HISTORIA PRIMI ORDINIS FRANCISCANI

A. - De historia franciscana universali

1. - *Generalia*

Vide etiam: n.1-162 subsidia et instrumenta.

2542. - Bonaventura [von Mehr], O.F.M.Cap., *Ordensnamen bibliographisch gesehen*, in *Assisi-Glöckl.* 38(1956) 8-11 vel in *Provinzbote* (Bayern O.F.M.Cap.) 30(1956) 102-105.

A moderatoribus catalogi auctorum *Neue Deutsche Biographie* (cf. *supra* n.144) rogatus, Auctor prudentes normas statuit de modo quo nomina religiosorum in huiusmodi encyclopaediis tractentur. Etenim A. haec fere proponit: religiosi qui aliquem Ordinem ingressi nomen civile deposuerunt novumque assumpserunt sub quo innotuerunt et fortassis scripta vulgaverunt, sub novo nomine adducantur et dictis collectaneis inserantur oportet. Designationes originis, sicut usu venit apud Capuccinos, vel patroni, ut penes sodales O.E.S.A., vel mysterii religiosi, sicut saepius fit apud Carmelitas, velut pars integralis ad nomen pertinet. Si religiosus sub nomine civili tantidem notus est quantum sub nomine religioso, utroque citandus est et quidem eo, quod lector in uno loco ad aliud nomen delegatur. Si pro aliquo scriptore anteacti temporis nomen patronymicum explorari potuerit (v.g. Martinus a Cochem qui in saeculo Linius qua nomine familiae vocabatur), omnino supervacaneum est, ut sub nomine ignoto ponatur et lector ad nomen religiosum remittatur.

Hic recoluisse quoque iuvat eiusdem Auctoris conspectum *Ordensbezeichnungen*, in *Lexikon für Theologie und Kirche* ²1, Freiburg 1957, 12*-16*, quo elenchus siglorum religiosorum quam maxime completus praebetur. Vide etiam O.L. Kapsner, O.S.B., *Catholic religious Orders*. Listing conventional and full names in English, foreign languages, and Latin, also abbreviations, date and country of origin and founder. 2nd ed. enlarged. Collegeville, Minn., St. John's Abbey Press, 1957. 24 cm., XXXVIII-594 pp. O. R.

2543. - Lázaro de Aspurz, O.F.M.Cap., *Manual de Historia Franciscana*. Madrid, Compañía Bibliográfica Española, 1954. 19.5 cm., 535 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 25(1955) 192-195; *Arch.Franc.Hist.* 47(1954) 461s; *Misc.Franc.* 56(1956) 603-609.

2544. - LÉON Achille, O.F.M., *Histoire de l'Ordre des Frères Mineurs. Saint François d'Assise et son œuvre.* Introduction du P. Christian EUGÈNE, O.F.M. Paris, Éditions Franciscaines. [1954]. 20,5 cm., XVIII-395 pp.

2545. - CRESI Domenico, O.F.M., *San Francesco e i suoi Ordini.* Firenze, Edizioni « Studi Francescani », [1955]. 21 cm., 335 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 92-94; *Misc.Franc.* 56(1956) 603-609; *Studi Franc.* 54(1957) 250-259; *Ant.* 35(1956) 435-437.

2546. - COLOMBANO DA GHEDI, O.F.M.Cap., *Le tre famiglie francescane.* [Brescia], Editore Prandini, [1955]. 21,5 cm., 523 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 26(1956) 320s.

2547. - GEMELLI Agostino, O.F.M., *Il francescanesimo.* Settima edizione riveduta e aggiornata. [Milano], Società Editrice « Vita e Pensiero », [1956]. 19 cm., XVI-565 pp.

Cf. recensionem in *Coll.Franc.* 27(1957) 327s.

2548. - MATANIĆ Athanasius, O.F.M., *Compendio di storia dell'Ordine dei Frati Minori.* Tomo I, parte prima: *Il Medioevo Francescano. 1181-1517.* Roma, R. Pioda, 1956. In-8°, 174 pp. (polygraph.).

2549. - DANIELE DALLARI [DA BARI]. O.F.M.Cap., *Breve storia del Francescanesimo. Sviluppo dei tre Ordini, argomenti-attualità.* Torino, L.I.C.E.-R. Berutti & C., [1957]. 17 cm., 32 pp.

Opusculum nihil novi continet, sed A. efficaci eloquio leves offert considerationes communi captui accommodatas de primordiis, constitutione et progressione Ordinis franciscalis.

Simili modo de Ordine franciscano agitur in: *Los Franciscanos.* [La Habana, Seminario Católico San Antonio, 1954]. 22 cm., 32 pp., ill.; MACDONALD Thomas More, O.F.M., *The Franciscans, men in brown.* [s.n.t., 1956]. 14 cm., 6 pp.; - de notis peculiaribus praecipuorum Ordinum religiosorum disserit FROSSART André, *Le sel de la terre. Les grands Ordres religieux.* Paris, A. Fayard, 1954. In-8°, 172 pp., ill.; cuius notitia de Ordine S. Francisci in compendium redacta vulgatur in *Message Franciscain* 10(1955) 139ss, sub titulo: *Le miracle de S. François*; - vide insuper: MARC-BONNET Henry, *Histoire des Ordres religieux.* (Que sais-je?, 338). 2 éd. Paris, Presses Universitaires de France, 1955. 18 cm., 136 pp.; Idem, *Storia degli Ordini religiosi.* Traduzione di M. Luisa NUSINER. Milano, Ediz. Garzanti, 1954. ²1957. 18 cm., 142 pp.; DIRKS Walter, *The monk and the world.* Translated by Daniel COOGAN. New York, David McKay Company, 1954. XI-234 pp.; Idem, *La réponse des moines. Bénédictins, Franciscains, Dominicains et Jésuites devant l'histoire.* Traduit de l'allemand par Claire CHAMPOLLION. Paris, Éditions du Seuil, 1955. 19 cm., 200 pp. (opus originale sermone germano exaratum recensitum est in *Bibliog.Franc.* X, n.1925); CYPRIEN D'ALGER, O.F.M.Cap., *Ordres mendiants*, in *Dict. Droit Can.* VI, Paris 1957, 1156-1163 (praemissa brevi notitia historica de primordiis ac momento Ordinum Mendicantium saec. XIII, fusiore calamo disseritur de eorum quaestionibus iuridicis, v.g. de notione, constitutione, vita mixta, bonorum usu); MURPHY Denis G., *They did not pass by. The Story of the early Pioneers of nursing.* London, Longmans, Green & Co., 1956. 20 cm., XII-208 pp. (de cura infirmorum describitur primaeva historia). M. P.

Index completior nominum et locorum, singulos fasciculos complectens, in fine huius tomi XI comparebit.

INDEX AUCTORUM

(Numeri indicant paginas)

Abad C. 586.
Abate G. 549.
Abreu Galindo J de 605.
Acworth R. 416.
Adalbertus M. a Postioma 609s.
Adams E.B. 640.
Aegidius de Assisi 385.
Affelt F. 548.
Affò I. 640.
Agathangelus a Langasco 654.
Ageno F. 459.
Aguado P. de 591s.
Alcántara Martínez P. de 597. 632.
Alcina Franch J. 641.
Alessio F. 372. 377. 440.
Alexander a Villalmonte 423.
Alexander Ariosti 572.
Alexander Bremensis (Minorita) 387s.
Alexander de Alexandria 491.
Alexander de Hales 366-371.
Alfaro J. 512.
Alfonsus de Castro 588.
Alfonsus de Madrid 580-3.
Allen D.C. 431.
Alméras C. 575.
Alva y Astorga P. de 618.
Álvarez A. 589.
Alvarus Pelagius 531s.
Amadou R. 499.
Ambrosius a Lombez 638.
Ambrosius de Montesino 576.
Amore A. 552.
Amorós L. 478.
Ampe A. 587.
Anasagasti P. de 595. 666. 668.
Anderson A.J.O. 593.
Andreas a Palma de Mallorca 501.
Andreas de Novo Castro 538.
Andreas de Vega 586.
Andreozzi G. 557.
Anfredus Gonteri 512.
Angela de Foligno 489s.
Angelinus a Bodegraven 661.
Angelus a Novelé 653.
Angelus Clarenus 516.
Angelus de Chivasso 573.
Anno a Solothurn 662.
Anselmus a Lejarza 591.
Anselmus ab Esch 638.
Antonius Andreae 515.
Antonius das Chagas 624.
Antonius de Bitonto 566.
Antonius de Córdoba 590.
Antonius de Guevara 586.
Antonius Patavinus 357-64.
Aperribay B. 603.
Arbiol Díez A. 630.
Archangelus a Roé 476.
Archangelus de Alarcón 594.
Armao E. 628.
Arregui J.M. 668.
Arsenius a Casorate 547.
Arsenius a Losheim 664.
Athanasius a Frassineto 665.
Auer A. 423.
Auer J. 464.
Augustinus a S. Felices 430.
Auw L. von 516.
Azevedo D. de 466. 481.

—

Babbini L. 512.
Babinger F. 560.
Bajona Oliveras I. 545.
Bak F. 486.
Balduinus ab Amsterdam 360. 596.
Balić C. 463s. 474. 478.
Banfi F. 555s.
Baptista de Varano 579.
Baraut C. 529.
Barbet J. 510. 529.
Barbet P. 459.
Barbieri B. 626.
Bargellini P. 415. 545.
Baril H. 427.
Barnabas de Palma 580.
Barth T. 468. 519s.
Bartholomaeus Albizi de Pisa 535.
Bartholomaeus Anglicus 364.
Bartholomaeus de Bononia 443.
Bartolini F. 455.
Basilius a Rubí 653.
Battlori M. 503.
Bayerschmidt P. 452.
Beda ab Ebnet 646.
Bédarida H. 402.
Beierle J.D. 522.
Bellincini G. 360.
Benavides A. de 607.
Benedictus a Canfield 595.
Benedictus ab Alatri 651.
Benno a Beers 419.
Berardus ab Aarle-Rixtel 597.
Béraud de S.-Maurice 465s. 475.
Berg L. 411.
Bergmann G. 524.
Bernardinus a Nocera 606.
Bernardinus de' Bustis 575.
Bernardinus de Laredo 583s.
Bernardinus de Sahagún 592s.
Bernardinus Senensis (S.) 542-551.
Bernardus a Bologna 637.
Berta A. 395.
Bertagna M. 543. 546. 549. 558.
Bertholdus de Regensburg 388s.
Bertholdus Schwarz 537.
Bertola E. 368.
Bettini O. 365. 445s.
Bettoni E. 439. 443. 446s. 452. 456. 461. 465. 491. 506. 515. 520s. 541. 574.
Beumer J. 419. 472. 508.
Biccellari F. 558.
Bizzarri R. 665.
Blais H. 635.
Bloth H.G. 616.
Boccanera G. 579.
Boer B. de 513. 573.
Bogliolo L. 633.
Böhner P. 391. 517. 519. 669.
Bonafede G. 385. 455. 461.
Bonaventura (S.) 391-433.
Bonaventura a Langres 616.
Bonaventura a Mehr 626s. 675.
Bonaventura ab Oldenzaal 611.
Bonmann O. 554. 564. 640.
Bonnefoy J.F. 427. 480.
Bontadini G. 662.
Bontempi G. 619.
Borgmann P. 669.
Borne F. van den 666.
Bosco E.M. 424.
Bougard P. 367.
Bouyssou L. 498.
Boverio Z. 608.
Boyer C.B. 379.
Boyvin J.G. 623.
Brady I. 392. 411. 471. 602.

Joannes de Colonia 573.
Joannes de Pecham 436-9.
Joannes de Pian di Carpine 371s.
Joannes de Reading 509.
Joannes de Ridevall 514.
Joannes de Ripa 534s.
Joannes de Rodyngton 529.
Joannes de Rupella 365s.
Joannes de Rupescissa 536.
Joannes de S. Gertrude 640.
Joannes de Segovia 564.
Joannes de Sommerfeld 530.
Joannes Duns Scotus 461-88.
Joannes Evangelista a 's-Hertogenbosch 606.
Joannes Foxal 572.
Joannes Josephus de Cruce 633.
Joannes Maria de Bordeaux 621.
Joannes Russel 439.
Joffe W.I. 392.
Jordanus de Giano 386.
Josephus a Leonessa (S.) 596.
Josephus a Paris 608.
Josephus Antonius a S. Sebastián 663.
Julianus de Spira 371.
Julianus-Eymard ab Angers 593. 604. 611. 616. 620-2. 634. 641. 655. 661.
Jurić J. 510s.
Juvenalis a Nonsberg 628.

—

Kamar E. 501.
Kaup J. 449. 481.
Kecmanović I. 652.
Kelemen D. 633.
Kemp E.W. 382.
Kilianus Stetzing 542.
Kirchhoff K. 660.
Klebelsberg R. 652.
Kleinhans A. 668.
Klocker H.R. 524.
Knoll R. 640.
Koller A. 546. 670.
Kölmer W. 525.
Koser K. 476. 525.
Kowalsky N. 625.
Krogmann W. 537.
Kruitwagen B. 665.
Kurz E. 664.

—

La Torre Villar E. de 670.
Lagacé B. 399.
Lahache J. 531.
Lamadrid L. 643.
Lamontagne O. 673.
Lampen W. 434.
Langosch K. 371.
Latko E. 456.
Laurentius a Brindisi (S.) 597-603.
Laurentius a Paris (604).
Lavinheta B. 594.
Lazarus ab Aspurz 654. 675.
Lazzarini R. 406.
Le Cardonnel L. 658.
Le Carou A. 657.
Leclercq J. 387.
Ledrus M. 657.
Leite de Faria F. 602.
Légaré R. 673.
Legrand A. 626.
Lekeux M. 583. 609. 638.
Lentze H. 389.
Leo a Vannes 607.
Leo ab Untervintl 509.
Léon A. 676.
León Carrasco M. 671.
Leonardus ab Oosterhout 606.
Leonardus de Porto Maurizio 634-6.
Leturia P. de 580
Leugenberger R. 389.
Levasti A. 430.
Lewis E. 526.
Liberatus a Roulers 409.
Liendo y Goicoechea J.A. 643.
Linhares Beuttenmüller L. 663.
Lins B. 668.
Lio E. 365.
Loewe R. 377.
Loiseaux J.J. 651.
Lom M. van 612.
Longpré É. 480.
Lopes F.F. 359.
López A. 660.
Loste Echeto L. 626.
Lottin O. 490.
Louant A. 626.
Lozz L. 663.
Lubienska de Lenval H. 575.
Lucas-Dubreton J. 436.
Lucet B. 434.
Lucey P.T. 523.
Luchi B. 638.
Ludovicus a Mercin 393. 425.
Ludovicus de Carvajal 587.
Ludovicus de Miranda 603.
Ludovicus Flandrensis 634.
Ludovicus Franciscus ab Argentan 623.
Lupinetti D. 550.
Lupo V. 418.
Łuszczki L. 543. 553.
Lychetus F. 578.
Lynch C.J. 607.
Lynch K.F. 366. 384. 433.

—

Macali L. 364. 367. 515. 547.
Maccagnolo E. 440.
Macedo Fr. de S. Augustino 623.
Maestrini C. 401.
Magni V. 616.
Mahoney J.F. 392.
Maier A. 519.
Majchrzak C.J. 405.
Major K. 382.
Mak J.J. 569.
Malafossa J. 589.
Malo A.M. 393.
Malvezzi A. 608.
Mancini F. 457s.
Manning W.J. 427.
Manselli R. 443. 449.
Mañas Ruiz J. 474.
Marcellinus de Civezza 652.
Maria a Jesu de Ágreda 617.
Mariani C. 548.
Marianus ab Alatri 649. 651. 660.
Marquardus de Lindau 537.
Marschall J. 446.
Marshall R. 436.
Marthaler B. 429.
Martić G. 652.
Martín Artajo A. 557.
Martínez J.M. 467.
Martínez y Sáez H.M. 647.
Martini A. 563.
Martini C. 661.
Martini J.B. 638.
Martins M. 531.
Martinus a Cochem 627s.
Martinus Ignatius de Loyola 595.
Masai F. 463.
Massa E. 442.
Massaia G. 649s.
Mastrius B. 619.
Matanić A. 435. 556. 572. 579. 676.
Matfredus de Béziers 490.
Mathieu V. 523.
Matteoni B. 650.
Matthaeus de Acquasparta 454s.
Matthaeus de Agrigento 551s.
Matthaeus de las Bosiguas 454.
Matthias a Salò 596.
Maurer A. 524.
Mauritius de Dacia 434.
May W.H. 450.
Maximilianus a Moerdijk 364. 436-8. 569.
Meier L. 418. 463. 542. 552. 560. 673.
Meile J. 628.
Meinolfus ab Oberhausen 453.
Melani G. 539.
Melchior a Pobladura 606s. 609. 631. 639. 642. 654. 656.
Melchior de Cetina 597.
Mellone A. 506.
Menze C. 630.
Messner R. 673.
Meuwese A.P.M. 570.
Meyer G. 441.
Meyer W. 530.
Miano V. 379.
Michaud-Quantin P. 366.
Migliore P. 464. 480.
Millás Vallicrosa J.M. 497.
Minges P. 657.
Minozzi Cerato D. 627.
Moll F. de B. 502.
Monay F. 633.
Montalbano S. 630.

Mooney C. 615.
Moore E. 573.
Moral C. del 631-3.
Morando D. 673.
Moreno y Moreno M. 617.
Moretti A. 650.
Moretti-Costanzi T. 408.
Morón G. 592. 642.
Moser C. 670.
Moya Casals E. 642.
Mückshoff M. 600. 626.
Mühlen H. 469.
Mullaney A. 485.
Muller J.P. 451.
Müller M. 672.
Mulligan R. W. 415.
Multhauf R.P. 536.
Munsterberg M. 573.
Muzio G. 414.
Myres J.N.L. 443.

—

Nappo C. 365.
Nardi B. 509.
Nasalli Rocca E. 511.
Natali A. 418.
Naz R. 555.
Negri L. 396.
Nicolau B. 501.
Nicolau d'Olwer L. 590.
Nicolaus de Agrigento 537.
Nicolaus de Bettona 541.
Nicolaus de Lyra 529s.
Nicolaus de Occam 435.
Nicolaus de Orbellis 567.
Nicolaus Tinctor 573.
Nigg W. 459.
Nigrelli G.M. 362.
Niño J. 605.
Nogueiro J. 605.
Nolascus ab El Molar 654.
Nordström F. 383.
Novatus a Zevenbergen 405. 412.
Nutrimento L. 393.

—

Ó Huallacháin C. 469s.
O' Neachtain T. 357.
Obino A. 466.
Octavianus a Rieden 484. 660.
Odo Rigaud 433s.
Odoardi G. 402. 486s. 577.
Odoricus de Pordenone 514.
Oeing-Hanoff L. 468.
Offler H.S. 518.
Olivar A. 490.
Optatus a Veghel 399. 419. 611.
Orchi E. 609.
Oromí M. 473. 468.
Ortiz F. 586.
Oteyza J. 671.
Owens J. 468. 471.

—

Pacaut M. 527.
Pacetti D. 443s.
Pacificus a Vilanova 641. 655.
Pacioli L. 578.
Padovani U. 407.
Pagnani G. 549.
Paiting N. 359.
Palacios de La Vega J. 639.
Palgen R. 416.
Palmeri P. 648.
Palumbo P. 537.
Pandžić B. 556. 615.
Panigarola F. 594.
Pannenberg W. 484.
Pantić M. 638.
Pantin W. 381.
Pasiecznik M. 515.
Pasquier É. 567.
Paulin K. 652.
Paulus a Foligno 607.
Paulus de S. Magdalena 609.
Peeters G. 587.
Peirone L. 459.
Pelster F. 451s. 464. 507.
Penco G. 551.
Peraza Sarausa' F. 660.
Perroy M. 358.
Pesci B. 384.
Petrangeli Papini F. 400s. 403. 405.
Petrocchi G. 513. 594. 596.
Petrus Aureoli 506-9.
Petrus de Alcantara (S.) 588s.
Petrus de Aquila 536.
Petrus de Candia 541.
Petrus de Castropol 573.
Petrus de Trabibus 452s.
Petrus Georgius ab Alba 650.
Petrus Joannis Olivi 443-451.
Petrus Thomae 532s.
Phelan J.L. 595.
Phillips D. 397.
Piacentino S. 559.
Piana C. 540. 543. 636.
Piatus a Mons 651.
Pijoán J. 616.
Pilla E. 359.
Pinto de Meneses 531.
Pinto Rema H. 357. 470.
Piolanti A. 660.
Pius X 655.
Pius XII 551. 562. 673.
Pius M. a Mondreganes 655.
Plassmann T. 385.
Platzeck E. W. 497s. 500. 673.
Pohlmann C. 635.
Poletti B. 363.
Polman P. 629.
Pompei A. 476. 480. 510. 515. 517. 522. 529. 623.
Porcacci P. 575.
Pou y Martí J.M. 673.
Powiche Sir M. 373.
Pozzo G.M. 619.
Prada B. 600.
Praglia N. 457.
Pratesi R. 403. 545. 553. 558. 561s. 567s. 652.
Prentice R.P. 415.
Pring-Mill R.D.F. 499s.
Puliatti P. 544.
Put B. de 612.

—

Quaresmi F. 614.
Querini A.M. 636.
Quintinus a Sariegos 641.

—

Ragazzini S.M. 431.
Raimundus Lull 491-505.
Rainerius a Nava 630.
Rambaud-Buhot J. 497.
Raphael a Vélez Málaga 644.
Ratzinger J. 422.
Rayez A. 390. 618.
Recek C. 664.
Reichel-Dolmatoff G. 639.
Reinhold J. 651.
Remigius a Beauvais 603.
Renaudin P. 595.
Restrepo Canal C. 591.
Reyes J. de Trinitate 645.
Rézette J.P. 430.
Ricard R. 584. 624.
Richardus Brinkley 539.
Richardus de Erfurt 533.
Richardus de Mediavilla 461.
Richardus Rufus 383.
Rieckenberg H.J. 537.
Riesco Terrero J. 467.
Rigaud J. 357.
Righi O. 397. 400. 404.
Rivera L. 545. 564.
Robbers H. 661.
Robbins R.H. 516.
Robertus Caracciolo 573.
Robertus Cowton 490.
Robertus Grosseteste 372-383.
Rocco U. 590.
Rodolico N. 556.
Rogerus Bacon 439-443.
Rogerus Marston 456.
Roggen H. 385.
Romanus 614.
Romb A. 514.
Romeri C.M. 361.
Romualdus a Pamel 631.
Roncaglia M. 402. 466.
Roschini G.M. 477. 637.
Rosen E. 442.
Rosenfeld H. 388.
Rossi G.C. 461.
Rotolo F. 535.
Rouse E.C. 443.
Rubió J. 551.
Rudolfus de Biberach 533.
Ruello F. 379.
Ruffini M. 495.
Ruh K. 389. 393. 395s. 533.
Ruiz de Larrinaga J. 666.
Ruiz i Calonja J. 576.
Russell J.C. 373.
Russo L. 545. 547.
Ruy L. 658.

—

Sabater Mut J. 492.
Sacchetti-Sassetti A. 553. 558. 569.

Sagüés J. 586.
Sala G. 415.
Sala Balust L. 589.
Salimbene de Parma 435.
Salinas y Córdoba B. de 611.
Salvá B. 501.
Salvaneschi N. 358s.
Salvatore A.M. 633.
Salvini A. 358.
Sambin P. 357.
Sánchez-Marín F.G. 412.
Sanna A. 644.
Sansone G.E. 540.
Santinello G. 575. 623.
Santonastaso G. 527.
Sartori A. 362s. 550.
Savage J.J. 385.
Sbaraglia J.H. 636.
Sbrinziolo L. 458.
Scaduto M. 503.
Scaramuzzi D. 360. 438. 648.
Schäfer O. 462.
Schamoni W. 575.
Scheltens G. 411. 413.
Scheuermann A. 432.
Schleicher W. 657. 673.
Schlund E. 664.
Schlüter A. 476.
Schmaus M. 490.
Schmitt C. 434.
Schmuchi O. 561.
Schollmeyer C. 660.
Schröder C. 667.
Sciamannini R. 414.
Sebastianus ab Ubrique 644. 671s.
Secchi C.C. 505.
Secret F. 578.
Seguí G. 492.
Sépinski A. 486. 563.
Seraphinus ab Ausejo 641.
Servasanctus de Faenza 453s.
Shapiro H. 523.
Sieberer J. 640.
Silvester a Valsanzibio 597. 601s.
Simeone B. 599.
Simeoni V. 559.
Simmons Greenhill E. 398.
Simón P. 604.
Simoncioli F. 445. 447.
Sinor D. 371.
Sinzig P. 663.
Sisinius a Romallo 619.
Sixtus IV 572.
Slade-Dolci S. 638.
Sloots C. 667.
Smalley B. 376. 439. 514s.
Smits G. 637.
Smits L. 436.
Smutko G.F. 424.
Soiron T. 672.
Soklic S. 397.
Solerì G. 371. 472.
Solzbacher J. 496.
Somers L.H. 605.
Sondergeld P. 668.
Sorazu M.A. 656s.
Soulairol J. 358.
Spätling L. 403. 557.
Speranza U. 562.
Sperduti G. 406.
Spill E.J. 617.
Spoelberch W. van 605.
Srawley J.H. 380.
Stano G. 488.
Stegmüller F. 494.
Steinheimer M. 629.
Stella D. 673.
Stella P. 471.
Stöhr J. 494.
Strappati T. 551.
Strianese E. 647.
Sugranyes de Franch R. 493.
Swider L. 576.
Szabó T. 408. 539.

—

Tapponi B. 397.
Tarocchi J. 659.
Tarré J. 493.
Tavard G.H. 420. 422.
Teichtweier G. 396.
Tello A. 611.
Tempelman H.A.J. 668.
Testa T. 625.
Testore C. 509.
Thans H. 673.
Thénaud J. 578.
Theobaldus a Konstanz 630.
Thiel B. 433.
Thomas a Bergamo 605.
Thomas a Lezo 620.
Thomas de Bungeye 387.
Thomas de Celano 384s.
Thomas de Eccleston 385.
Thomas de Montalvo 626.
Thomas de Pavia 434.
Thomas de Rossy 540.
Thomas de York 385.
Thomaso G. 629.
Thomson S.H. 376. 378. 382.
Tierny B. 381. 527.
Tisato R. 526.
Titelmans F. 583.
Tognolo A. 515s. 534. 538. 552.
Tombler J.W. 475.
Tonini J.B. 644.
Torelló Barenys R.M. 521.
Toribius de Benavente 590.
Tozzi A. 559.
Tricassinus C.J. 624.
Trigoso P. 593.
Trueba A. 593.
Turchi A. 643.
Tusquets J. 500.

—

Ubaldus a Piove di Sacco 605.
Ubaldus ab Alençon 658.
Unger D.J. 380.
Uruchurtu F. 587.

—

Vaccari P. 575.
Valcárcel L. E. 611.
Valderrama Andrade C. 407. 411s.
Valerianus a Finalmarina 574.
Valle R.H. 645.
Vallet L. 671.
Valori F. 649.
Valugani P. 489. 588.
Varese C. 544.
Vasoli C. 442. 526. 529. 536. 585.
Vázquez I. 673.
Vellico A.M. 660.
Vendrell de Millás F. 497.
Ventura L. 661.
Verdina R. 546.
Verjans M. 606. 623.
Veronica Giuliani (S.) 631.
Vervoort F. 587.
Veuthey L. 406.
Viator a Coccaglio 639.
Vicentini U. 584s.
Victorius a Ceva 598.
Victorius ab Alatri 649.
Vigerio M. 577.
Vigliano C. 550.
Vigorita E. 393.
Vílchez M.R. 505.
Villasante L. 657.
Vincke J. 541.
Visser A.J. 483.
Vitalis ab Alcira 613.
Vitalis de Furno 509.
Vitus de Cortona 371.
Vives y Tutó J.C. 653.
Viviani A. 628.
Vodnansky J. 580.
Volpert A. 617.
Volpi A. 609.

—

Wachtel A. 387.
Wadding L. 614s.
Wagner V. 600s.
Wallenstein A. 635. 674.
Walmsley C. 387.
Warren F. 388.
Weber L. 662.
Wehner J.M. 555.
Weithase J. 388.
Widmer B. 489.
Wijngaards N. 612.
Wijngaert A. van den 665.
Wilson E.M. 453.
Woelffer M. 485.
Woestijne Z. van de 665. 668.
Wolter A.B. 470.

—

Yamamoto B. 416.
Yates F.A. 499.

—

Zamora Lucas F. 586.
Zamoro J.M. 609-611.
Zeeman E. 533.
Zerella F. 625.
Zigrossi A. 407.
Zorzi D. 454. 496. 584s.
Zulaica Gárate J.R. 660.
Züllig N. 554.

GTU Library
3 2400 00645 9303

OPUSCUL

EXCERPTA EX "COLLECTANEA FRANCISCANA,,
(1931-1963)

ABATE Giuseppe, *Fra Matteo da Bascio e gli inizi dell'Ordine Cappuccino* . . L. 600

ADALBERTO DA POSTIOMA, *P. Giovanni Zamoro da Udine è uno scotista nella dottrina sulla conoscenza di Dio?* . . . . . L. 300

ADELHELM JANN VON STANS, *Opusculum Anastasii Hartmann «Disciplina inter homines servanda»* L. 200

—, *Der selige Märtyrer Apollinaris Morel von Posat und die feierliche Disputation seines theologischen Kurses* . . . . . L. 600

—, *Wegleitung des sel. Apollinaris Morel für Studentenseelsorger bei Berufsberatungen* L. 100

ADINOLFI Marcus, *De quibusdam Postillis Marianis Lyrani* . . . . . L. 200

AGATHANGE DE PARIS, *L'origine et la fondation des monastères de Clarisses en Aquitaine au XIII^e siècle* . . . . . L. 400

—, *L'établissement des Clarisses de la première Règle dans le midi de la France (1430-1516)* L. 250

AGUSTÍN DE CORNIERO, *Capuchinos precursores del P. Bartolomé Barberis en el estudio de S. Buenaventura* . . . . . L. 600

ALBAN STÖCKLI, *Die Franziskuslegende des «Passionals» mit einer Einleitung* L. 600

—, *Die Franziskuslegende des «Passionals». Crisis censurae «De Legenda quadam S. Francisci anonyma»* . . . . . L. 100

ALCANTARA AB HERSELT, *Bibliographia franciscana. - Relationes de arte franciscana (1932-1933)* L. 300

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de S. Francisco (1932-1933)* . . L. 300

ALEJANDRO DE VILLALMONTE, *María Inmaculada exenta del débito del pecado original* L. 200

ALLGEIER Artur, *Vier Briefe des Kapuziners P. Romuald Baumann aus Freiburg i. Br.* L. 100

AMEDEUS TEETAERT A ZEDELGEM, *Bibliographia franciscana. - Relationes de S. Francisco (an. 1931)* L. 200

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de historia generali et particulari (an. 1931)* L. 600

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de studiis et scriptoribus (1932-1933)* L. 2.000

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de historia franciscana (1932-1933)* L. 1.500

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de studiis et scriptoribus (1934-1935)* L. 2.500

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de studiis et scriptoribus (1936-1937)* L. 2.000

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de historia franciscana (1936-1937)* L. 1.500

—, *Bibliographia franciscana. - Relationes de Tertio Ordine franciscano (1936-1937)* L. 600

—, *Joannis Duns Scoti operum absolutae editionis efficax propositum* . . L. 100

—, *Notitiae sparsae de manuscriptis franciscanis* . . . . . L. 300

—, *Manuscripta franciscana in bibliothecis Belgicis* . . . . . L. 300

—, *Manuscripta franciscana in Italiae bibliothecis* . . . . . L. 300

—, *De manuscriptis franciscanis sparsis in bibliothecis Germaniae et Austriae* L. 300

—, *Commentationes historiae iuris canonici* . . . . . L. 600

—, *Collectanea historiae ecclesiasticae* . . . . . L. 1.500

—, *Franciscalia in commercio epistolari J. Franc. Guidi di Bagno, nuntii Flandriae (1621-1627)* . . . . . L. 100

—, *Aperçu historique sur la dévotion au chemin de la croix* . . . . . L. 800

AMERI Giacinto, *Duns Scoto e l'Immacolata* . . . . . L. 500

ANASTASIO DA MONTECASTELLI, *Il diritto di questua negli Ordini Mendicanti dal suo sorgere fino al Codice di Diritto Canonico* . . . . . L. 800

ANGELICO DA VINCA, *L'aspetto filosofico dell'aristotelismo di S. Bonaventura* . . L. 300

ANICETO DE MONDOÑEDO, *Abstracción y realismo según el beato Juan Duns Escoto* L. 400

ANSCHARIUS ZAWART A MOGUNTIACO, *P. Petrus Baptista ab Hilbringen ... in oblivione iacens (†1793)* . . . . . L. 200

ARCHANGELUS A ROÇ, *Aanotationes circa petitiones de B.V. Mariae assumptione corporea in caelum dògmatice definienda* . . . . . L. 400

—, *Joannes Maria Zamoro ab Udine, praeclarus mariologus* . . . . L. 1.500

—, *Il Dottore dell'Immacolata* . . . . . L. 1.500

ARTURO DA CARMIGNANO BR., *Il generalato di san Lorenzo da Brindisi (1602-1605)* L. 500

BALDUINUS AB AMSTERDAM, *Synthesis quarundam dissertationum de S. Antonio Patavino universalis Ecclesiae doctore* . . . . . L. 300

—, *De duobus codicibus recenter repertis sermonum Dominicalium S. Antonii Patavini* L. 100

—, *« Historia Scholastica » Petri Comestoris in « Sermonibus » S. Antonii Patavini* L. 200

—, *Doctrina de Immaculata Conceptione B.M. Virginis in scriptis ineditis S. Josephi a Leonessa* . . . . . L. 500

—, *« Libri IV Sententiarum » Petri Lombardi in « Sermonibus » S. Antonii Patavini* L. 400

—, *Tres sermones inediti Joannis de Rupella in honorem S. Antonii Patavini* L. 300

—, *Gilberti de Tornaco, O.Min. († 1284) opusculum « De septem verbis Domini in Cruce »* L. 400

BARTH Timotheus, *De argumentis et univocationis entis natura apud Joannem Duns Scotum* L. 500

BASCAPÈ Giacomo C., *Note sui sigilli dei Francisсani (secoli XIII-XVI)* . . . L. 300

BASILIO DA BAGGIO, *S. Lorenzo da Brindisi provinciale di Toscana* . . . . L. 100

BASILIUS A RUBÍ, *De quadam « peregrina » narratione circa origem et fundationem provinciae Cap. Catalauniae* . . . . . L. 300

BENEDICT OF BOLTON, *Father John Chrysostom, Scotch Capuchin* . . . . L. 100

BERNARDINUS A S. JOANNE ROTONDO, *Thesis franciscanae de motivo primario Incarnationis expositio cum respectu speciali ad doctrinam S. Laurentii a Brundusio* . L. 300

BERNARDO DA POPPI, *Mons. Antonino Pezzoni, missionario e missionologo (1777-1844)* L. 500

BERTAGNA Martinus, *Christologia S. Bernardini Senensis* . . . . . L. 500

BITTREMIEUX J., *De transsubstantiatione quid sentierit S. Bonaventura* . . . L. 100

BONAFEDE Giulio, *La conoscenza del singolare nella scuola francescana del secolo XIII* L. 300

BONAVENTURA DE CARROCERA, *Dos relaciones inéditas sobre la misión capuchina del Congo* L. 300

BONAVENTURA A MEHR, *De historiae praedicationis praesertim in Ordine Fr. Min. Capuccinorum scientifica pervestigatione* . . . . . L. 500

—, *Recentes collationes ad historiam praedicationis* . . . . . L. 300

—, *Inventario dei manoscritti di S. Giuseppe da Leonessa* . . . . L. 100

—, *Ueber neuere Beiträge zur Geschichte der vortridentinischen franziskanischen Predigt* L. 100

—, *Notae quaedam de S. Bonaventura praedicatore* . . . . . L. 100

—, *De operibus recenter critice editis Alexandri de Hales, J.D. Scoti, S. Bernardini Senensis* L. 100

—, *Praedica di S. Giuseppe da Leonessa per la festa dell'Assunzione di Maria* L. 100

—, *Vier neue Briefe des Kapuziners P. Romuald Baumann* . . . . . L. 100

BONGIANINO Luigi, *Le questioni quodlibetali di Gerardo di Abbeville contro i Mendicanti* L. 500

BONKE Elzearius, *Doctrina nominalistica de fundamento ordinis moralis apud Gulielmum de Ockham et Gabrielem Biel* . . . . . L. 300

BONNEFOY J. François, *Bibbliographie de l'Annonciade* . . . . . L. 400

BONO Salvatore, *La missione dei Cappuccini ad Algeri per il riscatto degli schiavi cristiani nel 1585* . . . . . L. 300

Postulata inscribantur:

AMMINISTRAZIONE

ISTITUTO STORICO DEI FR. MINORI CAPPUCCINI

Via Boncompagni, 71 - ROMA (3)

STABILIMENTO TIPOGRAFICO « GRAFICA » DI SALVI & C. - PERUGIA - VIA DELLE STREGHE, 31 — 1963